

G. V.dr Gucht Scul.

K 55 f 2

P. TERENTII

COMOEDIAE

Ad Exemplar FAERNIANUM

A PETRO VICTORIO editum ANNO M.D.LXV.

SUMMA FIDE RECENSITAE.

Lectore ſemper monito, ubi a FAERNO diſceditur.

In hac inſuper EDITIONE verſuum genera diverſa diligenter indicata ſunt; quicquid vero in iis difficile aut impeditum, nova quadam methodo tam facile redditur, ut quivis ſtatim intelligat.

Accedunt FAERNI *emendationes integrae, & quae alia erant in editione* VICTORIANA, *necnon* DONATI *quaedam, cum* INDICE LOCUPLETISSIMO.

Recenſuit, notiſque auxit, & diſſertationem de metris comicis ADIECIT

FRANCISCUS HARE, S. T. P.

Decanus Wigornienſis, & Regiae Maieſtati a Sacris.

LONDINI:

Ex Officinâ JACOBI TONSON & JOHANNIS WATTS.

M. DCC. XXIV.



NOBILISSIMO, PRUDENTISSIMO, ATQUE INTEGERRIMO VIRO,

CAROLO

Vicecomiti TOWNSHEND *de Rainham,*
Baroni de Lynn-Regis,

REGIAE MAIESTATI a Sanctioribus Conſiliis & a Secretis.

PRODEAT Tuis ſub auſpiciis, Vir Nobiliſſime, Scriptor & per ſe praeſtantiſſimus, & nunc primum poſt renatas literas, quo lectio eius & utilior & iucundior reddatur, facillima methodo, certaque fide, numeris ſuis reſtitutus. Terentium certe tantopere venerata eſt Antiquitas, ut Scriptor illi ſuppar, & ipſe optimus Poeta Comicus, dixerit,

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Quod Afranii iudicium omnis deinceps aetas ſuffragiis ſuis comprobavit : ut non inutile modo, ſed & inſcitum videatur de tam celebri nomine prolixius dicere, quaſi quiſquam literis innutritus neſciret virtutes ſcriptoris, quem omnes a prima uſque pueritia in manibus habuerint.

Cum tamen mecum reputo, quam apud nos iaceant meliores literae, quae indies collabuntur & in peius ruunt; quam depravata ſint hominum iudicia, quibus in oratione nihil fere iucundum quod non ſit vitioſum ; quam denique ſolennis ſit multorum conſuetudo, ſcripta quae ne legerint quidem, effuſe laudare ; haec faciunt, ut optimi ſcriptoris praeſtantiam putem a pleriſque non ſatis eſſe perſpectam, adeoque haud ſupervacaneum fore, ſi egregias illas dotes, quae tantam Terentio apud doctos exiſtimationem conciliarunt, paulo diſtinctius atque accuratius explicem. Utcunque enim omnes, hodie quoque, pariter ac olim, venuſtiſſimum ſcriptorem legiſſe ac mirari videri velint, plerique tamen ex iis qui vere docti ſunt, ſi laudare aggrediantur, id tam frigide faciunt ; laudes quibus ornant eum, tam vulgares ſunt, tam cum aliis ſcriptoribus communes ; ut quid Terentio proprium ſit, ſe neſcire non obſcure indicent: Extremum quaſi corticem delibaſſe contenti, in intimos elegantiſſimi ſcriptoris ſenſus nunquam altius penetrarunt, laudantque non tam ex ſua ipſorum ſententia, quam ad aliorum exemplum ; turpe ſibi putantes de tam celebri auctore a conſentientibus eruditiſſimorum hominum iudiciis diſſidere.

Apud alios vero, eoſque non paucos, adeo evileſcit ſcriptor politiſſimus, ut pueris tantum inſtituendis idoneum

um putent; ideoque ſemel manibus excuſſum, poſtquam e ludo literario exceſſerint, librum in quo nihil tunc elegantiae, nihil venuſtatis ineſſe ſenſerunt, nunquam repetunt; quaſi maturis aetate non placere potuiſſent ſcripta integre perlecta, cum animus iam rerum uſu confirmatus eſt, nec quicquam legenti moram iniicit; quae pueris ſub ferula conſtitutis fruſtillatim comminuta, & per intervalla miſere vix vi in os ingeſta, ingrata atque inſulſa viderentur.

LICEAT igitur, Vir Nobiliſſime, ſub Tui nominis praeſidio in lucem educere, palamque & aperte conſpiciendas exhibere eximias illas praeſtantiſſimi ſcriptoris virtutes, quae tantam illi nominis celebritatem apud omnes omnium temporum eruditos compararunt; eas ſaltem quae ex repetita ſaepius lectione ſe in conſpectum mihi dedere; in quarum pleriſque, ex aliorum obſervatis mea etiam confirmari comperi. Ex iis enim clariſſime conſtabit illum omnes ſummi in hoc genere Poetae partes impleviſſe, nec quicquam deſiderari, utcunque inventione aut ingenio ab aliis ſuperetur, quod ab exquiſitiſſima arte & ſubactiſſimo iudicio ſperare fas ſit.

PARTES quibus omnis Scaenica Poeſis conſtat ſunt fere quatuor, Fabulae conſtitutio, Mores, Sententiae, Dictio. In his autem omnibus, qui Terentium attentius legerit, inveniet eum meritiſſimo reportaſſe laudes quibus veteres illum cumularunt. Quod enim ad primam partem attinet, quantus eſt in Fabula conſtituenda artifex? quanto iudicio argumenta e vita communi ſunt deſumpta? quae omnia praeter Hecyram, ut locupletiora ſint, duplicibus perſonis conſtant. quam concinne partes diſpoſitae? quam arcte

omnia

omnia inter ſe cohaerent? media primis atque extremis ita ſunt connexa, ut nihil additum, nihil alienum, ſed aptum ex ſe totum, & uno quaſi corpore compoſitum videatur. In argumentorum quidem varietate, & rerum copia, Terentium a Plauto vinci lubens conceſſerim; in Fabularum vero delectu partiumque diſpoſitione nemini ſecundus eſt, ne dicam omnium primum.

PROXIMUM in Comoedia eſt quod Mores attinet. hic vero ſolus ſine rivali regnat Terentius. *Palmam* (inquit doctiſſimus Romanorum Varro) *in Etheſin poſcit Terentius.* In fictis Argumentis, qualia ſunt fere Comica, tria praecipue in moribus ſpectanda ſunt; quorum primum, ut conveniant perſonis quibus affinguntur, alterum ut ſint ſimiles, ſibique conſtent: quod utrumque tanta ſemper diligentia praeſtitit Terentius, ut vel difficillimis Iudicibus nullum culpandi locum reliquerit. Perſonis ſuis ſedulo mores eos tribuit quos eorum conditiones, anni, officia poſtulant; naturae & decori ſemper obſervantiſſimus. Quod ſi non omnes ſentiunt quam egregie hic defunctus ſit, ex eo ipſo quod nihil ſentiant, ſcire poſſint eum omnes officii ſui numeros abſolviſſe; ſi quicquam enim peccaret, vel alienos vel diſſimiles eidem perſonae mores tribuendo, id lectori in oculos ſtatim ſe ingereret: nam Vitia in Oratione, ut in corpore, facile ſentiuntur; illa vero compoſita atque aequabilis utriuſque virtus & pulchritudo, quae maxime ex fuga vitiorum oritur, eruditos oculos poſcit ut intelligatur.

TERTIA morum conditio eſt, ut ſint boni. Hoc primo loco poſuit Philoſophus in aureo Poetices libello, ubi agit de

de Moribus; ἓν μὲν γὰρ πρῶτον, ὅπως χρηστὰ ᾖ. ſunt vero, inquit, in omni genere, γὰρ γυνὴ ἐστι χρηστὴ, γὰρ ἀνὴρ· καίτοι γε ἴσως τούτων τὸ μὲν χεῖρον, τὸ δ' ὅλως φαῦλόν ἐστι. In hoc Ariſtotelis praecepto explicando incredibile eſt quanto opere quantas nugas egerint Gallici de re poetica ſcriptores: quid enim notius quam Graeca illa, ἤθη χρηστὰ, aut quis neſcit vere Latine reddi, *bonos mores*? illi tamen, quaſi res eſſet obſcuriſſima, in alieniſſimum ſenſum Philoſophi verba detorſerunt, & tanquam boni mores non ſint iſti qui bene moratos decent, neſcio quam Poeticam bonitatem, quae malis etiam moribus conveniat, effinxerunt; cuius virtus omnis in eo eſt, ut mores non confuſe aut obſcure, ſed clare & diſtincte, id eſt bene depingantur; voluntque hoc Ariſtotelis praeceptum prorſus idem eſſe cum illo Horatii,

——notandi ſunt tibi Mores.

haec illi perquam ridicule: Terentius vero omnibus ſuis Fabulis monſtravit ſe Philoſophi ſententiam non intellexiſſe modo, ſed etiam ex animo probaſſe. Hoc utique ſummus ille in omni genere magiſter voluit, Poetae ſtudioſe cavendum eſſe, ne mores perſonarum quas introducit deteriores aut nequiores ſint, quam argumentum quod ſibi deſumpſit neceſſario poſtulat; nam peccati contra hoc praeceptum exemplum affert ex Euripidis Oreſte, ubi nulla cogente neceſſitate, Menelao peſſimos mores tribuit. ἔστι δὲ παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον, οἷον ὁ Μενέλαος ἐν τῷ Ὀρέστῃ.

Hac autem in parte mirabilis plane eſt Terentius, qui haec Ariſtotelis verba nunquam animo elabi paſſus eſt; non prae-

praecipuas modo perſonas, ſed & alias quaſque optime moratas quantum res patitur facit; nec ſervos tantum, ſed & meretrices (quod & cum earum natura & Comoediae indole pugnare primo conſpectu videatur) introducit minime malas. id quod tanta arte praeſtitit, ut nunquam minus contra rerum fidem peccet, quam cum maxime peccaſſe putes; oſtendit enim ſe Naturam penitus intelligere dum emendat. Cuius inſigne exemplum in Hecyra, ubi Bacchis honeſtiſſime agit, ſed non ex inſcitia Poetae, quaſi neſciret qualia eſſent meretricum ingenia, adeoque mores illi alienos affingeret: tantum Terentius abfuit ab hoc crimine, ut nuſquam clarius oſtenderit, quantum valuerit iudicio, quamque intime mulierçularum harum indolem perſpexerit. Prima Bacchidis verba animum lectoris praeparant, ut bene illam acturam ſperet, tantoque artificio Poeta uſus eſt, ut ipſa Meretrix ſaepe nos moneat, ſe probe ſcire, alias ex iſto quaeſtu nolle idem facere, ne in tanta agendi honeſtate poetam ſui oblitum putemus. Qui Paraſitos Plautinos, Servos, Meretrices, cum Terentianis contulerit, facile ſentiet quid ſibi Ariſtotelis praeceptum de morum bonitate velit, quantumque hic noſter alios hac in parte vicerit.

PROFECTO cum Terentii mores animo contemplor, nequeo ſatis narrare, quam me Comoediarum noſtrarum pudeat, quibus plena quotidie Theatra inſulſiſſime applaudunt. In Terentio tanta morum verecundia eſt, ut nihil dictu turpe unquam illi excidat: ne unum quidem foedum aut impudicum verbum ejus fabulas contaminat; nec pudicus modo ac ſumme verecundus eſt, ſed & omnes alias boni

civis

civis probique hominis partes egregie implevit. nihil in illo, quod vel deorum cultum laedat, vel magiſtratuum auctoritatem; nihil quod iura vel ſacra vel humana convellat; nihil quod rem vel publicam vel domeſticam perturbet; nuſquam denique aut parentum officia, aut liberorum pietatem, aut ſanctiſſimam coniugii fidem deridendas plebeculae propinat. Noſtrae contra Comoediae ſingulis fere paginis, ne dicam verſibus, aliqua in parte contra bonos mores peccant: parum eſt impudicas ac inverecundas eſſe; divina atque humana omnia contemptim conterunt; Deum O. M. eius ſacra, ſacrorum miniſtros, magiſtratus etiam ſummos, nuptiarum utilitatem atque ſanctimoniam, virtutes omnes, omnia parentum, liberorum, famulorum, civium denique officia rident, inſectantur, proculcant: quaſi nihil facetum eſſet quod pudicum, nihil venuſtum quod honeſtum, nihil lepidum quod non & impium. Homines hac aetate, in hac literarum luce, cum recta ratio tam feliciter exculta eſt, in tantumque faſtigium evecta; cum tam invictis argumentis conſtet de veritate ſanctiſſimae quam profitemur religionis, & officiis eius teneri ſe omnes fateantur; Fabularum ſcriptores temporibus tam eruditis, tanto intervallo ſuperari ab homine e gentibus, quae a veri numinis cultu rectеque vivendi ratione tam longe abfuerunt; id ſane vehementer pudet. Sed fruſtra querelae ſunt de tam inveterato malo, cuique medendo ii ſolum pares ſunt quibus minime vacat rebus hiſce adeſſe: ſenties me eos dicere, qui rerum ſummae praeſident.

Cum vero de Terentii moribus tam prolixe dixerim, facile eſt coniicere, qualis fuerit in ſententiis; quae tales

ſunt quae virum optimum, nec optimum modo ſed & prudentiſſimum decent. Nihil in iis ineptum, nihil nimium, nihil longe accerſitum; apte, proprie, commode, quae in rem ſunt dicit, & e mediis rebus petuntur argumenta; ut non minus ad veram eloquentiam quam ad mores formandos ejus lectio conducat.

SUPEREST Dictio, in qua tantas laudes meruit Terentius, ut diſertiſſimus Romuli Nepotum, ipſe etiam Cicero optimum Latinitatis auctorem dixerit, & ejus exemplo ſeſe tueatur; cuius *fabellae propter ſermonis elegantiam*, eodem teſte, *a C. Laelio ſcribi putabantur*. Varro quidem *palmam in ſermonibus* Plauto tribuit, nec iniuria, ſi dicendi copiam, ſi vim comicam, ſi ſermonum varietatem, ſi orationis ſplendorem ſpectes; in quibus omnibus Plautus miro ſe ingenio fuiſſe oſtendit. Quod ſi Terentius non omnes unus dicendi virtutes poſſidet, vitiis tamen omnibus fere unus caret. Primae orationis virtutes ſunt *pure proprieque* dicere; hanc vero laudem omnes uno conſenſu Terentio tribuunt, nullum eſſe ſcriptorem e quo Latini ſermonis puritas verborumque proprietas melius ediſcatur. Alia dicendi virtus eſt, ut oratio rebus de quibus agitur, perſonaeque quam ſcriptor ſuſtinet, ſit accommodata; hic quoque nemo Terentio felicior fuit: ita enim ubique orationem temperavit, ut neque in tragoediam extumeſcat, neque humilis nimis & abiecta ſit. Eſt ſane, Varrone iudice, verum perfectumque mediocritatis exemplum, quae inter ſtyli ubertatem gracilitatemque media eſt. mirum profecto eſt quanto hac in parte artificio uſus ſit Terentius, ut oratio ad popularis ſermonis imaginem quam proxime accedat; quam ſedulo ſonantia

nantia verba caverit, quæque a vulgari ſermone nimium diſtant; quanta cura Iambi & Trochaei in alios pedes reſolutione numeros occultarit; quam ſollicite exigua, brevia, exilia verba immiſcendo, qualia adverbia quaedam & pronomina, orationem comminuerit, ut illaborata fluat, & pedeſtri, qualem quivis e plebe ſe locuturum ſperet, ſimillima videatur. Hanc orationis laudem, quamvis Terentio maxime propriam, Eruditi videntur parum animadverſiſſe, licet nulla Comoediarum Scriptori magis optanda ſit, nulla quam difficilius aſſequatur. Quodque magis mirere, id quod hac in parte voluit, feliciter effecit, cum orationem interea arctius numeris conſtrinxerit, licentiiſque longe parcius Plauto utatur; cuius tamen oratio ubique Terentiana numeroſior eſt, & innumeris in locis ad dictionem plane Poeticam aſſurgit.

Sed & aliae duae ſunt orationis virtutes, quarum utraque immane quantum Terentius Plautum ſuperavit, brevitas ſcilicet, & perſpicuitas. Terentius videtur primus Romanorum intellexiſſe quanta ſit brevitatis venuſtas: brevitatem vero illam dico, qua ſingula quae dicere volumus pauciſſimorum verborum ambitu complectimur, ut, cum in oratione nihil deſit, nihil tamen otioſum ſit, aut redundet. Huiuſmodi brevitas in narratione etiam fuſa ſervari poteſt, cuius egregium exemplum eſt in initio Andriae; quae cum tota bene longa ſit, partes tamen eius omnes breviſſimae videntur. idem etiam in ſententiis & argumentis eadem venuſtate utitur, nuſquam inani verborum copiae indulget, nec lectori nauſeam creat, eadem ſub variis verborum formis ſaepius repetendo, aut eidem cogitato diu-

tius quam par erat immorando. in Plauto contra eſt loquacitas quaedam, & copiae affectatio ; divitis ſibi venae conſcius divitias ſuas ubique oſtentat, unam rem ſub mille verborum formis reponit, ſententiam eandem uſque & uſque variatam lectori ingerit, neque modum novit. ſemper quidem pulchre & eleganter; ſed ipſa elegantia cum nimia eſt nocet, & tanta copia non tam lectorem reficit, quam obruit. quid quod oratio quo magis affectata aut exquiſita videatur, eo magis & a vulgari ſermone, & a veri ſpecie ſummovetur.

Ultima orationis virtus eſt, ut ſit perſpicua: atque haec ſane utiliſſima eloquentiae pars. Quorſum enim verba, niſi ut intelligantur? nec quicquam in dicendo magis vitioſum quam egere interprete. Hac autem in parte nemo veterum cum Terentio ne conferendus quidem eſt. Alios quidem concedo perſpicue ſcripſiſſe, ſi eos ſolos ſpectes quibus ſcripſerint ; ſuae gentis ſuorumque temporum homines, facile eos intellexerint: Terentius vero unus eam perſpicuitatem conſecutus eſt, quae nunquam intermoritura eſt; quaeque illum etiam nunc poſt tot ſaecula intellectu facillimum reddit, apud homines tanta locorum intercapedine, tam longo temporum intervallo diſſitos, ſi modo mediocrem Latini ſermonis cognitionem ſibi comparaverint, Quod ut efficeret, acerrimum in verborum delectu iudicium adhibuit, a verbis autem obſoletis, novis, comicis, peregrinis, cautiſſime abſtinuit, iis ſolum adſcitis quae ex uſu rerum petuntur, quibuſque communem & quotidianam vitam carere nunquam potuiſſe praevideret. Ab omni denique eruditionis oſtentatione mire temperavit,

ravit, omnibuſque dicendi figuris a veteribus Hiſtoriis, aut antiquis conſuetudinibus deſumptis; quae utcunque ſui temporis hominibus placerent, poſteris tamen obſcurum illum & difficilem reddidiſſent. Unde factum eſt ut nihil hiſce etiam temporibus reconditum, nihil in illo abſtruſum videatur; nec ad intelligenda illius ſcripta requiratur quicquam in homine, cui aliqua eſt Latinae linguae cognitio, praeter ſenſum illum qui communis dicitur, eaſque animi dotes quibus nemo ſanus caret.

HAE ſunt praeclarae illae dotes quibus Terentius perfectiſſimi ſcriptoris laudem adeptus eſt; hae virtutes illius ſcripta non modo teneris puerorum animis formandis, ſed provectiorum etiam ingeniis fovendis recreandiſque utiliſſima reddiderunt; hae denique Veneres fecerunt ut eruditis ſemper in deliciis fuerit, eoque magis lectoribus placuerit quo quiſque iudicio rerumque uſu eſſet praeſtantior: nec fieri poteſt ut cordatis unquam placere deſinat,

LATINIS *pretium dum manebit literis.*

SED quorſum Terentii laudes in epiſtola, in qua Lector Tuas, Vir Nobiliſſime, merito exſpectet? Volui nempe ut hac ipſa lectorum exſpectatione Terentius frueretur; utque illi qui eum minus norunt, ſplendore Tui nominis allecti, in aliquam ſaltem praeſtantiſſimi Scriptoris notitiam deducantur. ſed hoc aliis dico; Tu enim, quae tua eſt Verecundia, nullam huius conſilii mei rationem Tibi reddi poſtulabis, cuius vera laus eſt, laudationibus nullis indigere; quas ſi Tibi gratas fore vel leviſſimo indicio

dicio conſtaret, confertim adeſſent, quam diu potentiſſimi Regis gratia flores, qui his ſe officiis paratiſſimos oſtenderent.

Sed haec Te velle prohibet & eximia tua modeſtia, & ſingularis illa quae in Te ab ineunte fere aetate eluxit prudentia. Noſti enim Magnorum Virorum laudes eo fere apud Populum minus ponderis habere, quo ſint effuſiores; Noſti peſſimos quoſque, cum potentia valerent, impenſiſſime fuiſſe celebratos; & ipſas etiam reipublicae peſtes, dum principem in illa adminiſtranda locum obtinerent, ſuos praecones habuiſſe. Quo factum eſt ut populus, magnis fere nominibus iniquus, veras laudes a falſis nequeat diſtinguere, fidiſſimoſque Potentiorum amicos aſſentatorum paene loco habeat, ſi cuiuſquam virtutes aut in rempublicam merita praeconiis quantumvis iuſtis ornarint. Laudaſſe cenſentur, non ut virtuti ſuus honos tribuatur, ſed ea tantum cauſa impulſi, ut laudati gratiam validius ſibi queant demereri. Tum demum amicus eſſe quod videtur certo cernitur, ſi quem rerum gubernaculis aſſidentem coluerit, eundem ab iis immerito dejectum honore, cultu, fide indivulſa palam proſequatur; tum demum laudes vim ſuam obtinebunt, veraeque eſſe putabuntur, cum eo unice tendant, ut iniurias amico immerenti illatas propulſent, & virtutem iniquis criminibus oppreſſam a contumeliis vindicent.

Sed ea tua eſt, Vir Nobiliſſime, felicitas, tam conſpicua in omni fere genere virtus, ut nec veris amicorum, ne dum fictis aſſentatorum laudibus indigeas; nec amicis tuis expectanda illa dies, ut fidem apud alios inveniant,

qua

qua certissimo indicio amicitiam Tibi non fucatam comprobent.

ILLI ipsi qui nomini Tuo sunt infensissimi, amplissimum, omnique exceptione maius virtutibus tuis testimonium perhibent. Qui cum alios e principibus viris tam acerbe insectentur, tot conviciis proscindant; de Te vel tacent, vel si quid culpent, dum criminari volunt, vehementer laudant. Quid enim? num vitam domesticam vitiis inquinari, num luxu diffluere, num libidinibus frangi, num inhonestis voluptatibus indulgeri criminantur? num Avaritiae? num Peculatus? num Ambitionis pravae atque imporentis crimen impingunt? nihil minus.

----- domus hac neque purior ulla est,
Nec magis his aliena malis, -----

ipsis etiam iudicibus: quae culpant enim, omnia huc redeunt denique, Te inconcussa in Regem domumque Regiam fide esse, & indefessa in republica curanda diligentia; Te nec minis perterreri, nec aurae popularis specie deliniri posse, nec ullis artibus adduci, quo minus in officio animo immoto perstes; nec levem, vel infidum, vel timidum, vel negligentem in rei publicae discrimine ministrum agas.

HAEC perditissimorum hominum de Te silentia, vel in Te convicia evidentissime ostendunt vitam Tuam nulla vitiorum labe etiam his corruptissimis temporibus contaminari. Haec facient ut alienas laudes in Epistola Tibi dicata facile feras, cum ipsos etiam inimicos virtutum tuarum verissimos praecones nactus sis.

NE

Ne quid tamen diſſimulem, dum Terentium laudarem ab ea parte qua praecipue laudandus eſt, morum nimirum bonitate, Tuas quoque, Vir Ampliſſime, laudes praedicavi; cui tanta Verecundia, qui tam rigidus honeſti & decori cuſtos, ut ſingula quae de Terentii moribus dixerim, de Te meritiſſimo dixiſſe videar.

Quod ſi nolim pro aliorum more Epiſtolam Tibi nuncupatam tuis laudibus implere, quid ad Te Terentium? cuius cervicibus onus AEtna quavis gravius incumbit; reipublicae ſcilicet cura, partium ſtudiis inteſtiniſque odiis miſere diſtractae, gentiumque exterarum male ſaepe inter ſe cohaerentium potentiſſimis quibuſque, foederibus in mutuam ſalutem illigatae. Sentio equidem, ſi quis alius, haec vere dici; ſentio Tibi rerum publicarum curae intento tam parum vacare, ut ne honeſtiſſimo quidem otio locus ſit: Te amicis, Te rebus tuis domeſticis, te Tibi ſurripis, dum Regni Britannici ſaluti, honori, commodo, conſervandis & promovendis ſtudes. in illa enim tibi contigit incidiſſe tempora, quae vigilantiſſimos rerum publicarum adminiſtratores poſtularent.

Tales fuere primi Tuae Adminiſtrationis anni, quibus Rex prudentiſſimus Te ſummae rerum praefecit; legationis quam tam praeclare Hagae Comitum obieras, ut ius ſucceſſionis, in Illuſtriſſima ipſius Familia dudum legibus conſtitutum, Batavico inſuper foedere firmaretur, probe memor; ſummaeque exiſtimationis quam in ampliſſimo illo Theatro Tibi comparaveras, quod iſtis temporibus totius quodammodo Europae commune erat domicilium. Eo enim confluxerant omnium fere gentium legati:

legati: qui Te omnes in rebus agendis ſolertem & induſtrium, in populorum diverſorum moribus, propoſitis, conſiliis, commodis, poſtulatis, offenſionibus cognoſcendis, diiudicandis, conciliandis, inſtructiſſimum ſagaciſſimumque, quodque praecipua verae facundiae pars eſt, integerrimis moribus & fidei plenum experti ſunt ; omnes certatim diligebant, & meritis laudibus ornabant.

Ob haec in Ipſum merita, ob has tantas virtutes, Rex ſapientiſſimus Te non modo a ſecretis eſſe voluit, ſed & rerum ſummam Tuae praecipue fidei concredidit; quod ut tibi glorioſiſſimum, ita rebus ſuis conſultiſſimum fuiſſe nimis cito compertum eſt. Novi enim regni initia turbabat ſceleratiſſima coniuratorum rebellio ; qua Regem ante multos annos publicis regni ſuffragiis Britanniae Imperio deſtinatum, & tum nuper univerſo populi plauſu, & gratulatione exceptum, ſolio deiicere conati ſunt, liberique populi ſacratiſſima iura, graviſſimo bello redempta, Britannici nominis hoſti prodere. Quam vero tum animi conſtantiam, quantam prudentiam poſcebat tam periculoſus rerum ſtatus, cum a nefariis conſiliis ad arma deventum eſſet, & ex conflictus unius exitu ipſa ſalus reipublicae penderet? qua tum & Sagacitate & Vigilantia opus erat, ut funeſtiſſimum incendium, quo cuncta mox conflagratura videbantur, ſub ipſis initiis reſtingueretur? quantæ demum prudentiae fuit, cum periculoſiſſimi belli nefarii duces cum copiis ſuis capti comprehenſique ſunt, ſeveritatem ita lenitate temperare, ut nec in poſterum peccaturi, impune ſibi fore ſperarent; nec qui peccaſſent, a reditu ad ſaniorem mentem deſperatione depellerentur ? In

hoc difficillimo rerum ſtatu tuis potiſſimum conſiliis Rex Prudentiſſimus Clementiſſimuſque uſus eſt, quibus e turbido in tranquillum omnia iterum ſpe citius reſtituta ſunt. Tibi vero, motibus Britanniae noſtrae tam feliciter compoſitis ut tranquillitatis diuturnae ſpem non vanam facerent, Hibernia in tutelam commendata eſt; digna tuis virtutibus provincia, ſi rerum domeſticarum rationes, quas hactenus publicis inſuper habueras, eouſque negligi ſuſtinuiſſent. Quibus ut tandem curam quam flagitarent adhiberes, neceſſe fuit, ut declinato tanti muneris onere, in otium potius te reciperes. Ex quo cum iterum ad rerum gubernacula accitus es, impeditiſſima iterum tempora te exceperunt.

Ex maleſanis enim nonnullorum conſiliis, *modo non montes auri pollicentium*, quibus ſapienter ſtrenueque temet oppoſueras, reſpublica novo mali genere implicita eſt, & paene obruta. Totius fere populi opes derepente paucorum praeda factae ſunt, & Britannia noſtra, cui modo erat *color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum*, viribus deſtituta, macie confecta, exanguis, emortua videbatur. Tanta & tam inopina calamitas, quae omni peſte ſaevior late graſſabatur, & ruinam reipublicae ipſa eſt interminata, alii quoque graviſſimo malo locum fecit: hinc enim homines perditiſſimi de novo animos ſumpſerunt, ſe iam poſſe certa ſpe nefaria de republica evertenda conſilia agitare; cum tanta pernicies univerſum fere populum invaſiſſet, & ex eo aerumnis, miſeriis, querelis omnia plena eſſent. Hinc nova contra Regiam Domum inita eſt Coniuratio, in qua per denſiſſimam caliginem inveſtiganda, detegenda, opprimenda,

primenda, cum iam iam in apertum bellum eruptura eſſet, quae tuae partes fuerint, quanta animi attentione, quanta ſolertia, quam incredibili diligentia uſus ſis, in omnium memoria recens eſt. Mihi vero haec mecum recolenti, nihil in hac tua adminiſtratione tanta laude dignum videtur, quam quod minime a pleriſque intellectum eſt; conſilia illa dico prudentiae & fidelitatis plena, quibus, domi foriſque crebris fruſtrationibus iniectis, effeciſti, ut peſſimorum hominum conatus lentius procederent, & de tempore in tempus traherentur; donec hominum animi exacerbati remolleſcerent, & reſpublica ex graviſſima calamitate aliquantum convaluiſſet. Unde iterum laeta rerum facies, & diuturnae tranquillitatis ſpes facta eſt, ſi quidem eadem qua nunc prudentia, eadem vigilantia publicae ſaluti proſpiciatur.

Haec, Vir Nobiliſſime, me facile deterruiſſent, quo minus hoc munuſculum ad Te mitterem, ſi id hoc ſolum animo feciſſem, ut haberes quo te per intervalla curarum oblectares. Si quidem tantum tibi otii ſit a curis publicis, rebuſque domeſticis, ut iterum gratiſſimae vetera legendi voluptati aliquantum indulgere poſſis, vix eſt ubi utilius aut iucundius horas vacivas colloces, quam in hoc ſcriptore relegendo; cum ipſe non modo principibus viris, idque florentiſſimis reipublicae Romanae temporibus, placuerit, ſed & ab iis in ſcribendo adiutus eſſe putaretur. Ea ſcilicet indoles, ea prudentia, ea morum bonitas, urbanitaſque, ea venuſtas & puritas orationis, quae ſummos viros maxime decent, vixque a tenuioris ſortis hominibus proficiſci poſſe videbantur. ſed ut quod res eſt dicam, non

ea ſpe Tibi Terentium nuncupavi, ut in eo legendo horas tuas tam occupatus collocares; ſed ut hoc publico teſtimonio Tibi gratias agerem quas ſemper habui, propter veterem illam amicitiam qua me dignatus es ex illo tempore, quo primum virtutum & literarum ſtadium in Academia Cantabrigienſi feliciter ingreſſus, me virtutum tuarum, Modeſtiae, Temperantiae, Prudentiae oculatum teſtem adhibuiſti; quanta in omni vitae ratione elegantia eſſes; quam vehementer ab omni morum turpitudine abhorreres. Iam tum elucebat ingenium optimum, propenſumque in bonos ſtudium; iam tum emicuit inſignis amor diſciplinae, iuſtitiae, patriae, cum ſummo & dominationis, & licentiae effraenis odio coniunctus; iam tum non iis modo virtutibus, quae in adoleſcente exoptandae erant, ſed illis etiam quae virum decent, ſummo fuiſti Academiae ornamento, qui iam rempublicam virtutibus iiſdem non ornas modo, ſed tueris. Quod ut pergas facere; ut Patria & reſpublica; ut domus tua, & numeroſa illa qua flores ſoboles, cui recte in optimis literis a teneris inſtituendae tam ſollicite, animo tam vere paterno invigilaſti, diutiſſime Te incolumi fruantur; aſſiduis precibus Benigniſſimi Dei numen ſupplex veneror, nominis Tui,

Vir Nobiliſſime,

Londini
VI. *Cal. Apriles*
M DCC XXIV.

ſemper ſtudioſiſſimus,

FRANCISCUS HARE.

PRAEFATIO.

CUM *Terentius* emendationis *Faernianae* non noſtra tantum ſed & patrum memoria in Bibliopoliis eſſe deſierit, hodieque paucae apud nos ſint ex Bibliothecis etiam inſtructiſſimis, quae non illo careant ; rem eruditis omnibus gratiſſimam me facturum arbitrabar, ſi librum ab hominum manibus atque oculis tamdiu remotum, quemque non magis eximia ſua raritas, quam praeſtantia atque utilitas commendat, e tenebris extraherem, publicique iterum iuris facerem. Is enim fuit *Faernus*, cui nihil defuit, quo minus provinciam quam ſuſceperat, ad ſummum adornaret. Eruditione & iudicio inter primos pollebat; accurata in eo fuit linguae Latinae cognitio cum verſuum Comicorum intelligentia plane ſingulari coniuncta. His autem praeclaris dotibus ornamento atque adiumento fuerunt modeſtia ſumma & par modeſtiae diligentia. Animo tot tantiſque opibus tam egregie inſtructo ad editionem *Terentii* adornandam acceſſit *Faernus*. Et ut operi ſuſcepto undique par eſſet, artifici tam perito omne auxilii genus affuit, inſtrumenta omnia ad rem quam agebat neceſſaria. Ampliſſimam optimorum codicum MSS. copiam ipſi comparavit tum ſua ipſius inter eruditos exiſtimatio, tum gratia qua florebat apud *Io. Angelum Medicis*, primo Cardinalem, tum Pontificem Maximum, *Pium Quartum* dictum, cuius in familia erat, ſummumque illud purpurae decus, Cardinalem *Borromeum*, *Pii* ſororis filium. Ab homine tot animi dotibus ornato, tantis auxiliis atque opibus inſtructo, opus omnibus

nibus numeris abſolutum merito expectari poterat; nec ulla ex parte vir eruditiſſimus ſpem quam excitarat fefelliſſet, niſi mors prius occupaſſet, quam ſupremam operi manum admoveret.

Hoc ſi licuiſſet, Editio *Faerniana*, quae iam aliis omnibus tantum praeſtat, ſe ipſam quoque haud parum ſuperaſſet; loca enim quae manum emendatricem adhuc poſtulant, ea fere ſunt, quae ipſe intacta reliquerat prout in prius editis ferebantur, quorum pleraque emendaturum fuiſſe credibile eſt, ſi diutius vixiſſe contigiſſet. Opus vero quod plene abſolvere non licuit, ab abſoluto tamen tam parum abfuit, ut non modo editiones illas quae praeceſſerant, ſupra quam dici poteſt, ſuperaret; ſed quod magis mirere, omnes etiam quae inſecutae ſunt, tanto fere *Faerniana* ſint inferiores, quantum ab ea diſceſſerint. diſceſſere autem, ſi unam atque alteram excipias, infinitis in locis omnes. Quamvis enim Editores *Faerno* poſteriores non potuerint non bene ſentire de tam praeclara editione, multaque laude dignam exiſtimare propter & auctoris eruditionem, & codicum quibus uſus eſt venerandam antiquitatem, veram tamen illius praeſtantiam, quantoque in pretio prae ceteris omnibus haberi oporteret, id vero non ſatis intellexerunt. Ut alia mittam, partim Editionum *Stephanicarum* nitor, quae chartae & typorum elegantia quaſi faſcino quodam lectorum oculos ad ſe alliciunt, partim ſumma illa ingenii & facundiae exiſtimatio qua apud Gallos ſuos floruit *Muretus*, fecere ut *Faerniana* Editio, quam primum in lucem dedit *Faerni* amicus ſummus *Petrus Victorius*, anno MDLXV. dein *H. Commelinus*, anno MDLXXXVII. paulatim ex hominum manibus elaberetur, & indies minus minuſque nota aut quaeſita, progreſſu temporis prope intercideret.

Hanc igitur praeſtantiſſimam Editionem tot iam annos intermortuam fere, & tenebris ſepultam, lectori redivivam hic exhibeo, qualem illam emiſit *Victorius*, una cum integris *Faerni* notis, aliiſque additamentis quae *Victorii* Editioni acceſſerant, ~~ipſiuſque *Victorii*~~ Epiſtolis duabus nuncupatoriis lectu digniſſimis. Atque haec prima mei in hoc opere inſtituti pars, ut optimum librum e latebris eruerem, & prope deperditum publico redonarem. Nolim vero exiſtimes me coeca *Faerni* admiratione captum id unum egiſſe,

egiſſe, ut omnia prout ab ipſius manu profecta ſunt, recte an ſecus ſe habuerint, nullo diſcrimine, nullo delectu habito reponerem: id quivis e trivio poterat, nulla cum laude, labore nullo. Id ipſum tamen utinam aliquis in tanto editorum numero praeſtitiſſet, ne ſtudioſa iuventus, quorum omnium in manibus eſt *Terentius*, fructu illo careret, qui ex tam caſtigata editione caperetur. Ego vero novi *Faernum* hominem fuiſſe, & proinde errori obnoxium; novi illum unum codicem, *Bembinum* ſcilicet, nimium quantum deperiiſſe, ipſos etiam naevos eius deamaſſe, & cum illo errare maluiſſe, quam cum aliis recte ſapere; novi denique, quod prius monui, doctiſſimum virum, morte abreptum, ultimam operi manum non impoſuiſſe. Curam igitur quam potui maximam adhibui, ut iis quae elaborarat *Faernus*, novus hodie, iſque non exiguus accedat cumulus; quo opus quod ipſe iniquo fato praepeditus imperfectum reliquerat, iam exiret, ſi non omnibus ſuis numeris abſolutum, auctius tamen & emendatius. Eo conſilio Interpretum omnium, qui ſunt melioris notae, & in *Terentio* operam non prorſus infelicem poſuerunt, caſtigationes, emendationes, ſcholia & notas evolvi, excuſſi, expendi; quae *Rivius*, quae *Muretus*, quae *Phil. Pareus*, quae uterque *Fabricius*, quae *Tanaquil Faber*, & lectiſſima eius filia *Daceria*, quae *Boeclerus*, quae denique *Lengus* noſter (nunc Praeſul *Norvicenſis*, vir apprime doctus, & infula dudum dignus) ad *Terentium* nitori ſuo reſtituendum, vel ut obſcuris lucem affunderent, conſcripſerunt. Ad haec conquiſivi lectiones quae feruntur apud veteres Grammaticos a *Putſchio* editos, apud *Feſtum Noniumque Marcellum*, & in commentariis illis longe eruditiſſimis, qui utcunque interpolati, ſunt quantivis pretii, & *Donatum* maxima ſui parte referunt. Contuli etiam cum *Faerniana* editionem raram admodum, nec minus elegantem, quam edidit *Matthias Bergius* Brunſvicenſis anno 1574, aliamque, neſcio an omnium principem, antiquiſſimam certe, ſed nullo loci vel typothetae nomine appoſito: praefert quidem annum MCCCCLXIX; ſed qui ſatis prodit ſe aſcriptum eſſe, non excuſum: quod etiam invicte probat aliud eiuſdem editionis exemplar penes illuſtriſſimum Comitem de *Pembroke*,

broke, cui numerus iſte deeſt. Has Editiones cum duabus *Donati* vetuſtiſſimis mihi ſuppeditavit ampliſſima illa Bibliotheca *Sunderlandiana*, humanitate viri de literis & literatis optime meriti, *Nicolai Clagett*, quem defunctus Comes de *Sunderland* illi praefecerat, nunc *Roffenſis* Decani. Et ne MSS. codicum copia defuiſſe videretur, non indiligenter evolvi ingentem illam variarum lectionum ſupellectilem, quam indefeſſo opere ſibi comparaverat digniſſimus ille Praeſul modo memoratus, cuius eruditioni & diligentiae debemus nitidiſſimam *Terentii* Editionem ante annos plus viginti *Cantabrigiae* typis Academicis excuſam. Cum Editionem iſtam vir doctiſſimus pararet, opes quas potuit omnes undique collegit, & quicquid uſquam codicum MSS in Anglia noſtra deliteſceret, vel ipſe diligenter contulit, vel ab aliis cum editis conferri curavit. Hi numero fuere minimum tredecim, & in iis plures melioris notae; quatuor quos ipſe evolvit, vetuſti admodum; duo nempe *Cantabrigienſes*, alter Collegii *Petrenſis*, alter Collegii *Corporis Chriſti*; tertius a *Roberto Shippen* Collegii *Ænei naſi* apud *Oxonienſes* tunc ſocio, nunc Praefecto, cum illo communicatus; quartus, iſque longe optimus, ex agro *Dunelmenſi* tranſmiſſus: quibus merito accenſeri poteſt Codex e Bibliotheca *Regia*, & alter ex iis quos illi ſuppeditavit inſtructiſſima Bibliotheca Reverendi admodum *Joannis Moor*, Epiſcopi tunc *Norvicenſis*, poſt *Elienſis*. Lectionibus ex his Codicibus collectis ingens facta eſt acceſſio earum adiunctione quas *Faernus*, *Rivius*, *Fabritii* & *Pureus* e vetuſtis codicibus excerpſerant. Infinitam hanc variantium lectionum copiam vir diligentiſſimus in unum congeſſit, & ne labor utiliſſimus periret, librum in quo deſcriptae ſunt, Bibliothecae Aulae *D. Catharinae*, cuius ipſe tunc Socius erat, ſervandum dedit: eius vero copiam fecit vir mihi amicitia coniunctiſſimus *Thomas Sherlock* Decanus *Ciceſtrenſis*, Aulae iſtius nuper Praefectus.

His opibus inſtructus acceſſi ad editionem Terentii adornandam, quae ſimul & *Faernianam* repraeſentaret, & tamen illa eſſet emendatior. quae ne ἀσύζατα videantur, lectorem ſemper monui, ubicunque a *Faerno* in hac noſtra diſceditur, & quaenam lectio eſſet, quam loco moverim. Quod ſi hac in parte erudi-

eruditis ſatisfecerim, & id quod volui aſſecutus ſim, operae pretium feciſſe aequis iudicibus cenſebor; ſin minus, non auxiliorum quae ad hanc rem requirebantur inopiae, ſed editoris imperitiae imputandum eſt. Sed ut quod res eſt dicam, ne hoc quidem vel primum vel praecipuum fuit, quod me ad hunc laborem ſuſcipiendum impulit, ut *Terentium* a peritiſſima *Faerni* manu priſtino nitori maxima ex parte reſtitutum, noſtraque iam cura multis in locis emendatiorem in lucem ederem: *maius opus moveo*, gravius inſedit animo propoſitum, ut ſcriptorem optimum non modo integritati ſuae, ſed quod longe difficilius, ut numeris ſuis reſtituerem. Ex craſſa enim quae ubique invaluit metrorum comicorum ignorantia evenit, ut *Terentium* in *Terentio* fruſtra quaeramus; ſuperſtite Scriptore, qui eſt omnibus in ore, in oculis, in manibus, periit Poeta: Poetam enim eſſe nomine tenus norunt; quibus vero numeris oratio eius ſit aſtricta, vel quomodo a ſoluta differat, doctiſſimi quique, ſi pauciſſimos excipias, iuxta ſciunt cum ignariſſimis.

EDITORES plerique omnes hanc operis partem vel prorſus neglexerunt, vel ita rem geſſerunt, ut melius cum *Terentio* actum eſſet, ſi ipſi quoque neglexiſſent. Nihil enim *Terentium* tam foede deturpavit, nihil tot hallucinationes, tot corruptelas, tot monſtra errorum peperit, ac infelices doctorum in hac parte conatus; qui dum *Terentii* verſus exigunt ad eas Proſodiae regulas, ad quas Romani ſub Imperatoribus poemata ſua compoſuerunt, omnia ſuſque deque habuerunt, verba pro libitu addiderunt, omiſerunt, inverterunt, verſuumque menſuris infra vel ultra debitos limites contractis aut productis, poetam ob artem celebrem tam miſeris modis vexarunt, deartuarunt, lacerarunt, nulla numeri vel legitimae pronuntiationis vel ordinis, quem verba pro linguae Latinae indole expoſcunt, ratione habita, ut eundem eſſe vix cognoſcas; denique quoties emendarunt, ut verſus ſibi non intellectos in modulos ſuos cogerent, toties revera corruperunt. Quo factum eſt ut plane impoſſibile ſit rem metricam feliciter inſtaurare, & *Terentium* numeris ſuis reſtituere, niſi ſepoſitis recentioribus editionibus ad *Faernum* recurratur, qui non modo quod in vetuſtiſſimis & optimis codicibus invenit,

ſumma fide lectori exhibuit, nihil ingenio ſuo temere indulgens, ſed & rei metricae ſcientia alios omnes ſive ſuorum ſive ſequentium temporum longo intervallo ſuperavit.

Hoc igitur mihi conſilium fuit in *Faerniana* editione iterum in lucem reducenda, ut certius & facilius ad metrorum Comicorum notitiam perveniretur. Haec vera atque unica ratio, quae me ad provinciam hanc gravioribus ſtudiis aliquantiſper ſepoſitis ſuſcipiendam impulit, ut hanc deſideratam hactenus melioris literaturae partem eruerem, & poetam prope iam deperditum, & denſiſſima caligine ex oculis hominum ereptum diſiectis tenebris iterum in clara luce collocarem. Erat quidem cum non modo vehementer ſperarem, ſed & certa ſpe confiderem hanc operam a viro in his literis facile principe ſuſceptum iri, clariſſimo noſtro *Bentleio* : Sed iam plures anni ſunt, quod omnis ſpes illa decollavit ; conſilium quod de tempore in tempus vir eruditiſſimus diſtulerat, gravioribus negotiis ſubinde alio trahentibus, videtur in ſolidum depoſuiſſe ex eo tempore, quo ad Regiam Theologiae Cathedram in Academia *Cantabrigienſi* evectus eſt, & ad Novum Foedus Graece & Latine ex antiquiſſimis codicibus priſtino nitori reſtituendum animum adiecit, ut Graecum Textum ab inſana illa variarum lectionum mole, quam recentiores codices invexerunt, liberaret, & *Hieronymi* Verſionem ab erroribus purgatam talem daret, qualis e doctiſſimi Patris manu exiit ; opus profecto grande, & tanti viri diligentia, acumine, iudicio in primis dignum!

Cum vero haec me ſpes, de qua plurimum mihi ſaepe gratulabar, ita penitus deſtituiſſet, coepi ſubinde mecum agitare, annon & ipſe quadam tenus praeſtare poſſim, quod tam avidis votis a tanta manu fruſtra expetiiſſem : ſed ſumma rei difficultas, cuius probe conſcius eram, ab incoepto diu me deterruit ; nec tamen deſiderium quo tenebar permiſit ut ab eo penitus deſiſterem. Rei enim metricae ſcientia tam parum intellecta fuit ipſis etiam *Priſciani* temporibus, ut ne tum quidem deeſſent, *qui negarent eſſe in Terentii comoediis metra, vel ea quaſi arcana quaedam, & ab omnibus doctis ſemota, ſibi ſolis eſſe cognita confirmarent.* Tot utique tantiſque licentiis veteres Comici Latini verſus ſuos interpola-

terpolarunt, ut qui eos ad regulas proſodiae aureo Latinae Linguae ſeculo receptas expendere velint, ad ſingulos fere verſus haereant neceſſe ſit. *Crebris*, inquit Priſcianus, *ſynaloephis, epiſynaloephis, colliſionibus, eliſionibus, & literae s abiectionibus uſi ſunt, Terentius autem plus omnibus.* Haec tanta & tam vaga in metris libertas quae nullis coerceri legibus videbatur, fecit ut multi putarent non operae pretium eſſe torqueri doctos carminum horum dimenſione, cum res ſit immenſi laboris, nec multum frugis, quo penſetur labor, afferat. Qui vero animo erant erectiore, nec ullis difficultatibus deterreri potuerant, quo minus rem impeditiſſimam & abditam totis viribus inveſtigarent, iis tam parum ex voto ſucceſſit, ut fere omnes deinceps ſpem de rei metricae ſcientia, quod ad Comicos veteres, eruenda prorſus abiecerint, & pro re plane conclamata habuerint. Nihil enim clarius oſtendere poterat, quam imperfecti eſſent de hoc argumento tractatus, quam quod illi ipſi qui eos ſcripſerant, horum ope, cum ad rem ventum eſſet, tam parum in reſtituendis verſibus potuerint; dumque hoc omni niſu molirentur, Terentium corruperint verius, quam emendarint.

Neque recentiorum tantum temporum querela eſt, quod tanta ſit in Comicis verſibus intelligendis difficultas, eorum inquam temporum, quibus cum Imperio Romano Linguae quoque Romanae gloria, graſſante undique barbarie, collapſa eſt; florentiſſimis etiam Imperii temporibus, cum licentiae iſtae, quibus veteres Comici uſi fuerant, in deſuetudinem abiiſſent, ne tum quidem doctiſſimis etiam Romanorum facile fuit illorum metra, verſus, numeros tenere. Ampliſſimus teſtis ipſe *Cicero* eſt, qui in *Oratore* ad *Brutum* inquit, *Comicorum ſenarios propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſaepe abiectos eſſe, ut nonnunquam in his numerus & verſus vix intelligi poſſit.* Quod ſi in ſenariis tam difficile fuit numerum invenire, quid de univerſo Iambicorum genere, quid de Trochaicis, quid de aliis verſuum generibus quibus Comici veteres uſi ſunt, dicendum eſt? in his major longe ineſt difficultas, ipſo etiam *Quintiliano* iudice, cum L. x. c. 1. dicat *Terentii ſcripta, quae tamen ſunt in Comico genere elegantiſſima, plus adhuc habitura gratiae, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent.*

tiſſent. Haec doctiſſimi Romanorum. Quis igitur miretur ſi apud nos, barbaros homines, & ab iſtis temporibus tam longe remotos, rei tam difficilis inveſtigatio eruditiſſimorum etiam hominum conatus hactenus eluſerit?

HAEC cum animo quotidie obverſarentur, ab incoepto diu timidum diſtinebant; & in perpetuum deterruiſſent, niſi cum voluptas, tum utilitas ſumma, quas ex certa metrorum comicorum cognitione proventuras clare videbam, acres ſubinde ſtimulos animo admoviſſent, & haerentem in alteram partem vehementius impuliſſent. Quis enim non ſentit eum voluptate haud mediocri privari, qui poetam legens poetam eſſe neſciat, orationemque numeris aſtrictam pro ſoluta habeat? Peſſimus fuerit poeta, cui numeris vel ademptis vel non intellectis, gratia quoque & venuſtas fere omnis non perierit; iis autem ſublatis legenti etiam voluptas ſua diſcedet. Dubitas ne rem ita eſſe? pone te ad *Virgilii* lectionem accedere, linguae quidem Latinae ſic ſatis peritum, ſed de re metrica nihil quicquam intelligentem; num idem tibi videbitur, quem prius tam impenſe admiratus es? num verba tanta vi animum percellent? num dictio naturam rei de qua agitur tam pulchre, tam ad vivum exprimet? num incredibilis illa numerorum gratia, qua *Virgilius* omnes in admirationem ſui rapuit, ſupererit, aureſque etiam tum demulcebit, cum non ſentiatur? Quantum venuſtatis illius *Virgilianae*, arti metricae & numeris debetur, quivis nullo negotio viderit, qui pro *Virgilio* ipſo legerit ieiunam illam paraphraſin, margini a *Gallis* illitam, quae tamen ipſa *Virgilii* verba plerumque exhibet, ſed miſere divulſa, numeriſque ſuis penitus ſpoliata. Ego vero fidenter aſſero *Terentianis* quoque numeris ſuam ineſſe venuſtatem, eamque maximam, cum maxima ſit in eo verſuum varietas; quae omnis periit lectori, qui numeros non intelligat.

Hic primus cognitionis rei metricae fructus, voluptas ſcilicet ſumma legenti ex illo comparata, quam qui non exiſtimet amplum eſſe laboris quantumvis improbi praemium, quid ſit eruditarum aurium voluptas, neſcire mihi videtur. Nec minor cognitionis huius utilitas quam voluptas, idque non uno nomine. Si enim teneram puerorum aetatem ſpectes, & ſtudioſam iuventutem,

qui

qui omnes in *Terentio* ediſcendo occupantur, quantum hinc iis fuerit ſubſidium? quam facile a pueris verſus memoriae mandentur, contra quanto labore oratio numeris ſoluta, nemo neſcit. Quod ſi ad eam rem verſus notitia eſt uſquam utilis, in *Terentio* certe maxime; cum hoc ſcriptore nullus maiore cum fructu, nec tamen ullus memoriter difficilius ediſcatur. Cum enim *Terentius* ſedulo a verbis numeroſis abſtinuerit, ut quae generi comico parum convenirent, plures voculas nullius aut ponderis aut ſoni, eaſque colliſionibus eliſionibuſque magis adhuc comminutas in verſus ſuos congeſſit, ut numeros quodam modo infringeret, ne oratio nimium inſurgeret. Unde factum eſt, ut ſaepe decem, duodecim, interdum etiam quindecim verba in unum verſum compegerit. iſtiuſmodi autem verſus quis memoria facile complecti poſſit, niſi numeris quaſi vinculis quibuſdam aſtricta & invicem connexa ſint? contra vel puer qui numeros perfecte callet, incredibili facilitate integras fabulas brevi temporis ſpatio ediſcet, & fide recitabit.

Sed & aliud in rei metricae cognitione commodum eſt, quod eruditos propius tangit; cum nulla ratione facilius poſſint explorare, utrum verſus ſani ac ſinceri ſint, & affectos integritati ſuae reſtituere; nulla certius a novis erroribus integros praeſtare. Ut notitia rei metricae rudis & imperfecta, maxima errorum cauſa fuit, ita plena atque integra cognitio, certiſſima eſt errorum propulſatrix; quod expertus dico. Erat enim cum complura *Terentii* loca videbar mihi belle poſſe emendare, quae pro corruptis habui, cum licentiarum modos rationeſque nondum ſatis intelligerem: quo vero accrevit maior rei metricae notitia, eo indies decrevit emendationum numerus; & quiſquis ſerio ad hanc rem ſeſe applicuerit, ſuo periculo hoc vere dici ultro fatebitur. Nec aequo, opinor, lectori diſplicebit, quod editionem hanc non magno emendationum cumulo ſpecioſe ornaverim, ſed quod infinita loca ab aliis temere ſuſpecta, emendatione non egere liquido oſtenderim.

Atque hi quidem rei metricae fructus non contemnendi, nec indigni, qui quovis labore quantumvis magno redimantur. Sed & aliud adhuc ſupereſt commodum ceteris longe praeſtantius,

ſtantius, quod niſi me omnia fallunt, ex hac notitia certo certius proventurum auguror. Doctorum fere omnium obſervatio eſt, in tam numeroſa Juventute, quae in Gymnaſiis noſtris illuſtrioribus, Latinis literis diſcendis enutritur, perpaucos eſſe qui in oratione ſoluta conſcribenda vel modicos progreſſus faciant; cum interea multi verſus non inelegantes componant, idque tanta facilitate, ut non tam condere quam fundere videantur. Cauſam autem immanis huius differentiae pauci videntur intellexiſſe, cum re vera non aliunde quam ex inſita rei ipſius difficultate oriatur. Ad verſus enim faciendos, quales fere pueri ſolent, duorum tantum ſimplicium pedum cognitio neceſſaria eſt; dactylum dico & ſpondeum: ad orationem vero numeroſe conſcribendam requiritur plena omnium pedum metrorumque ex iis compoſitorum intelligentia. Hic vero labor, hoc opus; cum enim numerus ſit ſaepe in veterum comicorum verſibus ad inveniendum difficilis, in oratione eſt multo difficilior. Huic autem graviſſimo malo nullum efficacius remedium adhiberi poſſe opinor, quam ſi pueri a primis annis numeros *Terentianos* edoceantur, verſuſque eius, ſervata ubique pronuntiatione metrica, recitare aſſuefcant. Ita enim optimum Latinitatis magiſtrum memoriae facillime mandabunt, mandatumque retinebunt: voluptas autem quam ex numerorum gratia & venuſtate capient, ſenſim via plana & facili ducet eos ad ſolutae quoque orationis numeros exquirendos atque imitandos. Numeri enim poetici, ut recte *Cicero* in *Oratore*, ſunt idem etiam oratorii.

Praeleguntur quidem pueris optima quaeque Veterum Scripta, & iubentur inde exempla ſumere, quae ſequantur; ſed quorſum hoc vel illud puerum imitari iubes, niſi quaſi digito monſtres, quaenam illa ſint, quae gratiae, qui numeri, quae verborum collocationes, ad quas oporteat animum praecipue advertere? Si non periodos e. g. *Ciceronianas* in principes ſuas partes reſolvas, eaſque iterum in alias, atque ita porro, donec ad minimas deventum ſit; & dein ordine converſo, eas minimas partes iterum coniungas, aptaque omnium compage periodi membra in ſuas quaeque ſedes reponas, atque ita diſſectam & diſſolutam

lutam in integrum reſtituas, vix ac ne vix quidem ullum ex tam inſcita imitatione ad maximam puerorum partem commodum redibit. Hoc vero nemo dextre poſſit, qui a metrorum comicorum ſcientia ſit imparatus. Is facile periodos in membra, membra in metra quaedam, metra in pedes ſuos diſtinguet. Quod vero pueri cum voluptate ſumma apte & numeroſe dici in veterum ſcriptis obſervaverint, (cum fontes & origines unde omnis illa venuſtas profluxerit, clare & diſtincte perceperint) ipſi ultro imitabuntur, & ex imitatione recte inſtituta bene ſcribendi facultatem complures ſibi comparabunt, quod hodie quidem vix pauci poſſunt mediocriter : praeſertim ſi praeceptor harum rerum peritus acceſſerit, & his egregios duos adiungat libellos, eoſque ſatis exiguos, vel ſaltem partes illas quae ad verborum compoſitionem & orationis numeros praecipue pertinent, *Ciceronis* dico libellum de *Oratore* ad *Brutum*, & illum *Dionyſii Halicarnaſſei* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, quibus in iſto genere nihil par eſt, nihil eſt ſecundum.

Sed haec quae ad puerorum inſtitutionem attinent, diiudicanda relinquo doctiſſimis illis viris qui gymnaſiis apud nos regiis, aliiſque inſignioribus tanta cum laude praeſunt. Cum vero tot tamque eximia viderentur commoda, quae ex metrorum comicorum ſcientia proventura confiderem, tanti apud me ponderis fuere, ut tandem laborem hunc ſuſcipere decreverim, & quicquid moleſtiae haec inveſtigatio ſecum allatura eſſet, id omne devorare, in propoſito denique conſtanter perſeverare, uſque dum difficultatibus quae obſtarent ſuperatis eo quo volueram perveniſſem, memor Terentiani illius, quod raro fallit,

Nihil tam difficile eſt, quin quaerendo inveſtigari poſſiet.

Infelices enim aliorum ſucceſſus imputabam aut faſtidiis aut occupationibus. Aliis, qui hanc rem aggreſſi ſunt, gravioribus negotiis diſtrictis non licuit tantum in ea diſquirenda temporis ponere, ac rei tam abditae difficultas exigebat : alii taedio victi rei tam obſcurae, utilitatibus interea ex ea provenientibus non ſatis perſpectis, medio in opere videntur conatus ſuos abieciſſe, in via invia porro progredi nolentes, cum in tenui labor eſſet, laborem

borem vero non tenuem requiri, experti perſentiſcerent. Utrum ſpem meam optatus ſucceſſus deſtituerit, penes lectores erit arbitrium. Sed niſi plurimum fallor, hunc ſaltem exitum hic labor habuit, ut nihil uſpiam impeditum ſit in *Terentii* verſibus, quod non vere & dilucide expedierim, idque methodo breviſſima, facillima, & ad tironum captum prorſus accommodata. In eo enim praecipue elaborandum putavi, ut rei metricae notitia facilis & plana redderetur; alias praevideram brevi futurum eſſe, ut res multo labore eruta ad paucos iterum recideret, & ab iis quorum uſibus inprimis deſtinaveram neglecta, ad difficiles nugas amandaretur.

In hoc igitur, cura quam potui maxima, incubui, & hac in parte me quod volui aſſecutum eſſe ſatis ſcio. Siquae vero loca ſint de quorum vel menſura vel lectione lis moveri poſſit, de iis quid ſentiam in notis dixi; de quibus Lector monendus eſt, eas non annorum, ſed perpaucorum menſium opus fuiſſe, adeoque me ad *Terentium* unum animum atque oculos in iis ſcribendis intendiſſe, ut emendatiſſimus prodiret, & numeri eius facile intelligerentur. Fruſtra igitur erit, qui in notis quicquam quaeret, niſi quod ad veram lectionem reſtituendam, aut difficiliores verſus expediendos, aut denique ad paucula obſcuriora explicanda pertineat.

Quod ſi hunc meum laborem doctis gratum eſſe videro, *Terentium* brevi ſequetur *Plautus*, infinitis in locis, quod ad numeros, quam antehac emendatior; ſed non auſim ſperare operam in eo poſitam aeque ex voto mihi ſucceſſuram. Quicquid enim laboris in *Terentio* expoliendo impenſum fuit, ludus iocuſque eſt prae eo quod poſtulat ſibi *Plautus*; cum ſcriptor ſit in ſe longe difficilior, & multo minor ſit codicum vetuſtorum copia, quorum ope integritati ſuae loca affecta, luxata, corrupta reſtituantur; nec *Faernum* aliquem viae ducem habeamus: quod vero omnes alias difficultates immane quantum ſuperat, & *Plauto* fere proprium eſt, in illo magnus verſuum numerus eſt Paeonici generis, in quibus loca quaedam ita depravata ſunt, ut fruſtra ſperem me ſanare, vel nodos in iis omnes expedire poſſe. ſed haec pauca ſunt prae iis, quae aſſiduae inveſtigationi ceſſere, nec ullam lectori in poſterum, quae mihi maximam, moleſtiam faceſſent.

Sed

SED tempus eſt ut his finem ponam, lectoremque ad ea deducam quae de metris comicis dicenda ſunt. Quae ſi ſemel iterumque legat, nec prius de manibus deponat, quam Exempla in iis allata metrice recitare prompte atque expedite queat, fide mea promitto illum impeditiſſima quaeque Terentii loca inoffenſo pede penetraturum. Nihil ſupereſt quod de hac editione lectorem moneam, niſi ut ſciat me in orthographia quoque *Faernum* ſecutum eſſe, quae iis qui veteres grammaticos non legerunt, in quibuſdam inſolentior videbitur; ut puta cum T pro D ponitur, *ſet*, *apud*, *haut*; in aliis vero omittitur aſpiratio, ut *erus*, *era*, *umerus*. Sed & binae dictiones perpetuo per ſynaloepham in unam contrahuntur, non addita apoſtrophi nota, ut *illaſt*, *poſitaſt*. In interpunctionibus etiam eadem mihi cautio fuit, licet in levioribus quibuſdam, quae manifeſto prave poſitae erant, tacitus diſceſſerim, ne lectori minutiis talibus enumerandis moleſtior eſſem. Neque vero in notis Faerni quicquam ex coniectura mutavi, niſi quae menda eſſent plane typographica: cum vero ordo earum interdum interverteretur, in ſuas ſedes reſtitui quae alieno loco eſſent. Indicem etiam addidi ex Editione Batavica anni MDCLXXXVI, ſed longe emendatiorem, & ab innumeris ineptiis repurgatum.

CUM autem haec editio accuratiſſime, ſi novum operis genus ſpectes, excuſa ſit, id plurimum debetur diligentiae viri inſigniter eruditi, multi acuminis & iudicii, nec doctrina magis quam moribus & indole conſpicui, *Auguſtini Bryan*, qui pulcherrimam Plutarchi Vitarum editionem iam parat, maiora olim daturus, ſi Deus vitam illi conceſſerit. Hic operarum errata in *Faerni* notis corrigendi laborem totum in ſe recepit: Et quod ad cetera, huius cura factum eſt, ut vix ullus liber apud nos excuſus, a mendis typographicis immunior exierit; quamvis Fabulae omnes (praeter primam quae lentius abſolvebatur, cum ipſe interea procul ab operis abeſſem Wigorniae tum agens) infra trimeſtre ſpatium fuerint excuſae, emendatiores adhuc futurae, ſi errata dum operae corrigerent, non nova quaedam per incuriam admiſiſſent.

DE
METRIS COMICIS.

Qui cum fructu legere velit, quae de metris comicis dicturus ſum, domo afferat oportet eorum cognitionem, quae in vulgatis carminis condendi regulis continentur; neque enim prima Proſodiae elementa tradere huius inſtituti eſt. Qui iis leviter imbutus eſt, novit brevem ſyllabam unius eſſe temporis, longam duorum; pedes autem ex ſyllabis componi; & ex iis unum eſſe duorum temporum, Pyrrichium; tres trium, Trochaeum, Iambum, Tribrachyn; quatuor temporum quatuor, Spondeum, Dactylum, Anapaeſtum, & Amphibrachyn; (ſed hic ultimus ad metra Terentiana intelligenda prorſus inutilis) tres ex pedibus ſimplicibus quinque temporum, Bacchium, Antibacchium, & Creticum; unum denique ſex eſſe temporum, nempe Moloſſum: ſed hi quatuor ad Paeonicum genus ſpectant, de quo nihil hic dicturus ſum.

Ex pedum diſſyllaborum geminatione vel coniunctione oriuntur metra, quae Graeci διποδίας ſeu συζυγίας dixere, numero ſedecim.

1 Ex Pyrrichio geminato fit Proceleuſmaticus, temporibus Spondeo aequalis, adeoque in ſimplicium pedum numero merito ponendus.

† 2 Ex geminato Trochaeo, Trochaeo-trochaeus, ſeu Ditrochaeus.

3 Ex geminato Iambo, Diiambus.

† 4 Ex geminato Spondeo, Diſpondeus.

5 Ex Trochaeo & Pyrrichio, Paeon primus.

6 Ex Pyrrichio & Trochaeo, Paeon tertius.

7 Ex Iambo & Pyrrichio, Paeon ſecundus.

8 Ex Pyrrichio & Iambo, Paeon quartus.

9 Ex Trochaeo & Iambo, Choriambus.

10 Ex

10 Ex Iambo & Trochaeo, Antiſpaſtus.
11 Ex Pyrrichio & Spondeo, Ionicus a minore.
12 Ex Spondeo & Pyrrichio, Ionicus a maiore.
† 13 Ex Trochaeo & Spondeo, Trochaeo-ſpondeus, ſeu Epitritus ſecundus.
† 14 Ex Spondeo & Trochaeo, Spondeo-trochaeus, ſeu Epitritus quartus.
15 Ex Iambo & Spondeo, Epitritus primus.
16 Ex Spondeo & Iambo, Epitritus tertius.

Ex hiſce metris quatuor ſolum ad praeſens inſtitutum faciunt, ſecundus ſcilicet, quartus, decimus tertius, & decimus quartus.

In haec quatuor metra, aliave quae iis ſunt temporibus aequalia, omnes verſus Terentiani, exceptis pauculis Paeonici generis, ut mox videbimus, reſolvi poſſunt. his igitur probe cognitis, nihil erit in metris Terentianis quod non vel tironi facillimum videbitur, praeter licentias, de quibus ſuo loco.

Metra autem quae quatuor ſupra memoratis temporum ratione paria ſunt, & eorum vicem ſuſtinere poſſunt, ſequens tabella exhibet.

Trochaeo-trochaeo ſeu Ditrochaeo	Trochaeo-Spondeo ſeu Epitrito ſecundo	Spondeo-Trochaeo ſeu Epitrito quarto	Spondeo-Spondeo ſeu Diſpondeo

Sunt temporibus aequales,

Ditribrachys	Tribrachy-ſpondeus	Spondeo-tribrachys	Spondeo-dactylus
Tribrachy-Trochaeus	Tribrachy-dactylus	Dactylo-trochaeus	Dactylo-ſpondeus
Trochaeo-tribrachys	Tribrachy-anapaeſtus	Dactylo-tribrachys	Spondeo-anapaeſtus
	Trochaeo-dactylus	Anapaeſto-trochaeus	Anapaeſto-ſpondeus
	Trochaeo-anapaeſtus	Anapaeſto-tribrachys	Dactylo-anapaeſtus
			Anapaeſto-dactylus.
			Didactylus
			Dianapaeſtus,

Unaque cum iis metrorum viginti quinque numerum conficiunt; quae iuxta Alphabeti ordinem in quinque claſſes diſtributa lectori ob oculos ponere utile putavi, cum exemplis ſingulorum adiunctis, lociſque unde ſunt deſumpta.

1. A. A. Dianapaeſtus. *Iter hac - habui.* Eun. V. VIII. 35.
2. A. D. Anapaeſto - dactylus. *Tĕ amō - quo magĭs.* Ad. IV. V. 46.
3. A. S. Anapaeſto-ſpondeus. *Videō - ſentum.* Eun. II. II. 5.
4. A. Tr. Anapaeſto-tribrachys. *Itidem - pătria.* Eun. II. II. 4.
5. A. T. Anapaeſto-trochaeus. *Prius au-dite.* Eun. V. VIII. 37.

6. D. A. Dactylo-anapaeſtus. *Eſt genus - hominum.* Eun. II. II. 17.
7. D. D. Didactylus. *Quid lacry-mas pater.* Ad. IV. V. 45.
8. D. S. Dactylo-ſpondeus. *Ut tuo a-mori.* Eun. V. VIII. 46.
9. D. Tr. Dactylo-tribrachys. *Interea - aliquĭd.* Heaut. II. IV. 11.
10. D. T. Dactylo-trochaeus. *Suppedi-tare.* Eun. V. VIII. 46.

11. S. A. Spondeo-anapaeſtus. *Quid con-libuit.* Eun. V. VIII. 26.
12. S. D. Spondeo-dactylus. *Nemo eſt - principĭ.* V. VIII. 48.
13. S. S. Diſpondeus. *Pannis - annis.* II. II. 5.
14. S. Tr. Spondeo-tribrachys. *Multum ac-cipere.* V. VIII. 45.
15. S. T. Spondeo-trochaeus. *Ut ſpes - nulla.* Eun. II. II. 9.

16. Tr. A. Tribrachy-anapaeſtus. *Adeo ut - etiam.* Hec. II. I. 24.
17. Tr. D. Tribrachy-dactylus. *Niſi vi-des niſi.* And. II. II. 36.
18. Tr. S. Tribrachy-ſpondeus. *Homine - quoquo.* Eun. V. VIII. 53.
19. Tr. Tr. Ditribrachys. *Hodie item - alia.* And. II. II. 17.
20. Tr. T. Tribrachy-trochaeus. *Mea quidem-hercle.* And. II. II. 10.

21. T. A. Trochaeo-anapaeſtus. - *Miſſa - facio ef* -. Ad. V. IX. 34.
22. T. D. Trochaeo-dactylus. *Dum ſtu-des dare.* Eun. V. IV. 28.
23. T. S. Trochaeo-ſpondeus. *Vis po-tiri.* Heaut. II. III. 81.
24. T. Tr. Trochaeo-tribrachys. --- *fundite - emite.* Ad. V. IX. 34.
25. T. T. Ditrochaeus. *Vis a-mare.* Heaut. II. III. 81.

Hi ſunt pedes compoſiti, ſeu metra quibus ad metra *Terentiana* explicanda opus erit, quos omnes compendii gratia ditrochaeos

chaeos dicere liceat, cum ditrochaeis vel puris vel impuris pares ſint. Horum vero numerus augeri poſſit, ſi longam ſyllabam in dactylo vel anapaeſto in duas breves reſolvendo eorum loco proceleuſmaticum ſuffeceris, ut *quam quidĕm redeat ăd*, Heaut. V. III. 8. ſed hoc rariſſime factum eſt, nec ullus fere proceleuſmatici uſus, niſi cum in fine verſus dactyli vel cretici locum ſuſtinet, quod ſaepiſſime fit. Quin & e metris ſupra poſitis iſta in quibus pes poſterior eſt dactylus, vel ubi nimius ſyllabarum brevium concurſus, rarius uſurpantur. optima contra illa ſunt, in quibus primus pes trochaeus vel trochaeo par, vel anapaeſtus; alter vero vel ſpondeus, vel anapaeſtus. Purus enim ditrochaeus eſt levior numerus & tripudiis quam ſermonibus aptior, ideoque levitatem iſtam adiunctione tardioris pedis temperare viſum eſt.

His de metris praemiſſis, iam ad verſus ipſos accedamus; quos ut penitius intelligamus, ante omnia hoc principii loco, utpote quo tota fere res innitatur, ponendum eſt, Verſus comicos cuiuſcunque generis non per ſimplices pedes, ſed per metra ſeu διποδίας dimetiendos eſſe.

Hoc praeceptum, quod eſt quantivis pretii in re metrica, Graecis unice debemus. Quibus non eſt copia conſulendi de hac re Hephaeſtionis Alexandrini libellum de metris, qui iam diu eſt rariſſimus, adeant vetera ſcholia in Ariſtophanem, vel Triclinii in Sophoclem: in iis videbunt verſus omnes per integra illa ſcripta per διποδίας dimenſos. quod apud Graecos tam conſtans fuit, ut inde nomina verſibus indiderint, ac *trimetros* & *tetrametros* dixerint, quos Latini non ſine magno rei metricae incommodo, *ſenarios* & *octonarios*. Hinc enim factum eſt ut vetus illa per metra dimenſio paulatim in deſuetudinem abierit, & una cum ea rei metricae ſcientia, quod ad haec verſuum genera, fere interciderit. Qui enim metrorum ſubſidio deſtitutus, de verſus menſura iudicare nequit, niſi ex pedum ſimplicium numero, neç ipſe veterum Comicorum Scripta apte & numeroſe leget, neque ſi ab aliis recitentur, numerum in iis aliquem deprehendet; nec unquam ſciet, num verſus ſuis numeris conſtet, niſi ad digitos exigat, quod non moleſtum modo, ſed & nimis quam abſurdum;

cum

cum & nimiam id inter legendum vel audiendum moram, praeterquam res patitur, poſtulet, gratiamque omnem & venuſtatem numerorum ab aure, cuius unum eſt de numeris iudicium, & cui delectandae praecipue inſerviunt, in totum eximut. Contra, qui verſibus comicis per metra dimetiendis aſſueverit, ſtatim ex ipſo verſus ſono, ſimulac audierit, facile intelliget cuius generis ſit, an in parte aliqua quantitas deficiat, aut aliquid vitii ſit in numeris; nec opus eſt ad iudicium de his ferendum, ut in concilium digitos adhibeat.

Haec ita eſſe res ipſa comprobabit exemplis quae mox afferam ex *Trochaico* genere deſumptis. Sentio quidem me hic ab aliis rei metricae ſcriptoribus abire, qui de *Iambico* genere primo loco ſolent agere, ut antiquiſſimo & facillimo: ſed doctiſſimorum virorum venia dicere liceat, utroque nomine eos vehementer falli. Primum enim clariſſimo ex *Ariſtotelis* libro de Poetica teſtimonio conſtat *Trochaicum* genus fuiſſe antiquiſſimum. Haec enim ille c. 4. Τό, τε μέτρον ὅτι τετραμέτρου (τροχαϊκοῦ) ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο, διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. λέξεως δὲ γενομένης, αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρε. μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστι. Quod ſi hoc ſecus ſe haberet, tamen ſi quae de re metrica ſcripturus ſum, facilius intelligentur ea primum tradendo, quae ad *Trochaicum* genus ſpectant, haec eſt idonea ratio, cur hanc potius quam illam viam inſiſtamus. Haec autem ratio quantum altera facilior ſit, & non modo rei metricae imperitorum captui accommodatior, ſed & rei ipſi de qua agitur, aptior atque utilior, non opus eſt ut verbis meis dicam; lector ipſe ſtatim expertus re ipſa deprehendet.

Sed antequam vera ex *Terentio* exempla adducam, fictis exemplis, uno ſcilicet verbo ſaepius repetito, ſingula verſuum genera lectori ob oculos ponam, quo clarius & planius eorum naturam, quantitatem, & numerum perſpiciat. In *Trochaico* igitur genere, *Trochaici tetrametri integri* exemplum hoc eſto.

T. t. a. *Phormi-onem = Phormi-onem ‖ Phormi-onem = Phormi-onem.*

Hoc eſt perfectiſſimi *Trochaici tetrametri* exemplum. διποδίαι enim

enim ſeu metra quibus conſtat, ſunt omnia ex *Trochaeo* & *Spondeo*, id eſt ex Epitritis ſecundis conflata, quae huius generis ſumma laus eſt. *Trochaici* enim generis proprium eſt, ut *Trochaeus* ſit in locis imparibus, ſive in priore metri parte; in altera vero *Spondeum* vel *Spondeo* parem, ut prius dixi, malit, ne iuſto levior & mobilior ſit. Hunc verſum *integrum* dixi, quoniam conſtat ex quatuor metris ſive διποδίαις integris; quod genus Graeci ἀκατάληκτον dixere, ut diſtinguatur ab aliis, in quibus aliquid vel deficit, vel ſuperat. Si verſus una ſyllaba excurreret ultra debitam Tetrametri menſuram, ὑπερκατάληκτον dixere; ſi una ſyllaba deficeret, καταληκτικὸν; ſi pede integro, βραχυκατάληκτον. Atque haec vocabula Latini rei metricae ſcriptores ſua etiam fecere, cum verbis e Latio ſumptis eorum vim haud aeque commode exprimere potuerint. Ut huius autem verſus naturam & venuſtatem intelligas, ad ſingula metra paululum ſubſiſtas oportet; quod ſi feceris, videbis non modo nullam in medio verſu caeſuram fieri, ſed & ſingula metra intra ſuos quodammodo limites concluſa, integris dictionibus finiri, ita ut nuſquam unum idemque verbum in diverſa metra diſtrahatur: quod etiam in veris exemplis plerumque fieri comperiemus, ut hoc indicio, ſi dubium aliquando inciderit (quod interdum fit) ad quodnam genus verſus referendus ſit, *Iambicum* dico an *Trochaicum*, ſi ad *Trochaicum* genus reducendo, verba in metrorum finitionibus crebris caeſuris incidantur, hoc inquam indicio ſatis certo cognoſci poſſit alterius eſſe generis. Ut haec quae dixi huius carminis propria eſſe Lector facilius deprehendat, verſum quem exempli loco adduxi in biſegmenta hac nota ‖ diſtinxi, biſegmenta vero in metra hac =, metra denique in pedes ex quibus conſtant hac -. Atque harum notarum primam per totam hanc editionem in verſibus tetrametris, qui etiam *quadrati* a Latinis rei metricae ſcriptoribus dicuntur, ſemper adhibui; alias vero duas notas iis tantum in locis, ubi metrum impeditius viſum eſt, & moleſtiam aliquam lectori parum in his exercitato creare potuiſſet.

His de hoc ficto exemplo dictis, ad illud vera quaedam e Terentio ſumpta iam expendamus; qualia ſunt haec ex Eun. IV. VI. 1.

T. t. a. TH. Cred° equid^{em} - illum = i^{am} adfu-tur^{um} esse ‖, ut ĭll^{am} a m^{e} - eripi = at; sine-veniat.

Atqui - s^{i} illam = digit° at-tigerit ‖ un°, ocul^{i} - ilic° = effodi-entur.

*dif. Usque * ad^{eo} e^{go} - ĭllĭus = ferre - pos^{um} in‖epti^{am} -, et mag-nifica verba,

Verba - dum sint =: ver^{um} enĭ^{m} - s^{i} ad rem ‖ confe-rentur =, vapulabit.

CH. Thais -, ego iam=dud^{um} hic - ads^{um}. TH. o‖ mi Chre-mes, t^{e} ips^{um} = expec-tabam.

Scin tu - turb^{am} hanc = propter - t^{e} esse ‖ fact^{am}? &-, ade° ad = t^{e} atti-ner^{e} hanc

Omnem - r^{em}? CH. ad me =? qui? quas^{i} -istuc ‖. TH. quia dum-tibi so=rorem - studeo

Redder^{e} - ac re=stituer^{e} -, haec atq^{ue} ‖ hŭiŭsmo-di sum = multa - passa.

Quibus addas haec ex Heaut. III. III. 1.

CH. Quid ĭstuc - quaes° est = ? quĭ ĭstic - mos est ‖ Clitiph° - ? ĭtane = fier^{i} o-portet?

CL. Quid ego - feci = ? CH. vidin - ego te ‖ modo man^{um} - in fin^{um} = huic mere-trici —— & *v.* 6.

Homin^{em} a-micum = reciper^{e} - ad t^{e}, atq^{ue} ‖ eius a-micam = subagi-tare.

*dif. Vel her^{i} in - vino = qu^{am} immo-destus ‖ * fuisti -. SY. factum =. CH. quam mo-lestus.

Et Adelph. II. I. 1.

SA. Obse-crō popu=lares - ferte ‖ miser° atq^{ue} - inno=cent^{i} auxilium:

Subve-nit^{e} inop^{i} =. AES. oti-ose ‖, nunc iăm - ilic° = hic consiste.

*m. Quid re- spectas = ? * nihil pe-ricli est ‖; numquam - d^{um} eg° ader° =, hic te-tanget.

Et Hec. IV. I. 1.

*m. Perii -, quid agam=? quo me - vertam ‖? quid vi-ro * meo = respon-debo

Misera - ? n^{am} audi=visse - vocem ‖ pueri - visust = vagi-entis.

& *ex Phorm.* III. I. 1.

Enĭm-

Enĩᵐ verᵒ - Anti-phō mul-timodis ‖ cᵘᵐ iſtoc - animᵒ es = vitupe-
randus:

* m. Itane - tᵉ hinc ab-iſsᵉ, & - vitam ‖ * tuam tu-tandᵃᵐ ali-is de-
diſſe?

* m. Alios - * tuam rem = credi-diſti ‖ magĩᵉ quam - tetᵉ ani-madver-
ſuros?

Nᵃᵐ ut ut e-rant aliᵉ-, illi - certe ‖, quae nunc - tibi domⁱ = eſt,
con-ſuleres.

Qui hos verſus attentius expendet, comperiet unum tantum ex iis eſſe, in quo biſegmentum non integra dictione claudatur; in eo vero, non ſimplicem vocem diſtrahi, ſed praepoſitionem ſolum, quacum compoſita eſt: & tum in biſegmentis, tum in metris fere omnibus, ſi qua dictio in duo metra dividatur, ſectionem ita fieri, ut ſyllaba in quam accentus cadit, non divellatur a ſequentibus, ſed una cum iis eidem metro accedat.

Atque haec de hac prima *Trochaici tetrametri* ſpecie dicta ſint, qua quidem *Terentius* rariſſime utitur, niſi in initiis ſcaenarum; atque ibi raro invenies plus uno verſu huius generis adhiberi, adeo ut in toto *Terentio* vix ſint totidem alia, quot hic adduxi. In hoc autem verſu ut venuſtas aliqua ſentiatur, partes eius tardius proferendae ſunt, quod & ipſa in initiis ſcaenarum collocatio quodammodo oſtendit, cum ſermo in primo congreſſu ipſa natura duce fere ſemper lentior ſit.

Verſus quo maxime gaudet in *Trochaico* genere, quique iucundiſſime & ſumma cum venuſtate decurrit, una ſyllaba ab hoc deficit, inde dictus *tetrameter catalecticus*, Latini *ſeptenarium* dixere, ad hunc modulum factus,

T. t. c. *Phormi-onem = Phormi-onem ‖ Phormi-onem = Phormio.*

qui conſtat ex tribus ditrochaeis & cretico, pro quo, prima ſyllaba in duas breves reſoluta, ſaepe adhibetur proceleuſmaticus. Huius formae exempla in *Terentio* ubique obvia. E multis haec habe ex *Andr.* II. II. 22.

T. t. c. Redeuntⁱ - intereᵃ = ex ip-ſa re ‖ mⁱʰⁱ inci-dit ſu-ſpiciᵒ: hem,
Paululᵘᵐ - obſonⁱ = : ipſus - triſtis ‖ : dᵉ inpro-viſo = nuptiae:

Non co-haerent =. PA. quorſumn^{am} - iſtuc ‖ ? DA. ego me - conti-
nu^{o} = ad Chremem.
Nihil or-nati =, nihil tu-mulṭ^{i}. ac ‖ ceſs^{i} : intr^{o} - aſpe-xi. PA. ſcio.
Magnum - ſignum =. DA. num vi-dentur ‖ conve-nir^{e} haec = nup-
tiis ?
PA. Non, o-pinor = Dav^{e}. DA. o-pinor ‖, narras - ? non rect^{e} = accipis.
Certa - res eſt =. etiam - puer^{um} inde ‖ abiens - conve-ni Chre-
mis,
Oler^{a} & - piſcicu-los mi-nutos ‖ ferr^{e} obol^{o} - in ce-nam ſeni.
Et Eun. V. VIII. 45.
Quod des - paulul^{um} = eſt, ne-ceſs^{e} eſt ‖ mult^{um} ac-cipere = Thai-
dem,
Ut tu^{o} a-mori = ſuppedi-tare ‖ poſſit - ſine ſump-tu tuo.
Ad ŏmni^{a} - haec magis = oppor-tunus ‖, nec magis - ex u-ſu tuo,
Nem^{o} eſt. - principi^{o} = & habet - quod det ‖ : & dat - nemo =
largius.
Fatuus - eſt, in-ſulſus -, tardus ‖, ſtertit - nocteſq^{ue} = & dies.
Et Adelph. V. IV. 1.
Nunq^{uam} ita - quiſquam = bene ſub-ducta ‖ ration^{e} - ad vi-tam fuit,
Quin res -, aetas =, uſus - ſemper ‖ aliquid - adpor-tet novi ;
Aliquid - moneat =, ut illa - quae te ‖ ſcire - credas =, neſcias ;
Et quae - tibi pu-taris - prim^{e}, in ‖ experi - und^{o} ut = repudies.
Hecyrae denique illa III. V. 20.
Ego me - ſcio ca-viſſe -, n^{o} ulla ‖ merito - contu-melia
Fier^{i} a - vobis = poſſit -: idque ‖ ſi nunc - memorar^{e} = hic velim,
Quam fi-del^{i} anim^{o} =, & be-nign^{o} in ‖ ill^{um} & - clemen-ti fui,
Vere - poſſum = ; ni t^{e} ex - ips^{a} haec ‖ magis ve-lim re-ſciſcere.

Sed de hac *Trochaici catalectici* ſpecie haec ſatis. eſt & alia *catalectici* ſpecies quam cretici loco claudit moloſſus, qui verſus *Scazon* Hephaeſtioni dicitur ; ſed nulla huius generis exempla ſunt in *Terentio*, nihil igitur opus ut de eo plura hic dicam.

Eſt vero in *Trochaico* genere praeter has ſpecies inſignis etiam *Dimeter catalecticus*, ſeu poſterius biſegmentum *tetametri catalectici*, cuius haec forma eſt.

T. d. c. *Phormi-onem = Phormio.*

huius

Huius generis verſiculi ſinguli tantum occurrunt, nec ſaepius ſimul repetiti ſcaenam vel ſcaenae partem conſtituunt, ſed tetrametris eleganter immiſcentur. Iis tamen parcius utitur *Terentius*. Exempla ſint haec.

T. d. c. Proh de^{um} - atq^{ue} homi-num fidem. *Andr.* I. V. 10.
Quod s^{i} ab-eſſet = longius. *Adelph.* IV. I. 8. &
Dicam -, non ede-pol ſcio. *Hec.* IV. I. 5.

Primum etiam huius verſus biſegmentum, ſeu *Dimeter acatalectus* eſt *Plauto* frequens, ſed apud *Terentium* nuſquam. Nec omittendum eſt apud *Terentium* Andr. IV. I. 14. unum eſſe exemplum *Trochaici tetrametri brachycatalecti*, cui ſcilicet integer pes deeſt ad tetrametrum complendum.

T. t. b. Non verentur = : illic ubi nihil ‖ opus eſt -, ibi ve=rentur.

His de *Trochaico* genere dictis, in quo Lector nullam difficultatem ſentiet qui haec exempla probe tenet, niſi quae ex licentiis oritur, ſiquidem metrice legere expedite queat, omiſſis literis quae per ſynaloepham eliduntur ; tranſeo ad *Iambicum* genus, quo maxime Comici veteres utuntur, ut ſermoni & rebus agendis omnium commodiſſimo. De hoc autem genere ſciendum eſt, quod in paribus locis pedem illum poſtulet, unde ipſi nomen eſt. Atque hoc ex ipſa verſus *Iambici* natura profluit, cum a *Trochaico* derivetur, qui *Iambicus* fit, ſi principio ſyllabam vel ſemipedem apponas; quod cogitatum etſi neminem fugere potuiſſet, ſi de *Trochaico* genere rei metricae ſcriptores primum agere coepiſſent, neſcio tamen an cuiquam in mentem venerit ante Doctiſſ. Bentleium noſtrum. Is certe primus id me ſummonuit ante annos complures, cum inter vario ſermone confabulandum, de *Terentii* verſibus forte verba faceret, pauca quidem, ſed quae homini non prorſus ἀμύσῳ ſatis eſſent. Hoc autem pacto ſyllaba brevis, quae in *Trochaico* verſu ſecunda fuit, in *Iambico* tertiam ſedem occupabit, i. e. ſecundus pes erit Iambus, atque ita porro in ceteris paribus locis. Sed ea veteres Comici uſi ſunt licentia, ut in omni ſede praeter ultimam

ſpondeum vel ſpondeo parem reciperent, unde exurgit non minor metrorum in hoc genere congeries, quam quae genus *Trochaicum* ingreditur: ſed ab hac nova pedum compoſitorum mole Lector liberabitur, cum perſpiciet, quomodo verſus *Iambicus* a *Trochaico* deducatur. *Trochaici tetrametri catalectici* exemplum hoc erat.

T. t. c. *Phormi-onem-Phormi-onem | Phormi-onem=Phormio.*

appone Syllabam principio, & ex hoc verſu fiet *Iambicus tetrameter acatalectus*,

I. t. a. *Proh Phormionem, Phormionem, Phormionem, Phormio.*

quod in metra Iambica diſtinctum hanc formam induet,

Proh Phor-mio=nem Phor-mio=nem Phor-mio=nem Phor-mio.

quo nihil invenuſtius; ſin ſyllabam quam principio addideras, virgula appoſita a ſequentibus abſcindas, metra quae ſuperſunt, erunt omnia eadem quae prius, nempe *ditrochaei*: unde ſequitur *Iambicum tetrametrum acatalectum* commode ſpectari poſſe, ut compoſitum ex ſyllaba ſeu ſemipede, tribus ditrochaeis, & cretico ſeu dactylo, cum ultima verſus ſyllaba communis ſit; aut ſi primam cretici ſyllabam in duas breves reſolvas, proceleuſmatico. Ut ſcias igitur, an huius generis verſus ſit numeris ſuis integer, non opus eſt, ut ad pedes *Iambicos*, ſeu metra ex iis compoſita confugias; reiecta ab initio ſyllaba vel ſemipede, qui ſaepe duabus conſtat ſyllabis, quaere modo, an ſuperſint tres ditrochaei cum cretico, vel pede cretico pari: quod ſi rem ita ſe habere compereris, certo ſcis ad verſum recte conſtituendum nihil deſiderari; quantitas ſua, numerus illi ſuus conſtat.

Atque hinc Lector clare videat, quantum in re metrica tradenda factum ſit compendium agendo primum de *Trochaico* genere, & ex illo *Iambicum* deducendo, contra quam vulgo fit; cum hoc pacto qui unum novit, ambo noverit; nullum erit ei negotium cum pedibus *Iambicis*, iiſve pedum compoſitionibus ſeu metris, quae genus *Iambicum* conſtituunt; quae & ſcire labor

labor eſt, & ſi ſcias, non tamen ſtatim intelligas, utrum verſus ex iis conflatus recte ſe habeat, necne: quod facillime dignoſcitur, ſi ſyllaba vel ſemipede ab initio reiecto, in *trochaicum* redegeris. Atque ad modum hunc *Iambicos tetrametros* in hac editione ubique in medio verſu diſtinguendos curavi; ſyllabam etiam vel ſemipedem ab initio in omnibus *Iambicis* virgula reſecui, quoties vel minimum difficultatis inerat ad dignoſcendum, utrum unam, an duas ſyllabas abiicere oporteret. Huius autem generis exempla haec habe ex *Eun.* II. III. 21.

I. t. a. Haut′ ſimilis - virg° eſt = virgi-num no‖ſtrarum -: quas ma-tres ſtudent
De′miſſis - umeris = eſſe -, vincto ‖ pector-, ut graci-lae ſient.
Si′qu⁴ eſt ha-bitior = paulo -, pugil⁽em⁾ eſſe ‖ aiunt -: dedu-cunt cibum:
Tamĕt′ſi bo-n⁴ eſt na-tura -, reddunt ‖ cura-tura = iunceas.
Et III. V. 35.
Ad′hortor - properent =. d⁽um⁾ appa-ratur ‖, virg° in - concla-vi ſedet,
Su′ſpectans - tabulam = quandam-pict⁽um⁾: ibi ‖ inerat - pictur′= haec, Iovem
Quo pacto - Danae = miſiſs° - aiunt ‖ quond⁽am⁾ in - gremi⁽um⁾ imbr⁽em⁾ = aureum. *His adiungas Heaut.* II. I. 1.
Quăm in′iqui - ſunt pa=tres in - omnes ‖ adule-ſcentes = iudices:
Qui aeq⁽uum⁾′ eſſe - cenſent = nos a - pueris ‖ ili-co na=ſci ſenes;
Neq⁽ue⁾ ĭl′lar⁽um⁾ ad-fines = eſſe - rerum ‖, quas fert - adule=ſcentia.
*m. Ex′ * ſua li-bidi = ne mode-rantur ‖, nunc qu⁽e⁾ eſt - non qu⁽e⁾ o=lim fuit. *Et* V. II. 34.
Dŭm ĭs′tis fu-iſti = ſolus -, dum null⁴ ‖ alia - delec=tatio,
Quae′ propior - eſſet =, t⁽e⁾ indul-gebant ‖; tibi da-bant: nunc = filia
Poſtq⁽uam⁾′ eſt in-venta = ver⁴, in-vent⁴ eſt ‖ cauſa - qua t⁽e⁾ ex-pellerent.

Sed nihil opus pluribus in hoc genere exemplis, cum ſint tanto numero ubique obvia. ex his ſatis liquet *Iambicum tetrametrum acatalectum* a *Trochaico t. c.* nihilo differre, niſi quod ſyl-

laba

laba ab initio ſit auctior; atque hinc fit, ut ſaepe inter ſe miſceantur, quaſi generis eiuſdem eſſent.

Altera *Iambici tetrametri* ſpecies, qua plurimum utitur *Terentius*, quaeque ex priore oritur, ſyllaba a fine reſecta, eſt verſus *Iambicus tetrameter catalectitus*, cuius exemplum hoc eſto.

I. t. c. *Proh' Phormi-onem = Phormi-onem ‖ Phormi-onem = Phormi:*

conſtat nimirum ex ſyllaba ſeu ſemipede, tribus ditrocheis, & ſpondeo vel pede ſpondeo pari, anapaeſto, ſeu tribrachi qui ob ultimam ſyllabam communem, anapaeſti vicem ſuſtinet. hoc igitur modo ſi reſolvas *Iambicum tetrametrum catalecticum*, ſtatim deprehendes, verſus ſuis numeris conſtet necne; nec opus eſt ut ad alia metra exigas, ut intelligas an quicquam aut nimium ſit, aut deficiat.

Sed ut *Iambici catalectici* naturam indolemque penitius intelligas, exemplum quod dedi, in hanc formam refingi oportet.

Proh' Phormi-onem = Phormi-ō, proh ‖ Phormi-onem = Phormi.

Huius enim carminis venuſtas in hoc praecipue conſiſtit, ut in quarta ſede ſit *Iambus*, iſque voce integra finitus. quod ſequentia *Terentii* exempla liquido oſtendent. Eun. II. II. 25.

I. t. c. Con'currunt - laeti = m^{ihi} obvi-am cup‖pedi - nari^{i} = omnes:
Ce'tari-i, lani-i, co-qui, far‖tores - piſca-tores,
Quibus' & re - ſalv^{a} & = perdi-ta pro‖fuer^{am}, & - proſum = ſaepe:
Sa'lutant -: ad ce-nam vo-cant: ad ‖ ventum - gratu-lantur.
Et III. IV. 1.
Her^{i}' aliquot - adule-ſcentu-li co‖imus - in Pi-raeo
* m. † m. In' hunc di^{em} - ut de = ſymbo-lis es‖ſemus -. Chaere^{am} = † ei † rei
Prae' feci-mus: dat^{i} = annu-li: locŭs ‖, tempus - conſti-tutum eſt.
Prae'teriit - tempus =, qu^{o} in lo-co di‖ct^{um} eſt, pa-rati = nihil eſt.
Hom^{o}' ipſe - nuſq^{uam} eſt =: neque ſci-ō quid ‖ dic^{am}, aut - quid con-iectem.
Nunc m^{ihi}' hoc ne-goti = cete-ri de‖der^{e}, ut - illum = quaeram.
Quibus adde III. V. 44.

D^{um}

Dum haec / mecum - reputo, ad-cerſi-tur la||vatum in-terea = virgo:
* dif. It', lavit -, rediit =; * deinde e^um - in lectum || illae - conlo-carunt.
Sto ex'ſpectans -, ſi quid = mihi impe-rent. venit || una, heus tu =, inquit =, Dore
Capo / hoc fla-bellum =, ventul^um - huic ſic || facito, - dum la = vamur:
Ubi / nos la-verimus =, ſi vo-les, la||vato. ac-cipio = triſtis.

In omnibus his exemplis, in quarta ſede eſt *Iambus* in integram vocem abſolutus. atque ita plerumque fit; ne tamen hoc perpetuum putes, eſt etiam ubi hanc ſedem occupet non modo tribrachys, qui eſt temporibus Iambo par, ſed etiam ſpondeus, & ſpondeo par anapaeſtus, iſque non voce integra finitus. quod liquet ex his Hec. II. II. 5.

* m. 1. LA. Phi'dippo, etsi - ego * meis = mo omni-bus ſcio eſſe || - adprimo - obſe-quentem,
2. Sed / non adeo - ut mea = facili-tas cor||rumpat - illorum animos:
3. Quod / tu ſi i-dem face-res, magis - in rem & || noſtram, & - voſtrum id = eſſet.
4. Nunc / video in - illa-rum po-teſtate || eſſe to -. PH. heia = vero.
5. LA. Adi'i te he-ri de = filia: ut veni ||, itidem in-certum a-miſti.
6. Haud / ita de-cet, ſi = perpetu-am vis || eſſo ad-fini=tatem hanc,
7. Ce'lare - to iras =. ſi quid - eſt pec||catum a - nobis =, profer:
8. Aut / ea re-fellendo =, aut pur-gando ||, vobis - corri=gemus.

In horum verſuum ſecundo, tertio & ſexto in quarta ſede eſt anapaeſtus; in quarto, quartam ſedem occupat *Iambus*, ſed non in vocem integram definit; in Octavo, pro *Iambo* eſt Spondeus, nec ille integra dictione finitus. adde quod ſecundus & tertius nullis ſunt numeris, niſi pro communi ſecandi ratione aliam ſubſtituas, quaſi conſtarent ex primo *Trochaici tetrametri* biſegmento ſive duobus ditrochaeis, & *Iambico dimetro catal.* hoc modo.

Sed non - adeo ut = mea fa-cilitas || cor'rumpat - illorum = animos.
Quod tu - ſi idem = faceres, magis in || rem & / noſtram & - voſtram id = eſſet.

Ea

Ea vero *Terentii* ars eſt, ut hanc in numeris perturbationem haud facile invenias, niſi ubi res ipſae quoque de quibus agitur perturbatiores ſunt. In rebus pacatis, tranquillis, laetis, ſecundis numeri quoque feſtivi ſunt, nec leniter modo ſed & iucunde inceduńt: verſumque ita conſtitutum in vera ſua biſegmenta facile reſolvas, *Iambicum* ſcilicet *acatalectum*, & *Iamb. dimetrum catalecticum*, ut in hoc exemplo,

Sa'lutant - ad ce=nam vocant ‖, *ad'ventum - gratu=lantur.*

atque haec biſegmenta ſaepe ſeorſum poſita verſiculos conſtituunt, & quibuſvis tetrametris permiſcentur.

Maioris biſegmenti, ſeu *Iambici dimetri acatalecti* exemplum fictum hoc ſit.

I. d. a. *Proh' Phormi-onem = Phormio.* — vera autem haec.

1. Verebar, quors^{um} e=vaderet. Andr. I. II. 5.
2. Miſe'ram me -, quod verb^{um} = audio?
3. Quod ' ſi fit -, pereo = funditus.
4. Nam' quid ego - dicam = de patre? Andr. I. V. 6. 10. 18.
5. Rogi'tare -, quaſi dif=ficile ſit.
6. Quod ' poteris -, ab ea = pellito. Eun. II. I. 3. 9.
7. Ita' prors^{um} ob-litus = ſum mei. II. III. 14.

Ut horum numeros teneas, cenſendi ſunt conſtare ex ſyllaba ſeu ſemipede, ditrochaeo, & cretico aut cretici vicario proceleuſmatico, ut in exemplo quinto.

Alterius biſegmenti, ſive *Iambici dimetri catalectici* exemplum fictum ſit,

I. d. c. *Proh' Phormionem = Phormi*; vera autem haec.

Date': mox eg^{o} - huc re=vertor. Andr. III. II. 5.
Id a'nus m^{ihi} in-dicium = fecit. Ad. IV. IV. 9.
Ad' grediar -. Bacchis = ſalve. Hec. V. I. 5.
ſed haec apud *Terentium* rariora ſunt; ex tribus, quae adduxi, duo prima ſunt verſuum Bacchiacorum clauſulae, de quibus ſuis locis.

His de *Trochaicis* & *Iambicis tetrametris acatalectis, catalecticis, eorumque biſegmentis dictis*, paucula adiicienda ſunt de verſibus *hyper-*

hypercatalectici, quos ſi conferas cum *Trochaico tetrametro acatalecto*, videbis alios eſſe una ſyllaba a fine auctiores, alios vero una ſyllaba auctiores ab initio. prioris generis, *Trochaici ſcilicet tetrametri hypercatalectici*, ſunt hi;

T. t. h. Ne t[u] hoc - mihi po=ſterius - dicas ‖, Davi - factum = conſili[o]- & dolis. *Andr.* III. II. 29.

Adcers[e] - ut de = lectet - hic nos ‖. ill[a] ex-clamat = minime - gentium. *Eun.* IV. I. 11.

Reppe-riſti = tibi quod - placeat ‖, an nond[um] - etiam = ? SY. de fal-lacia. *Heaut.* III. III. 35. &

Tu for-taſſe = quid me - fiat ‖, parvi - pendis = dŭm ĭlli - conſulas. IV. III. 37.

Iambici tetrametri hypercatalectici hi ſunt;

I. t. h. * dif. Ego ′de me - facio = conie-cturam ‖ nem[o] eſt - * meor[um] a=micor[um]- hodie. *Heaut.* III. III. 13.

Quin ′ mihi mo-leſt[um] eſt =. CL. pergis - hercle ‖. SY. verum - dico = quod vi-detur. 21.

Cui ′ quanto - fuerat = praeſta - bilius ‖, ubivis - genti[um] = ager[o] ae-tatem. *Hec.* III. I. 4.

Sin hos *hypercatalecticos* conferas cum utriuſque generis *catalecticis*, priores ſunt *Trochaico catalectico* uno pede auctiores, poſteriores autem *Iambicum catalecticum* uno pede excedunt. ſed de his ſatis, quorum uſus tam infrequens eſt, ut utriuſque generis in toto *Terentio* vix plus decem ſint.

Quod ad horum vero biſegmenta, neſcio an *Trochaici t. h.* poſteriore uſus ſit *Hec.* IV. I. 4.

T. d. h. Quod ſi - reſcie=rit pepe-riſſe eam.

Et *Iambici t. h.* priore, *Eun.* II. I. 6.

I. d. h. Ne ĭ′ſtuc tăm in-iquo = patiar[e] - animo.

Licet utrumque *Plauto* ſit ſatis frequens.

His igitur relictis, accedo ad *Iambicum trimetrum*, quem Latini *ſenarium* dixere, verſum longe nobiliſſimum, & omnium maxime a Scaenicis poetis frequentatum; cuius tanta venuſtas, ut *Quintilianus* dixerit, etiam *Terentii ſcripta plus gratiae habitura, ſi intra* TRIMETROS *ſtetiſſent*. Ad verſus huius conſtitutionem in-

telligendam, ei qui probe tenet quae de *Iambico tetrametro acatalecto* dicta ſunt, verbum ſatis erit; iſtius enim verſus normam in animum revocet, quae haec fuit,

I. t. a. *Proh' Phormi-onem = Phormi-onem ‖ Phormi-onem = Phormio.*

Ex hac unum quemvis ditrochaeum eximat, reliqua *Iambicum trimetrum* conficient hac forma,

I. tr. *Proh' Phormi-onem = Phormi-onem = Phormio.*

Ut *trimetri* igitur numeros ſtatim ac audieris teneas, conſtare cenſeas ex ſyllaba ſeu ſemipede, duobus ditrochaeis, & cretico, ſeu proceleuſmatico, qui cretico par. ſi *trimetrum* in has partes reſolvas, ilico deprehendes abſque aliis auxiliis, integer ſit necne.

Huius generis omnia ubique plena ſunt. exempli loco ſint haec ex *Eun.* I. I.

I. tr. Quid ' igitur - faciam =? non e-am, ne = nunc quidem
C^um^ ac'cerſor - ultr°? an = potius - ita me = comparem,
Non ' perpe-ti mere-tricum - contu-melias?
Ex'cluſit -: revocat =: redeam -? non, ſi = m^e^ obſecret.
Siquid^em'^ hercle - poſſis =, nihil pri-us, neque = fortius:
Ve'rum s' in-cipies, = neque per-tendes = naviter,
Atq^ue'^ ubi pa-ti non = poteris -, cum nem° = expetet,
In'fecta - pac^e^, ultr° = ad eam - venies =: indicans
Tĕ a'mar^e^, & - ferre = non poſs^e^ -; act^um^ eſt. = ilicet.
Per'iſt'. e-ludet =, ubi te - victum = ſenſerit.

Sed quod de nonnullis *tetrametris* dixi, de *trimetris* quoque quibuſdam dicendum eſt, aliam ſcilicet ſecandi rationem interdum adhibendam eſſe, ne legitima verborum pronuntiatio nimium violetur, & numeri invenuſte incidantur. ſed vix tria ſunt in toto *Terentio* huius generis exempla: duo tantum ſcribenti haec occurrunt, quorum alterum eſt in *Eun.* III. I. 52.

I. tr. -tromit-tamus = commiſ-ſatum = tu ' Pamphilam.

alterum in *Heaut.* II. III. 66.

Facile - ſcires = deſi-deri° id = fie'ri tuo.

hos

hos verſus, ut aliquo ſint numero, vides reſolvendos eſſe in duos ditrochaeos, ſyllabam ſeu ſemipedem, & creticum.

De hoc autem carminis genere unum porro monendum reſtat; nempe ut in *Tetrametris* generibus ſunt quidam verſus, qui menſuram *Trochaici tetrametri catalectici*, & *Iambici tetrametri catalectici* uno pede excedunt, ita in hoc genere ſunt quidam, qui uno pede, iuſto *trimetro* prolixiores ſunt, quos *Iambicos ſeptenarios* dicas, quales pauculi ſunt in *Terentio*, plures apud *Plautum*; de quorum tamen magna parte merito dubitari poſſit, utrum ſatis ſani ac ſinceri ſint. huiuſmodi ſunt hi ex *Andr.* IV. IV. 3.

I. ſept. Puer' hercl^{e} eſt-. mulier =, tun ad-poſuiſt^{i} = hunc? ub^{i} - illic eſt?

Et v. 6.

Quid ' turb^{ae} eſt - apŭd fo-rum? quid - illic - hominum - litigant?

Hic quidem verſus, ſi ſingulis ſyllabis detur maxima ſua quantitas, erit T. t. c. ſed id parum convenit homini perturbationem magnam ſimulanti, & prae metu raptim verba praecipitanti: quid quod nullum certum eſt in *Terentio* exemplum, *Trochaicum tetrametrum catalecticum Iambicis trimetris* immiſcendi. nec niſi rariſſime fit apud *Plautum*. vid. *Heaut.* I. I. 20. Aliud autem *ſeptenarii* exemplum habemus hac ipſa in ſcaena, *v.* 16.

Mi'rum ver^{o} - impu-denter - mulier = ſi facit

I. ſept. Mere'trix. CH. ab - Andri^{a} = eſt an-cill^{a} haec =, quant^{um} in-telligo.

Si *meretrix* non e margine traducta ſit, vel collocanda eſt poſt *mulier*, & ſic prior erit *ſeptenarius*, aut ſequenti apponenda eſt, ut hic, & tunc ille uno pede augebitur. his addas *Hec.* III. IV. 16.

Er^{a}' etiam - tu nunc = hic ſtas-? PA. ĕt quidem = t^{e} exſpe-ctō. PAR. quid eſt?

ſed huius verſus lectionem mihi ſuſpectam eſſe ad locum dixi. Supereſt ut moneam, verſibus *tetrametris* & *trimetris*, praeter cola illa de quibus prius dixi, interdum immiſ-

ceri breviſſima quaedam commata; unius ſyllabae, ut *Non*, Eun. IV. IV. 32. duarum, ut *In ius*, Phorm. V. VIII. 44. trium, ut *Flos ipſe*, qui eſt *Iambicus monometer catal.* Eun. II. III. 28. *Occidi. Eun.* II. III. 1. & *Dorio*, Phorm. III. II. 1. qui ſunt *Trochaici monometri catal.* quatuor, ſeu quae metrum Iamb. integrum conſtituunt, ut *Quid illud eſt?* And. I. V. 2. Eſſe denique quae metrum *Iambicum hypercat.* conſtituunt, ut *Dis'crucior-animi*; Ad. IV. IV. 1.

Eſt quidem in vulgatis editt. exemplum etiam commatis *Iambici dimetri brachycatalecti:* Phorm. I. IV. 18. *Homi'nem.* AN. *ſtă-ilico.* GE. *hem.* Sed *hominem* ad verſum praecedentem reiiciendum eſſe, ad locum dixi: nec plus uno huius generis memini apud *Plautum.* Perſ. IV. IV. 116.

I. d. br. *Ab' argentᵘᵐ - effer huc.*

His paucis abſolvi quicquid ſcire opus eſt ad intelligendum omnia illa carminum genera, quae a *Trochaeo* vel *Iambo* nomen ſuum ſortiuntur; quatenus ad metrorum *Terentianorum* intelligentiam eorum cognitio neceſſaria eſt. De his autem duplex quaeſtio moveri poteſt; altera, quamobrem tantam carminum varietatem adhibuerit Terentius, & non potius intra *trimetros* ſteterit, quod voluit *Quintilianus.* Conſilii huius rationem multi e rebus ipſis petendam arbitrantur, & *Terentium* variis verſuum generibus uſum fuiſſe, ut rei de qua agitur naturam numerorum concinnitate ſpectatorum oculis melius ſubiiceret. ſed vereor ut hoc reſponſum ſatis firmum ſit, cum locorum inſpectione conſtet in fabularum partibus maxime inter ſe diſſentientibus idem carminis genus adhibitum, in continuis autem negotiis diverſa. Eſt quidem ubi numeri rebus mire conveniunt; cauſam tamen tantae varietatis opinor hanc unicam fuiſſe, ut eo magis poeta ſpectatorum animos reficeret & taedium levaret; cum ipſae etiam orationis virtutes faſtidium pariant, niſi gratia varietatis adiutae. Gaudent enim omnes varietate, & ſicut oculi diverſarum aſpectu rerum magis detinentur, ita aures crebris numerorum atque adeo verſuum mutationibus oblectantur. Quod cum ipſius *Quintiliani* iudicium ſit, miror voluiſſe elegantiſſimas *Terentii* Fabulas

las ſolis *trimetris* aſtringi, cum & alia genera ſint venuſtiſſima, & ſine illis gratiſſima numerorum varietas omnis fere periiſſet. Hinc eſt quod in ſcaenis quae ex *tetrametris* ſolis conſtant, ſaepius de alio genere ad aliud tranſitur; ſed hoc tanto fecit iudicio *Terentius*, ut in ipſis quoque narrationibus ad aliam rem tranſitus ſimul fiat. vid. *Eun.* II. II. 24. & III. V. 44. In hac denique verſuum varietate Latini ſecuti ſunt Graecos, Graeci vero naturam, cui ſemper grata eſt viciſſitudo.

Quod ad alteram quaeſtionem, cur diverſorum generum verſus *Terentius* miſceat, & nunc *trimetrum tetrametris*, nunc *tetrametrum trimetris* inſerat, nunc in diverſis *tetrametrorum* generibus idem faciat; hoc quoque factum arbitror ob eaſdem fere cauſas, & ut in prolixioribus ſcaenis dormitans lector ad aures arrigendas excitetur; ſed ſemper commodis in locis, & ubi res ipſa mutationes eiuſmodi vel ſuadere vel pati ſaltem videatur. Duo vero genera, quod antea monui, tam parum inter ſe diſtant, ut eorum miſtura merito nulla cenſeri debeat, *Trochaicum* dico *t. c.* & *Iambicum. t. acat.* cum ſola inter verſus eos differentia ſit, quod alterum ab initio alter una ſyllaba vel ſemipede excedat. Atque haec de *Trochaicis & Iambicis* generibus dicta ſint. Sunt vero in veteribus Comicis praeter haec, exempla quaedam generis etiam Paeonici, verſus ſcilicet *Bacchiaci* & *Cretici*; quos apud *Plautum* magno numero & in omni fere fabula invenias, ſed in *Terentio* tam pauci ſunt, ut ne uni quidem paginae implendae ſufficiant: de quibus ad loca ſua ſatis dixi, ut iis hic immorari plane ſupervacaneum ſit.

Pergo igitur ad alteram huius inſtituti partem, eamque longe difficillimam, de *Licentiis* dicere, quibus veteres Comici uſi ſunt, earumque modos & rationes exponere. In quibus intelligendis cum viderem me parum adiutum a rei metricae ſcriptoribus, quorum tractatus hac in parte ſunt ſupra quam dici poteſt ſteriles & ieiuni, cum eorum nemo in rem altius penetrarit, aut quicquam ſolidi tradiderit, praeter vulgaria illa quae in triviis nota ſunt; decrevi ante omnia *licentiarum* cauſas & origines quantum potui inveſtigare, & niſi plurimum fallor, quaenam fuerint, non obſcure deprehendi.

In primis igitur ſciendum eſt *Licentias* Comicorum, quod ad partem earum longe maximam, unius eſſe generis, & in id ferri, ut popularem pronuntiandi conſuetudinem repraeſentent. Cum enim Comoedia in eo tota ſit ut vera vitae humanae ſit imago, non ſatis erat eas ſibi materias ſumere, quae e quotidiana vita eſſent deprompta, humilemque illum & depreſſum populi ſermonem imitari; oportuit inſuper eandem quoque pronuntiandi rationem, quantum poterat, aſſequi, qua populus in congreſſibus & colloquiis familiaribus uteretur. Hic verus *licentiarum* fere omnium fons, quae tantum eruditis negotium fecerunt; hinc eſt quod Comicis poetis licuit, quod alii nulli poetarum generi conceſſum eſt. Cetera poemata ſcripta ſunt ut legantur; Comoediae vero (ut & Tragoediae) ut audiantur. Ut igitur eorum numeros intelligamus, & verborum modos rite aeſtimemus, non tam ad literas quae ſe oculis ingerunt, inſitamque earum quantitatem attendendum eſt, ſed ad ſonos quos efficerent cum in ore populi ferrentur, qualeſque ad aures accederent.

Quomodo verba pronuntiarent Veteres Romani, ea praeſertim quae in colloquiis ſunt frequentioris uſus, idque iis temporibus, cum floreret adhuc Res-publica, nec dum civilibus armis fracta uni in imperium ceſſiſſet, nemo dixerit; nec profecto in ulla lingua vera pronuntiandi ratio certo ſciri poteſt, niſi ab iis qui viva voce loquentes audierint eos, quibus lingua de qua agitur, fuerit vernacula. Nobis igitur, cum Romana lingua per tot iam ſaecula in uſu communi eſſe deſierit, longe facilius eſt ex verſuum comicorum conſtitutione & licentiarum uſu pronuntiandi conſuetudinem, quam ex pronuntiandi modo verſuum & licentiarum rationes inveſtigare. Hoc tamen nemo non ſentit, qui vel leviter animum ad haec advertat, in ſermone & colloquio familiari verba multa, ea praeſertim quae in frequentiſſimo ſunt uſu, quaeque nullam in ſe emphaſin habent, nec ſententiam multum adiuvant, ſed quaſi vincula quaedam orationis partibus invicem nectendis inſerviunt, quales ſunt articuli, praepoſitiones, interiectiones, coniunctiones, & adverbia non pauca; nemo inquam eſt, qui non ſentit huiuſmodi verba quodammodo praecipitari & nimia celeritate ferri; in verbis etiam vel prolixioribus, vel durioris

oris ſoni, quaeque difficilius proferuntur, literas alias emolliri, alias ſupprimi, voceſque alias in medio, alias in fine ſyllaba truncari, veraſque ſyllabarum quantitates mire corripi; multis denique modis effici ut quam minimum temporis inter confabulandum verbis proferendis inſumatur, niſi ubi vehementior loquentis affectus, aut rei de qua agitur natura poſtulet, ut in hoc vel illo verbo inſignior mora fiat.

Si quis adeo harum rerum incurioſus eſt, ut nihil unquam de pronuntiatione linguae ſibi vernaculae cogitarit, quid velim facile intelliget, ſi in animum revocet, quid ipſe ſenſerit, ſi unquam homines exteros audierit ſermone peregrino & ſibi prorſus ignoto colloquentes. nonne ipſi viſi ſunt miris modis verba praecipitare, incidere, devorare, & dimidiata plurima proferre, ut nihil plane & diſtincte exaudiri potuerit? Immo qui eatenus linguam exoticam tenent, ut ſcripta oculis ſubiecta probe intelligant, illis ipſis homines lingua iſta confabulantes tanta celeritate verba fundere videntur, ut non modo literae, aut ſyllabae, ſed integra etiam verba ſaepe eos fugiant. quod vero nos de exteris colloquentibus ſentimus, idem illi etiam de nobis. Quod oſtendit hoc omnibus linguis natura inſitum eſſe, ut celerius proferantur, quam legantur, cum multa quae plene ſcribuntur, non tamen plene pronuntientur; ſed inter loquendum alia premantur penitus, alia mutilentur, ab aliis aſperi aliquid abradatur, aliis ſua quantitas inſigniter imminuatur; alia denique tam raptim efferantur, ut non modo duae treſve ſyllabae, ſed interdum etiam duo vel tria verba in unum coaluiſſe videantur.

Ut haec pronuntiandi ratio in Scaena etiam ſervaretur, neceſſe fuit ut Poetae in verſibus compingendis non tam ſpectarent, quid oculus poſtulet, quam quid ab aure deſideretur; qualemque publice recitati ſonum effecturi eſſent, potius quam qua ſpecie eſſent tacite lecti.

Haec vera origo atque unicus, opinor, fons *licentiarum* fere omnium, quae in veterum Comicorum ſcriptis occurrunt, quaeque tantas offenſiones obiiciunt lectoribus harum rerum imperitis, & eruditis etiam, qui cauſas earum inveſtigare neglexerunt. Pleraeque enim omnes eodem tendunt, ut veras ſyllabarum quanti-

tates

tates imminuant, & prosodiae legibus producenda corripiant, quo ad popularem loquendi consuetudinem ipsa quoque pronuntiatione propius accedant: quam dum consectantur, longitudo illa ex consonantium positione orta frustra iis obstat; in syllabae quantitate aestimanda ad vocalis solummodo naturam, quae syllabae quasi anima est, respiciunt; si ea brevis sit, syllabam pro libitu corripiunt. Idque non in ultimis modo verborum syllabis factitatum est, sed in aliis etiam quibusvis, mediis, primis, nisi contra obstet accentus; acutum illum intelligo tenorem, qui in omni voce unus est, syllabamque quam acuit prae ceteris intendit, & intendendo verae eius quantitati aliquam novam addit; cum intentione illa maior aliquantum mora in acuta pronuntianda insumatur: alias positionem facile negligunt, praecipue quidem illam quae ex eadem consona geminata oritur, cum antiquitus eiusmodi voces litera simplice scriptae essent; dein illam quae fit ex muta & liquida, aut ex quibusvis aliis consonis quae in vocis initio connecti possunt, nulla vocali interposita. Sed nec intra hos fines se continuerunt; quaecunque consonae brevem vocalem excipiant, sive in eadem, sive in diversis vocibus, longitudinem quae exinde syllabae accrescit, pro nihilo habent, & si versus ita postulet, ilico corripiunt: immo, quod magis mirere, malunt hac corripiendi licentia uti, etiamsi facile ab ea cavere potuissent, quam vocem dissyllabam cuius prima brevis est, in diversos pedes distrahere, cum crebrae caesurae orationem nimis exquisitam & elaboratam, numerosam nimis & a pedestri sermone remotam faciant.

Quod videtur etiam in causa fuisse, cur toties creticos quamvis uno tempore iusto longiores, ditrochaeorum partes fecerint. Hoc enim saepenumero ab iis factum quivis facile viderit; sed creticos quatenus creticos non receperunt, cum iste pes ab his generibus omnino abhorreat: hos igitur pedes, licet revera creticos, ac proinde quinque temporum, versibus suis immiscent quidem, sed sub alia quadam specie; nunc utique dactyli, nunc anapaesti, prima scilicet vel ultima pro correpta habita, nunc spondei, extrita media vocali, vicem sustinent. Maluerunt scilicet prosodiae leges aliquantum violare, quam a sermonis natura

& pronuntiandi conſuetudine nimium recedere; cum iſtis legibus obſequi non potuerint, niſi crebris caeſuris uterentur, & verborum creticum pedem conſtituentium ultimas ſyllabas a prioribus ſaepiſſime divellerent. Hoc autem non modo in ſingulis verbis, cum cretico pares eſſent, factum eſt, ſed ſaepe etiam cum duae voces ad pedem iſtum efficiendum concurrerent. Licentiae huius unum exemplum, ſed inſigne admodum dabo ex *Plauti* Trinummo. II. I. 172.

I. tr. *Quae' neque fu-tura nec - facta sünt - tamen il-li sciunt.*

in hoc verſu cuivis manifeſtum eſt duos eſſe pedes creticos, ſed qui dactylorum plane vicarii ſunt. innumera ſunt licentiae huius apud illum exempla; nec pauca in *Terentio*, licet hac, ut & aliis fere omnibus, *Plauto* longe parcius utatur; quod inter praecipuas *Terentii* laudes merito recenſendum eſt, qui quamvis in licentiis, ſive earum numerum ſive genera ſpectes, adhibendis tam parum ſibi indulſerit, ſermonem tamen tanta arte temperavit, ut *Plautino* minus aſſurgat, & pedeſtrem multo magis referat. ſed de his hactenus.

Alterum, quod plurimi eſt in hoc argumento ponderis, eſt accentus quem dixi, ſeu tenor, quo verbum ſecundum legitimam pronuntiandi rationem modulatur. Ut enim ille non temere movendus, nec ſyllaba quam occupat, ex longa in brevem mutanda, ita aliarum ſyllabarum quantitas, eius praeſertim quae acutam proxime praecedit, ab eo plurimum pendet; & maximarum licentiarum ratio inde eſt petenda. Quod ut intelligamus, haec pauca principii loco de natura & vi accentus probe tenenda ſunt.

Primo, in omni voce eſſe acutam, eamque unam tantum.

Secundo, ultimam nunquam eſſe acutam, ideoque in diſſylla bis priorem ſemper acui; unde fit ut ultimae exilius ſonent, & obſcurius audiantur.

Tertio, in polyſyllabis ſecundam, ſi longa ſit, acutam eſſe; alias tertiam ab extrema; intra trium enim ſyllabarum numerum, ſive hae in verbo ſolae ſint, ſive ultimae, acutam ſemper contineri: ideoque, ſi plures acutam praeceſſerint, omnes graves eſſe, pariter ac illas, quae ſequuntur.

Quarto, cum ſyllabae, quam acutus tenor occupat, ex intentione eius, nova quaedam quantitas accedat, iſtud incrementum quantitatis de ſyllaba proxime praecedente quodammodo detrahi videtur, dum vox loquentis per eam rapte fertur, ut ad acutam veniat, in qua inſignior mora facienda. hinc uſu venit ut ſyllaba acutae proxima pro correpta habeatur, breviorque acuta videatur, etiam cum ipſa quoque brevis eſt. Exempla huius infra afferam clariſſima.

Quinto, accentus legitime migrat ex penultima in ultimam longam, quoties voci alicui enclitica adiuncta eſt, cum hoc pacto ultima non amplius ultimam, ſed ab ultima ſecundam ſedem occupet. e. g. in *deae* acuitur prima, in *deaeque* ſecunda.

Sexto, in diſſyllabis quorum prior brevis eſt, altera longa, ſi caeſura in diverſos pedes diſtrahantur, accentus neceſſario migrat in ultimam; quod ideo licitum fuit, quia fieri non poterat ut poetae hac licentia non uterentur; ipſa metri neceſſitas excuſat. Nec vitari poteſt in cuiuſvis generis *Iambicis*, quoties verſus ab huiuſmodi voce incipit; & ſi in talem deſinat, quaecunque vox praeceſſerit, ultima eius ſyllaba ſi longa ſit, a ceteris divulſa fiet prima pedis cretici, adeoque in pronuntiando acuetur. quod valet etiam in *Trochaicis cataletticis*, qui hac in parte ab *Iambicis* nihil differunt.

Septimo, in triſyllabis metri conditio interdum mutat accentum, facitque ut e prima in ſecundam migret; cum ſcilicet ſyllaba brevis ante mutam & liquidam producitur: ut ſi ſecundam in *volucres* producas, quae extra metrum & in ore populi ſemper corripitur. ſed non licet contra in triſyllabis accentum e ſecunda in primam vel tertiam movere, mediamque licet poſitione ſola longam corripere; cum eo legitima pronuntiandi ratio nimium immutetur, nec immutationis idonea ſatis cauſa audienti, quo minus offendatur, ſe oſtendat. eſt quidem ubi *Plautus* hac etiam licentia utitur, ſed parcius; e. g. vi eorum quae quarto loco dicta ſunt, corripere licet ſecundam in *voluptatis*, ſed non idem licet in *voluptas*, quamvis hoc quoque a *Plauto* ſaepius fiat.

Unum porro monendum ſupereſt de pronuntiatione conſonarum *i* & *u*, quae non tam dure efferendae ſunt, ac apud nos fieri ſolet, ſed molliore ſono, quique proxime accedat ad illum quo pro-

pronuntiamus *y* & *w*; quod & ab aliis dudum obſervatum eſt, & verum eſſe abunde conſtat ex reſolutionibus ſyllabarum quae ab iſtis literis incipiunt, quae nunquam tam crebrae fuiſſent, ſi veteres literas eas eodem quo nos modo pronuntiaſſent: cum maius tum fuiſſet inter eiuſdem literae ſonos, quibus nunc conſona, nunc vocalis efferretur, diſcrimen, quam quod ex altera in alteram tranſitum facile pati potuiſſet. e. g. inter *pariete* & *pargite*, quomodo nos efferimus, pernimium intereſt, inter *pariete* vero & *paryete* parum admodum: ſic *tenuia* & *ten-wia* idem fere ſonant, ſed *tenuia* & *tenvia* cum vau, ſono multum diverſa ſunt. Atque haec obſervatio de veris harum literarum ſonis eſt maximae ſaepe utilitatis: *v* vero conſonam ſic pronuntiari ſolere clariſſime oſtendit vox *Cauneas*, cum ſono referret *cave ne eas*. Cic. de Divin. II. 40.

His autem principiis ex pronuntiationis in ſermone familiari uſitatae, & accentus natura deſumptis immixi, omnium fere licentiarum quibus Comici veteres uſi ſunt, rationes facile expediemus. Quod ad illas, quae alterius ſunt generis, ex iis etiam plures ex ſermonis & colloquii natura oriuntur; aliae libertati iſti imputandae ſunt quae aliis etiam poetis ex metri neceſſitate conceſſa eſt, quaeque ex eo *Poetica Licentia* dicitur, in qua Latinis praeiverunt Graeci, imprimis vero *Homerus*. Sed ut diſtinctius agam de licentiis hiſce, quae ex diuturna *Plauti* & *Terentii* lectione obſervavi, huc fere redeunt.

Primo, monoſyllaba quaevis, ea praeſertim quae ſunt frequentioris in ſermone uſus, pro libitu corripiunt, licet obſtet non poſitio modo, ſed in nonnullis etiam vocalis longa, vel dipthongus. Exemplo ſint haec.

a	aut	ob	quod
ab	dein	per	hic
abs	e	ſed	haec
ad	ex	vel	hoc
an	haud	ut	huic
at	in	proh	hunc
et	nec	qui	hanc
atq' *vel* ac	nunc	quid	hoc *abl.*

hac				eſt
huc	cum	rem	*corripiuntur ante vocales.*	eſtn'
hinc	dum	quum		ſunt
mihi *monoſ.*	hem	quem		vult
is	iam	quam		vis *a volo*
id	nam			ir'.
nihil				

Ad, ab, abs, ob, an, in, con, in compoſitione etiam ſaepe corripiuntur, cum brevis ſit omnium vocalis. " Obſervat cu-" rioſeque animadvertit (ut Gellii verbis utar, l. 2. c. 17.) M. " Tullius *in* & *con* praepoſitiones tunc produci atque protendi, " quum literae ſequerentur, quae primae ſunt in *ſapiente* at-" que *felice*: in aliis autem omnibus correpte pronuntiari." Quae vero in ſermone correpte pronuntiabantur, in verſibus quoque Comici pro arbitrio corripuerunt. Et quod de *in* & *con* dixit *Cicero*, in aliis etiam praepoſitionibus & particulis locum habuiſſe plurimis exemplis conſtat, quae infra ſuo loco afferam. Sed an ad illorum modum ante eaſdem aut alias quaſdam literas producte etiam in ſermone dicerentur, cum id non ab ipſius rei ratione, ſed ex linguae conſuetudine penderet, nobis fruſtra hodie quaeritur.

Secundo, in diſſyllabis multis quae ſunt frequentiſſimi in ſermone uſus, priorem pro libitu corripiunt, ſi vocalis brevis ſit, ut in

ante	inde	quippe	huius
autem	inter	unde	[2] ille
ergo	intro	ambo	illic
etſi	intus	[1] eius	illuc
forte	nempe	cuius	illinc

1 *Eius*] In *eius*, *cuius*, & *huius*, ut prior corripiatur, *i* conſona in vocalem vertitur, & cum vocali praecedente diphthongeſcit; diphthongum autem ante vocalem corripi ad Graecorum exemplum poetis Latinis familiare eſt: & hinc fit quod cum *modi* compoſita ſaepe *us* abiiciant, & dicimus *eimodi*, *cuimodi*, *huimodi*.

2 *Ille*] Prior in *ille*, *ipſe*, & *iſte*, corripitur per omnes caſus, & ſecunda fere in *illius*, *ipſius*, & *iſtius*.

ipſe

ipſe	eccum	perque	eſſe
ipſus	eccam	nunquid	eſtis
iſte	ecquis	quicquid	eſſent
iſtic	ecquid	unquam	poſſe
iſtuc	idne	uſque	adde
iſtinc	quodque	uſquam	redde

3 omnis.

Quibus addas, *hercle* 4 *neve* & *ſive*.

Tertio, in diſſyllabis, quorum prior brevis eſt, alteram quoque ſaepiſſime corripiunt, ut in

apud	forum	bonas	6 cave	tacens
enim	fores	bonos	mane	vides
ehem	ĭdem	malis	nega	viden
fere	levi	malos	roga	videt
foris	manus	domi	tace	lubens
foras	manum	domo	vide	ſedens
heri	manus *in plural.*	domum	amat	erat
parum	miſer	puer	dedi	erant
quidem	minas	pater	dedit	erit
ſimul	modo	patris	dabit	foret
tamen	5 aves	patri	dari	abeſt
velut	oves	herus	dolet	potes
utrum	boves	heri	habet	poteſt
	novae	hero	habent	velim
amor	novo	herum	ſolent	velis
color	novum	ſenex	ſtudet	velint
pudor	dolis	ſoror	ſtudent	volunt
fidem	viris	uxor	tacet	lubet
Iovem	bonis	abi	taces	licet.

3 *Omnis*] Priorem in *omnis* videntur pronuntiaſſe, ut Itali in *ogne*.

4 *Neve*] *Neve* & *ſive*, cum pyrrichii locum obtinere videntur, opinor pro monoſyllabis potius habenda eſſe, & licet plene ſcribantur, contracte pronuntiari oportere, ut *neu* & *ſeu*; & inde eſſe quod *ſiv'* correpta ſit, *And.* I. III. 2.

Sive iſta' uxor, -ſive a = mica eſt - gravida e = Pamphilo eſt.

5 *Aves*] *V* in *aves* & ſimilibus videtur in vocalem verti, & voces proinde pro monoſyllabis habendas eſſe.

6 *Cave*] In *caveto* etiam, *negato*, & *rogato* Plautus ſecundam corripit.

Quarto

Quarto, in polyſyllabis compoſitis, ſi prima ſyllaba componens brevis eſt extra compoſitionem, in compoſitione quoque ſaepiſſime corripi ſolere, (quod de monoſyllabis prius obſervavi, quodque valet etiam in compoſitis ab *ante* & *inter*) exempla haec, ne plura congeram, oſtendunt.

advenis	arceſſo	intereſt	indiligenter
abduco	cognatus	interminatus	ingenium
abſurde	colloquor	ignavus	integer
adſitis	commodare	ignoro	invidia
advenis *verb.*	incedo	inpingo	inveniri
affines	incepto	intelligo	oblecto
ancilla	incertus	impero	obſecro
antehac	indignus	imperium	occultus
antiquus	interim	imprudens	oſtendo.

Quinto, quae acuuntur in tertia ab extrema, interdum acutam corripiunt, ſi poſitione ſola longa ſint, ut *optime*, *ſervitas*, *pervelim*, *Pamphilus*, & pauca alia, quo cretici mutantur in anapaeſtos. idem factum eſt in *neutiquam*, licet incipiat a diphthongo. interdum quidem in verbis huius formae dubium eſt, utrum prima an ultima ſit quae pro correpta habeatur, ut in *expedi*, *centuplex*, *perdidit*, &c.

Sexto, in polyſyllabis ſyllaba quae acutam proxime praecedit, ſaepe corripitur, etſi non poſitione modo, ſed & vocali longa ſit, vi eorum quae de accentu dicta ſunt, ut in

ărgentum	minĭſtremus	volŭntatis	cicātrices
ŏrnatus	magĭſtratus	volŭptatis	obĕdirent
Alĕxandrum	pugillatum	venŭſtatis	vidēbatur
gubĕrnator	potĕſtatis	ſenĕctutis	verēbamini.
		ſupĕllectilis	

Plautus hac licentia uſus eſt etiam cum ſyllabam producit dipthongus, ut in *audivi*. In nonnullis etiam cum ſyllaba acuta brevis eſt, ea quae illam proxime praecedit, etſi vocali longa animata, tamen corripitur, ut in *amicitia* & *pudicitia*.

Septimo,

Septimo, in quibusvis verbis vocalem longam vel diphthongum finalem sequente vocali corripiunt, & pro arbitrio negligunt longitudinem ex positione sola ortam; & quasvis syllabas pro brevibus habent, quarum vocalis brevis est, siquidem accentus non eas intendat. *Plautus* quidem ipsam acutam quoque in nonnullis corripuit, ut in

dedisse	modeste	fenestras	Philippus
necesse	sceleste	papillas	Philippei
libello	puellam	sagittas	sinistram.

Terentius vero nusquam, quod sciam, nisi in *tametsi* & *favillae*, quas in vulgi quoque ore corripi solere credibile est. quod de aliis etiam maximam partem dicendum arbitror.

Octavo, in unam saepissime contrahunt syllabas in quibus duae quaevis vocales concurrunt, ut

	ea in solea	*ia* in scias	
		ie in hodie	*oi* in proin
ai in ain	*ei* in dein	*ii* in rediit	*ui* in huic
	eo in adeo	*io* in otiose	*uo* in duobus.
	eu in deus	*iu* in diu	

Exempla huiusmodi sunt magno numero,

[1]	mihi		eum	eorum	fuere
	nihil		eam	earum	fuisse
	ais		eo	eodem	fuissent
	ait		rei	eadem	sciunt
	meus	}	spei	eamus	videat
* dis.	tuus	per omnes	* fidei	filii	taceo
* dis.	suus	casus	* diei	perii	docuit
	deus	}	die	aiebat	commoveo
	deae		via	fui	transeuntem
	duae		quia	fuit	gaudii
			trium	fuisti	iurgium

NOTAE.

[1] *Mihi*] *Mihi* & *nihil* sunt semper fere monosyllaba, vel certe rarissime in duos pedes distrahuntur.

mulier

1 mulier	eveniat	grandiuſcula	potuerit
melius	perveniat	tardiuſculus	reiiciat
ſuavius	divitias	comprehendit	introiit
probior	etiam	reprehendit	abieram
nequior	ineptias	deoſculor	abiero
ſexcenties	certiorem	dehortatus	redierit
via	occaſionem	aperiuntur	perierim
quia	tumultuoſa	2 eiiciat	periimus.

Nono, verba ſaepe breviant exterendo vocalem vel ſyllabam e media voce, vel reſecando a fine. quorum prius *ſyncope* dicta eſt, alterum *apocope*.

Exempla ſyncopes ſint haec.

erpite	dixti	alterum
ſurpuit	juſti	militis
exporge	ſenſti	nominis
amiſti	audiſtin	3 virginem
commiſti	dixe	clamitans
promiſti	deceſſe	paululum
praeſcripſti	exceſſis	4 liberae
excluſti	ſciſſem	liberet.

Eodem modo in diſſyllaba contrahuntur

quo pacto hae voces e creticis fiunt ſpondei.

NOTAE.

1 *Mulier.*] In hac voce plurimiſque aliis, in quibus vocalis prior eſt *i*, contractio fit mutando *i* in conſonam, quae, ut ante dictum eſt, pronuntianda eſt ut noſtrum *y*. atque hac ratione pedes proceleuſmatici in verſuum finibus ſaepe in dactylos vel creticos contrahuntur, ut in *mulierem*, *mulieres*, *abiero*, *perierim*, *redierit*, *prae-terieris*. quae pronuntianda, *mul-yerem*, *mul-yeres*, *abyero*, *per-yerim*, *red-yerit*, *praeter-yerit*. neque ſyllaba quae *i* in conſonam verſam praecedit, mutatione iſta ſemper producitur. huius exempla plura ſunt apud Plautum, ubi *mulier*, *potius*, *probior*, & ſimiles voces pyrrhichii loco ſunt, quaſi duorum tantum eſſent temporum.

2 *Eiiciat.*] In vocibus huius formae prior *i* cum altera in unam coaleſcit, & tum *i* duplex cum vocali prima diphthongum induit.

3 *Virginem.*] Non ſatis conſtat utrum in hac voce vocalis media elidenda ſit, an prima corripienda; poſterius malim, cum in multis animadvertas, vocalem brevem ante duas conſonas quorum prior eſt *r*, corripi. contra vero affertur hic verſus *Ennii*,

Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas.

Sed ſatis multa apud *Ennium* exempla ſunt, in quibus verſus hexameter incipit ab anapaeſto.

4 *Liberae.*] Eadem contractio fit in *liberare*, *liberius*, *periculum*, & ſimilibus.

Apoca-

Apocopes exempla haec habe.

itan	tun	in pro *ſine*	ſtar'
ſatin	parumn'	haben	poteſs'
egon	ſanun	viden	animul'.

Denique in multis non modo *s* finale pro libitu abiiciunt, ſed vocalem etiam quae proxime praecedit. exempla ſunt innumera in quibus *s* abiicitur cum dictio deſinit in *us*; ſed vocalem quoque cui adiuncta eſt, reſecuit ſaepe *Plautus*, idque non in nominibus tantum, ut in *ſervus*, ſed in verbis etiam, ut in *volumus*, *attulimus*, &c. Eadem quoque licentia, cum vox deſinit in *is*, non modo *s* abiicitur, ut in *magis*, *nimis*, *pergis*, *triſtis*, quod a *Terentio* factum, ſed *is* etiam, ut in *ſimilis*, *conſimilis*, *exorabilis*, *corporis*, *Veneris*. Interdum *s* abiecta, *i* corripitur, neque *s* modo ſed *is* quoque a fine detrahitur, etiam cum natura longa eſt; exempla, ubi *s* detracta *i* corripitur, ſunt *multis* & *miris*, ex quibus facta ſunt *multimodis* & *mirimodis*: poſterior quoque in *nobis* & *vobis* eadem licentia aliquoties apud *Plautum* corripi videtur, & nonnunquam totum *is* abiici, niſi pro iis legendum ſit *bis* & *vis*, quorum prius pro *nobis* antiquos dixiſſe annotavit *Feſtus*: huius autem licentiae clara exempla ſunt, *paratis*, *imperiis*.

His addas quod *es* interdum abiicitur in *res*, & *res eſt* ex eo ſaepius fit monoſ.

Atque hae fere ſunt rationes, quibus veteres Comici veras verborum quantitates ſolent imminuere, corripiendo nempe & contrahendo. Et huius generis eſt licentiarum pars longe maxima: earum vero cauſae ex populari loquendi conſuetudine & pronuntiationis natura petendae ſunt. Sed & aliae nonnullae ſunt alterius generis, quae ſcilicet inſitas verborum quantitates augent, & in proſodiae leges peccant, ut ſyllabas natura breves producant; quae fere ſunt huiuſmodi.

NOTAE.

1 *Star'.*] Clara, ni fallor, apud Plautum exempla ſunt huius licentiae, qua *e* finale in verbis modi infiniti abiicitur ſequente conſona, qua licentia nulla apud Italos frequentior.

Primo, ſynaloephas crebro negligunt, & vocalium concurſus, nec vocalem ne brevem quidem elidunt, his praecipue locis; ſequente diphthongo, ante pauſam, in biſegmentis, & cum alia perſona dicentem excipit.

Secundo, in diſſyllabis quibuſdam priorem non raro producunt, ut in *ei*, *rei*, *ſpei*. quae tunc *i* duplici ſcribi ſolent. *Plautus* etiam eadem licentia uſus eſt in *tuus*, *ſuus*, *eum*, *deus*; qua licentia nulla minus venia videtur digna; nunquam certe eam adhibuit *Terentius*.

Tertio, finales ſyllabas breves in quavis ſede ante diphthongum producunt, ut *id aurum*, *sēd æquum*, *inaudivit*; nec non ante vocalem quamvis in biſegmentis, & vi caeſurae; id quod *Plautus* ſaepe fecit in vocibus dactylicis, cum in vocali exeunt ſequente conſona; ſed & vocalem brevem ſequente etiam vocali ſaepius produxit in biſegmentis.

Quarto, *re* in compoſitis ſaepius producunt, conſonam quae ſequitur geminando, ut in *redux*, *reduco*, *retulit*.

Quinto, in polyſyllabis ſaepe producunt antepenultimam, contra proſodiae leges, ſi in eam cadat accentus, ut in *conventicia*, *conductitium*, *proiectitiae*, *emiſſitiis*, & aliis in *itiis* deſinentibus. ſed *Plautus* hac licentia uſus eſt etiam in diſſyllabis, cum encliticae adiectione accentus movetur, *Ærāque*, *Lactēque*, in quibus vel ſecundas produxit, vel *que* in duas ſyllabas reſolvit. idem etiam in vocibus quaternis aut quinis ſyllabis conſtantibus primam, brevem licet, plus ſemel produxit, ut in *amarentur amatoribus*, *amatorie*.

Sexto, *i* & *u* breves in primis aut mediis ſyllabis ante vocalem producunt, ut in *īerit*, *fūerit*, *plūerat*, *audierat*, *habūerit*.

Septimo, unam ſyllabam in duas reſolvunt, vel reſolutione diphthongi, ut in *hoſpitae*, *Cliniae*, *aquae*, vel *i* & *u* conſonas in vocales mutando, ut in *iam*, quod ſaepe fit diſſyllabum, *laruae*, *laruatus*, *miluus*, &c. quae mutatio non dura, aut coacta videbitur, ſi quae prius dixi de legitima literas has, cum conſonae ſunt, pronuntiandi ratione, in animum revocemus. & hac forte licentia *quid* & *que* interdum *Plauto* producta ſunt.

Octavo,

Octavo, *h* conſonae ſaepe vim habet, ut ſyllabam brevem poſitione longam reddat, vel ut vocalis finalis quae praeceſſerat, non elidatur. Hoc *Plauto* perpetuum. ſed *Terentius* parciſſime.

Haec autem ea fere ſunt quae de Licentiis dicenda habui, quarum quaſdam in proſodiae leges & pronuntiandi rationes nimium peccare non diffitendum eſt. Sed iſtae pleraeque omnes *Plautinae* ſunt; *Terentius* & modum adhibuit, quod ad licentiarum numerum, & miro delectu uſus eſt, quod ad earum genera, & a non paucis penitus abſtinuit.

Is quidem tam caſte egit, tam parcus fuit in licentiis utendis, iis praeſertim quae veras verborum quantitates augent atque intendunt, ut ſaepe in *Iambicis*, cum licentiam adhibitam putes, dum in legendo legitimae pronuntiationi & ſectioni in ditrochaeos obtemperas; ſi tamen verſum ad veros pedes exigas, nullam ei ſuſtentando licentiam neceſſariam eſſe deprehendas. vid. p.* 18: v. 54. * 26: 14. 41: 58. 95: 12. 101: 23. * 6. * 111: 17. * 150: 6. * 178: 50. 267: 46. * 270: 29. * 293: 96. 308: 10. 311: 44. Quae cum recogito, *Terentium* ad veras vocum quantitates magis quam ad pronuntiandi rationes animum in pluribus advertiſſe arbitror; ideoque muto iam ſententiam in iis ex locis laudatis, quibus ſignum hoc * appoſui, & eorum ſectiones ad veras verborum quantitates refingi velim, contra ac putabam, cum notas ad ea ſcriberem, *Plautinis* licentiis aequo tum forte addictior.

Sed & ipſe quoque *Terentius* in earum uſu nimius videbitur iis, qui novis ſolum Auguſtei ſeculi poetis legendis aſſueverint, nullum vero in veteribus hiſce legendis tempus poſuerint. Ab his quaeretur, cur non *Terentius* eandem in numeris puritatem ſervaverit, ac Graeci in ſuis Comoediis, aut Latini etiam ipſi in Tragoediis componendis. Quod ad Graecos, ſi *Terentius* eos non aſſecutus eſt hac in parte, in aliis enim non raro ſuperavit, id non poetae ſed linguae culpa fieri puto, quae tam dura, tam aſpera, tot conſonis obſeſſa, tot eliſionibus obnoxia, ut quod Quintilianus dixit, "Sermo ipſe Romanus non recipere videa-
"tur illam ſolis Atticis conceſſam Venerem, quando eam ne
"Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint." quod de numerorum & verſuum apud Graecos puritate & ſuavitate non

minus verum eſt, quam de alia quavis Comoediae Graecae praeſtantia, unde tanta illis quam mirantur omnes venuſtas. Quod vero Tragoedias Latinas ſpectat, ex *Seneca* male iudicatur de illis qui *Terentio* erant vel antiquiores vel aetate pares, cum apud eos etiam numeri multo ſint impuriores quam apud Tragicos recentiores. Quod ſi ipſi etiam *Terentio* longe caſtiores fuerint, & parcius multo licentiis uterentur, id diverſis ſcribendi generibus imputandum eſt. Cum Comoedia, ut pluribus dixi, vulgarem & loquendi & pronuntiandi conſuetudinem imitetur; Tragoedia vero, ut in argumentis longe maioribus verſatur, ita dictione quoque ſua, & eloquendi ratione a plebe longiſſime recedit. Tragoedia enim eſt poema nobile, elatum, grandi lentoque paſſu incedit, amat lecta, pulchra, ſonora verba, nec quicquam eorum quae profert, aut praecipitari velit, aut obſcure premi. Hinc Tragoedia in numeris etiam tantum a Comoedia diſtat, & licentiae in hanc frequentiſſime receptae, quae in altera nequaquam eſſent ferendae.

De comicorum enim licentiis in genere, iure dicas, quod *Terentianus* elegantiſſimis verſibus dixit de ſingulari illa, qua in *Iambicis* ſpondeum vel dactylum in ſecundo vel quarto loco poſuerunt.

Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Vt quae loquuntur ſumpta de vita putes,
Vitiant Iambum tractibus ſpondaicis,
Et in ſecundo & ceteris aeque locis.
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inſcitia,
Ne ſint ſonora verba conſuetudinis. &c.

Iambi quidem ſedes Graeci quoque Comici vitiarunt *tractibus ſpondaicis*; & id inſigne eſt diſcrimen inter eos & tragoediae ſcriptores. ſed hoc Graeci raro. Latini vero, ut *Priſciani* verbis utar, " in multis initium aliquod accipientes a Graecis, ſolent " ab anguſto in effuſum licentiae ſpatium hoc dilatare." quod ut dixi, linguae plurimum vitio vertendum eſt. Latine quippe ſcri-

 bentes

bentes ſalvo puri ſermonis nitore haud efficere potuere, ut in vitae communis rebus exprimendis, numeris aſtrictioribus uterentur.

Quod ad eas autem licentias quas adhibuit *Terentius*, ne lectori minus exercitato vel minimam offenſiunculam obiicerent, ubicunque in proſodiae regulas peccatur, ſigno aliquo quaenam eſſet licentia, indicavi: ſyllabis praeter morem correptis accentum brevem, productis longum appoſui; eorum etiam alterum appinxi omnibus ſyllabis in quibus ſynaloepha vel ecthlipſis negligitur; & nonnunquam iis etiam ſyllabis quarum quantitas minus cognita eſt. *o* etiam finale verborum, ut puerorum praeiudicio occurratur, qui plerumque pro correcto habere ſolent, cum in id accentus metricus cadit, accentu longo notavi. ubi vero in voce aliqua binae ſyllabae in unam contrahuntur, id literis margini appoſitis ſemper oſtendi. Ad haec, cum ſaepe fiat ut metrum ſeu διποδία in pedes diverſis modis reſolvi poſſit, e quibus ille eligendus qui legitimae pronuntiationi minime officit, numeroſque minime ſonoros reddit; eiuſmodi metra hac nota - in pedes ſuos diſtinxi. Nihil denique omiſſum eſt, quod excogitare potui, ut metri *Terentiani* intelligentia facillima redderetur, & ad tironum captum prorſus accommodata. Cum vero verſus comici ad tibias canerentur, ſupereſt ut de iis pauca quaedam dicam, quae ſatis ſint ad intelligenda illa quae in Fabularum harum Titulis habentur.

De his multi multa & valde diverſa; quae ne recenſere quidem, nedum excutere vel otium eſt vel animus. Conſtat apud omnes primis temporibus tibias ex arundine fuiſſe; eam vero quae radicem anteceſſerat, laevae tibiae convenire, quae cacumen, dextrae, inquit *Plinius* l. 16. c. 36. ex *Theophraſto*, cuius verba ſunt, τὴν μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ ἀριστερὰν εἶναι, τὴν δὲ πρὸς τὸν βλαστὸν, δεξιάν: ex his autem dextram graviorem ſonum edidiſſe ſaepius a Donato dictum eſt; quod iſti tibiae conveniſſe, quae anguſtiore eſſet foramine, oſtendit vir clariſſ. *Iſaac Voſſius* in elegantiſſimo Libello de viribus Rythmi p. 111. ex hoc *Aeliani* loco, qui extat apud *Porphyrium* in hypomnematis ad Harmonica *Ptolemaei*. Ἐὰν λάβῃ τις δύο αὐλοὺς, τοῖς μὲν μήκεσιν ἴσους, τὴν

ἢ ἐυρύτησι τ̃ κοιλιῶν διαφορὰς, καθάπερ ἔχουσι δὶ Φρύγιοι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς, ἔυρησει τὸ διπλάσιος τὸ εὐρυκοίλιον ὀξύτερον περιέχοντος φθόγγον τῶ στενοκοιλίω. Θεωρῶμεν γέ τοι τὰς Φρυγίας στενὰς τ̃ κοιλίας ὔσας, ἢ πολλῶ βαρυτέρας ἦχας προβάλλουσας τ̃ Ἑλληνικῶν.

Ea quae de *Tibiis* in Titulis dicta ſunt, iuxta Fabularum ſeriem ſic ſe habent:

1	2	3
Tibiis paribus dextris & ſiniſtris.	Tibiis duabus dextris.	Acta primum Tibiis imparibus, deinde duabus dextris.
4	5	6
Tibiis Sarranis.	Tibiis paribus.	Tibiis imparibus.

Sed quaedam ex his non ſatis ſincera eſſe liquet cum ex codicum varietate, tum ex *Donato*, iuxta quem,

Secunda acta eſt tibiis dextra & ſiniſtra.	Quarta tibiis dextris.	Sexta tibiis Sarranis.

Ut haec autem intelligamus, obſervandum eſt veterum tibicines duas ſimul tibias inflare ſolitos eſſe, quae ſi dextra manu, dextraque oris parte tenerentur, *dextrae* dictae ſunt: quae vero laeva manu, laevaque oris parte, *ſiniſtrae*. hunc apud illos morem fuiſſe antiqua marmora & nummi magno numero oſtendunt. *Duas vero dextras*, non *pares dextras*, & proinde *duas ſiniſtras*, recte & proprie dici patet & ex his titulis, & ex notiſſimo Phaedri loco l. V. Fab. 6. de tibicine, qui ſiniſtram fregerat tibiam,

DUAS *quum* DEXTRAS *maluiſſet perdere.*

Ex tertio titulo liquet *tibias dextras* ab *imparibus* diſtingui, ideoque *pares* fuiſſe, id eſt paribus foraminibus, pareſque ſonos edidiſſe, quod idem pari iure de *duabus ſiniſtris* etiam dicendum. *impares* igitur fuere duae tibiae, quarum dextra altera, altera ſiniſtra. in primo igitur titulo, cum *tibiis paribus* addatur *dextris*

& ſiniſtris, in quinto vero *tibiis paribus* nihil tale addatur, cenſendum eſt vel in primo *dextris & ſiniſtris* ex abundanti adiici, vel in quinto voces eas iniuria quadam excidiſſe: cumque, niſi aliquid eiuſmodi addatur, ſcire nequeamus, utrum *dextrae* an *ſiniſtrae* fuerint, opinor *paribus tibiis* quatuor intelligi, *duas* ſcilicet *dextras*, cum *duabus ſiniſtris*, & diverſas Fabulae partes diverſis tibiis actas fuiſſe; alias nempe *duabus dextris*, alias vero *duabus ſiniſtris*; vel totam Fabulam altera vice his tibiis, altera illis. Utrumque in uſu fuiſſe non eſt ut dubitemus, cum ex hiſce titulis conſtet eandem Fabulam non ſemper iiſdem tibiis actam fuiſſe; & in eadem actione modos canticorum & diverbiorum ſaepe mutatos annotarit Donatus.

Quarta Fabula acta dicitur *tibiis Sarranis*, vel ut alii legunt, *Serranis*; ſed mihi indubium eſt *Sarranis* veram eſſe lectionem, a *Sarra* dictis, quae *Tyro* olim nomen fuit; unde Virgilius, *Sarrano indormiat oſtro*. G. II. 506. & antiquior Virgilio Ennius, *Poenos Sarra oriundos*, ut locum illum laudavit *Probus*. mihi quidem locus non parum ſuſpectus eſt, cum in nullis aliis titulis tibiae proprio nomine indigitentur; quamvis *dextras Lydias* fuiſſe, *impares* vero *Phrygias*, poſt Donatum eruditi fere omnes exiſtiment. ſed ut ut hoc ſit, ſi nec *duae dextrae*, nec *dextra* altera, altera *ſiniſtra* fuerint, neceſſe eſt fuiſſe duas *ſiniſtras*; quas forte ominis cauſa *Sarranas* quam *ſiniſtras* dicere maluerunt.

Atque haec de vexatiſſima quaeſtione dixiſſe ſufficiat, cum pauca licet, e rebus tamen ipſis petita ſint, & proinde vera, & illa quae de Tibiis in titulis dicuntur, ſatis explicent. Tota enim quaeſtio curioſa magis, quam utilis, nec ad Fabulas melius intelligendas quicquam adiuvat, cum eaedem Fabulae diverſis tibiis, diverſae vero eiſdem agerentur. De Tibiis igitur qui plura velit, adeat *Iul. Scaligerum*, *Salmaſium*, *Iſ. Voſſium*; prae ceteris vero *C. Bartholinum*, qui de earum materiis, formis, uſibus, copioſe atque erudite ſcripſit.

CARO-

CAROLO BORROMEO S. R. E. CARD.

PETRUS VICTORIUS Sal.

MITTO ad te, Borromee amplissime, poetam elegantissimum, familiaris tui opera studioque olim expolitum: nunc autem, non sine cura aliqua mea, formis excusum atque divulgatum: cum enim domi tuae illum haberes, possesque solus aut cum paucis, labore & industria diligentis & eruditi viri frui, ut es omnibus in rebus publicorum commodorum studiosissimus, maluisti bonum hoc cunctis bonarum artium cupidis impertiri. recte igitur fecisti, consiliumque hoc tuum laudent omnes necesse est, qui non sunt penitus aversi a musis; nec suas tantum propriasque utilitates consectantur. ipse vero libenter suscepi hanc curam, dedique operam ut fideliter imprimeretur, ut servirem honori ac laudi Faerni, *cum quo dum vixit, magna amicitia coniunctus fui: cum enim aliter nunc illum iuvare non possem, hoc non parvum sane beneficium me in eum collaturum esse existimavi, si memoriam ipsius coluissem, & quantum per me fieri posset, vivam florentemque conservassem. Cognovi etiam me veteribus eius sodalibus cupidisque, si hoc egissem, gratum esse facturum, hominibus honestis, & qui plurimum* Faernum *ob ipsius probitatem, eruditionemque diligebant: quorum etiam partim mei necessarii sunt, partim vero, propter egregias animi dotes, & ipsi omnium amore dignissimi. iis igitur quoque placere volui: studuique, nihil a moribus meis dignitateque alienum gerens, benevolentiam eorum mihi magis conciliare. nam quantopere etiam ipse eodem studio delectatus sim, & quantum diligentiae adhibuerim in bonis auctoribus & Graecis & Latinis emendandis & ab omni labe vitioque expurgandis, notum testatumque est. quomodo igitur non debui eandem voluntatem in aliis fovere, qui in eodem cursu non sine multa laude versarentur? praesertim cum quod molestiae in hoc munere obeundo omni tempore suscepi, non ostentandi ingenii honorisque magni adipiscendi causa susceperim, sed veteres auctores illustrandi, & e corpore ipsorum turpes maculas eluendi. quare omnem hominem, qui in hoc studio cum fide iudicioque aliquo versaretur, semper adiuvissem: quod etiam arbitror me aliquando feciſſe: nonnulliſque ſuppeditaſſe ea auxilia, quae in me posita erant,*

rant, & ad finem illum obtinendum magnopere pertinebant. quod alii fortaſſe, ieiuni animi homines, & nimis avidi laudis, non feciſſent. Valuit etiam aliquid ad me impellendum, & ne declinarem hunc laborem, perſuadendum, quod & ipſe non parum hoc lepido nobilique poeta delector: putoque ipſum valde utilem eſſe, & ad Latinam linguam puriter perdiſcendam, & ad vitam hominum ſuaviter excolendam. nam quin accurata lectione Terentii mores emendentur & politiores integrioreſque reddantur, ſi quis conſilium illius finemque attendat, corrigique ſe patiatur, dubitandum non eſt: ſunt enim fabulae ipſius (quantum ratio eius poematis fert) honeſtae ac graves, remotaeque ab omni turpitudine verborum factorumque, talem autem ipſum fuiſſe natura moribuſque facile ſuſpicari poſſumus: cuius rei etiam indicium eſt, quod ille uſus eſt conſuetudine ſanctiſſimorum moderatiſſimorumque ſuae aetatis virorum: qui non tantopere ipſum dilexiſſent, nec in amicitiam ſuam irrepere paſſi eſſent, niſi ſimilis ipſis parque ingenio ac vita fuiſſet. Facit etiam (niſi fallor) ut merito ille hominibus gravibus carus atque iucundus eſſe debeat, quia propoſuit ſibi ad imitandum Menandrum: cunctaſque ſuas fabulas, una aut altera excepta, ex eo poeta expreſſit: de cuius ingenii ſuavitate ſalibuſque ita multa & doctiſſimi & honeſtiſſimi viri memoriae prodiderunt, ut non mediocriter dolendum ſit illum e manibus ereptum eſſe, & ita quidem deletum, ut ne veſtigium quidem ullum Graecum ipſius appareat. Nam cum extiterint olim graviſſimi viri Graeci, quique ſuis praeceptis ſcriptiſque magnopere pietatem noſtram Chriſtianam adiuverint, qui vehementer Ariſtophanem amaverint, nec unquam fere fabulas eius e manibus dimiſerint, Plutarchus tamen de illo poeta aliter ſenſit: longeque ipſi praeponendum eſſe Menandrum exiſtimavit: cum enim eum errorem ex animis quorundam evellere cuperet, ſedulo duos hos poetas inter ſe comparavit: quorum alter veteris, alter vero novae comoediae auctor fuerat: collectiſque diligenter eorum virtutibus ac vitiis, vel potius alterius inſignibus vitiis, alterius ſummis virtutibus, praeferendum eſſe omnibus de cauſis Menandrum demonſtravit: in cuius laudes colebrandas ita ſe effundit, ut modum nullum ipſarum tenere poſſe videatur. Non neceſſe eſt autem me nunc argumenta illa huc transferre: unum tantum ponam, quod in primis aptum eſt ad Menandrum ornandum: ad alterum vero illum omni paene honore ſpoliandum. quod cum facetiſſimus praeter ceteros lepidiſſimuſque comicus Ariſtophanes & habeatur & dicatur, affirmat Plutarchus Ariſtophanis ſales, cum amari & aſperi ſint, vim quandam exulcerandi, mordendique habere: contra autem Menandri ſales ita lepidos ac venuſtos eſſe, ut ex illo ipſo mari, unde Venus orta eſt, nati eſſe videantur. Sed ut, relicto Ariſtophane, ad noſtrum redeamus, qui Menandrum probant, ſummiſque laudibus in caelum efferunt, iidem manifeſto Terentium commendant: illius enim Graeci Latinus hic imago quaedam ſimulacrumque eſt, vel potius ille ipſe expreſſus,

in aliumque ſermonem (hoc enim fere tantum diſcriminis eſt) converſus. quod intelligitur etiam teſtimonio quodam Ciceronis, verſibus notato: legitur autem illud apud Donatum in ipſius poetae vita. Nec tamen me fallit non nulla in vertendo mutaſſe Terentium, quibuſdamque in rebus iudicium quoddam ſuum adhibuiſſe: ut illud quod e ſimplicibus duplices fere cunctas fabulas fecit. qua in re cum placere voluerit ſpectatoribus, qui plerunque gemina compoſitione rerum, duobuſque ſimul ad exitum perductis argumentis capiuntur, diſceſſit non tantum a mente & quaſi praeſcripto Menandri, verum etiam a ſententia Ariſtotelis, arbitrantis alterum illud melius eſſe: iudicantiſque uno in argumento, unaque in perſona manere poetas oportere: ſive tragoediam ſive comoediam ſcribant. nam quaedam etiam ipſum variaſſe, inſtituta vonnulla ad conſuetudinem moremque Romanorum hominum convertentem, apud eundem etiam veterem grammaticum lectum eſt. neque tamen hoc quiin verum id ſit quod diximus facit, nullo inquam alio in loco planius ſpectari poſſe lepores venuſtateſque Menandri, quam in fabulis Terentianis. ut taceam maiores virtutes ab ipſo acceptas: quemadmodum cum Graecus ille fingat in meretriciis amoribus aduleſcentium libidinem exerceri ſolitam, nec feminae ingenuae pudicitiam expugnatam arte ulla in ſcaenam referri, ſi quando tamen virgini civi ſtuprum infertur, numquam non inde nuptias naſci ſolitas: ut ex principio illo malo turpique, res bona atque honeſta proficiſcatur. quod accurate, ut apparet, ſervavit Terentius, neglectum ab recentioris memoriae poetis, qui paſſim & his a bonis moribus alienis, & aliis turpioribus adhuc amoribus comoediam inquinant, & ne dum vitam expoliant & corrigant, potius ipſam foedant, & omni dedecore contaminant. Eſt igitur omnibus his de cauſis, aliiſque nonnullis minime obſcuris, Terentius amandus; in ſinuque frequenter habendus: ac profecto bene omnis opera ponitur, quae in ipſo illuſtrando celebrandoque collocatur. quod ipſum etiam me hortatum eſt, ut diligenter eum imprimi curarem; ſtudeo enim prodeſſe quacumque re poſſum, cupidis honeſtarum artium: nec ullum umquam laborem recuſavi, ut partem aliquam huius laudis adipiſcerer. Coeperam autem multo antea hunc Faerni conatum adiuvare: & ut ex ipſius ſcriptis apparet, miſeram ad eum antiquiſſimum Terentii librum, quem domi habebam: cuius ille teſtimonio ſaepe utitur, & unde ſe plurimum in iudicando adiutum fatetur. eſt autem is multis in rebus ſimilis ei, qui Petri Bembi fuit. nam nomina perſonarum Graecis litteris notata ambo habent non primis fere ſyllabis vocum illarum, quibus perſonae appellantur, cum ſtatim in fronte ſingularum ſcaenarum declaratum ſit quibus litteris perſonae, quae illic loquuntur, ſignificentur. quae omnia (ut opinor) diligenter a Faerno expoſita fuiſſent, ſi extremam manum labori huic ſuo admovere potuiſſet: & non ante iniquiſſima morte praereptus eſſet. Ordo etiam fabularum communis pervulgatuſque a nobis ſervatus eſt, qui fortaſſe

tisse verus non est, quod suspicari licet, etiam ex fastis : quia quod iudicium de hac re ille feciſſet, compertum nobis non erat : nec quicquam ipse de hoc litteris suis mandavit. in Bembi certe libro Adelphi postremum locum tenent. Quia autem Faernus ardebat cupiditate hunc optimum poetam iuvandi, & omni ratione, qua poterat expoliendi : facereque multum ad eum restituendum intelligebat rationem versuum, qui in consuetudine comicorum sunt, tenere, scribere aggressus est librum de illo genere metrorum, quem tamen non absolvit. quod si ad exitum opus hoc perducere potuisset, cum in primis eius rei peritus esset, multumque in hoc studio versatus foret, omnem illam materiam plene perfecteque tractasset : nec ullam quaestionem propriam eius loci omisisset : illum tamen ipsum qualem reliquit, vel potius ipsius initium, & non contemnendi aedificii vestibulum occultare non libuit, nequa ingenii ipsius monimenta perirent. hoc autem rectum esse & fieri debere illi, quibus memoria Faerni commendata est, iudicarunt, sperantes omnia in bonam partem acceptum iri : & id boni quod in illo libello est studioſos huius elegantis doctrinae prorsus laudaturos : si quid vero non omnino plenum perfectumque illic invenerint, ei veniam daturos. nam quale opus ipsum integrum futurum fuerit, declarat quod auctor ipsius in primo statim aditu, minime glorioſus homo, nec inanis laudis cupidus, de sua facultate nonnulla praedicat, & quam haec doctrina hac aetate adhuc obscura, tenebrisque multis involuta sit, testatur.

Hos autem omnes optimi ingenii fructus, antistes optime (ut initio scripsi) ad te mitto, unde exierunt, & e cuius copioſa bibliotheca in manus eruditorum pervenerunt, ut a cunctis statim intelligatur cuius beneficio ipsi aucti sunt. in quo arbitror etiam me manibus Faernii gratum feciſſe, si haec post mortem curare hominibus mos est, qui te post Pium IV. *Pont. Max. veterem suum patronum auctoremque suorum omnium commodorum colebat : nec sane aliter facere poterat, nisi a iudicio ipsius sapientissimi viri discedere vellet : quod numquam commisisset : videbat enim cum reliquis omnibus, qui in ista celebri urbe ac regina omnium civitatum vivunt, quanto in honore apud ipsum esses, & quantum ille ingenio prudentiaeque tuae tribueret, cum bonam magnamque partem oneris eius quod sustinet : maximi omnium onerum, quodque vere Aetna gravius appellari potest : humeris tuis imposuit. Sed sua sponte etiam ille de te egregie existimabat, ac quem coleret, & tanquam numen aliquod veneraretur, elegerat. Hos igitur tui magni amatoris labores fovebis, & ab omni iniuria impetuque adversariorum defendes. Quod vero nunc de illis consilium captum est, ut scilicet ederentur, quia utiles illos magnopere avunculus tuus existimabat, maluisset multo antea capi : ac memini etiam cum ille, minore adhuc in fortuna constitutus, hic mecum questus est, quod negotium hoc nimis lentum foret, plusque quam oporteret differret Faernus monimenta haec publicare : se nanque illi semper auctorem fuisse ut maturaret, praedicabat : & ut*

id facilius facere posset, pecuniam etiam, auxiliique omne genus solitum polliceri dicebat. Hoc igitur quoque nomine labores hos amabis, carosque valde habebis. Non sum tamen nescius ipsos ad te erudiendum magnopere aptos non esse. nam aetas tua & dignitas & tantus usus rerum longe aliam doctrinam requirunt, & quidquid temporis e magnis gravibusque occupationibus eripere potes, in sapientiae studiis divinisque nostris litteris perscrutandis collocas: una cum doctis & probis viris, quos domi habes, legens semper aliquid nostrae institutionis proprium, ut magis adhuc personam istam quam sustines, ornes: quae profecto satis iam satisque ornata est: si modus ullus adhiberi, terminusque in vita humana emendanda, omnique virtute expolienda constitui debet. cui enim nota non est probitas animi tui? cui non saepe audita vel spectata potius, incredibilis temperantia & castitas? quae cum in ista aetate moribusque horum temporum rara & infrequens sit, domestica in te & a natura prope ipsa insita videtur. De pietate vero erga Deum Opt. Max. quae mirifica in te viget, in oreque omnium populorum est, verbum facere non libet: metuo enim ne dum rem narrare velim, & oratione mea praestantissimam hanc & divinam virtutem, quae in te est, celebrare coner, ipsam potius conteram & extenuem. Sed, his maioribus virtutibus tuis nunc relictis, ad amorem, quo prosequeris honesta studia atque artes has liberales, revertar: de quo si forte aliquis dubitaret, praeclarum specimen his ipsis diebus dedisti, cum curasti ut Gulielmus Sirletus, vir haud magna cum re, sed fide plenus, ut de Q. Ennio M. Tullius litteris mandavit, in amplissimum vestrum Cardinalium collegium cooptaretur. Dignus ille quidem per se erat omni honore, & praeclare de ipso sua sponte avunculus tuus, optimus ac munificentissimus Pontifex existimabat: iamque nonnullis eum beneficiis affecerat: sed tamen exploratum est illum tuae gratiae auctoritatique potissimum datum esse: teque ipsum tuis humeris ad sublimem istum gradum honorum evexisse, captum doctrina hominis egregia, & vitae honestate singulari. Perge igitur graviora illa studia colere, & disciplinam propriam Christiani hominis, summique antistitis amplexari: nec tamen imaginem humanae vitae, accurate expressam a Terentio, & puram ipsius orationem despice: putatoque cum ipsum legis, & si multo minores personas in fabulis his invenies, tenuesque demum homines, de rebus privatis humilibusque inter se loquentes, P. Scipionem, C. Laelium, L. Furium loquentes audire: qui (ut memoriae proditum est) a poeta personam mutuati, quae domi luserant ipsi, otii honeste consumendi causa, in scaenam Terentii nomine postea deferebant.

Florentiae 16. Kal. Jun. M.D.LXV.

CARO-

CAROLO BORROMEO, S. R. E.

PRESBYTERO CARDINALI AMPLISSIMO

SILVIUS ANTONIANUS.

CUM multae in omni liberali doctrina, optimisque artibus, quibus animus ad humanitatem informatur perobscurae sunt, & perdifficiles quaestiones, tum in primis Borromee praestantissime de toto Poetarum studio, magna doctissimorum hominum dissensione, & varietate certatur. nam quibusdam praeclara quaedam res Poesis videtur, & plane divina, in qua comparanda non tam alicuius artis praeceptis, & ratione aliqua, aut disciplina opus sit, quam natura quadam eximia & excellenti, quae incredibili ingenii celeritate, animique inflammatione, quasi divino quodam afflatu excitetur. quidam autem nullam in Poetis solidam utilitatem esse censent, omnemque delectationem quae ex eis capitur levem omnino iudicant, & prope puerilem. sunt etiam & hi quidem summi viri atque eruditissimi, qui sane poetarum studio adversantur infensius, eosque tamquam pestem quandam & pernitiem animorum ex bene instituta civitate expellunt, & eiiciunt. horum Princeps fuit magnus ille, & quasi Philosophorum Deus, Plato, qui cum optimum civitatis statum exquireret, & suam illam omnibus numeris absolutam Remp. fingendo fabricaret, ita multa contra poetas disseruit, ut plane videatur sensisse eam nisi poetis in exilium pulsis salvam & incolumem conservari numquam posse. Quae cum ita se habeant, Cardinalis optime, equidem non tantum mihi tribuo aut assumo, ut ex tam variis tamque inter se dissidentibus sententiis, perinde ac si apud me iudicem causa agatur, quaenam verior sit statuere audeam, aut certe tanquam honorarius arbiter omnem controversiam dirimere, & rem de qua tantopere magni atque nobiles Philosophi dissentiunt, adducere ad concordiam velim. Sed tamen si quis in hac Poetarum facultate idem evenire dicat, quod in multis aliis rebus & artibus solet, ut cum suapte natura bonae atque utiles sint, hominum improborum vitio plerumque depraventur, is profecto meo quidem iudicio non longe a veritate aberrabit. etenim & artium & disciplinarum & bonorum omnium quaecumque a natura aut a fortuna proficiscuntur commune id est, ut boni & mali instrumenta sint, ac modo magnas utilitates & adiumenta, modo autem

graves

graves calamitates & detrimenta afferant. denique nihil reperias praeter unam virtutem, quo non perverse & pernitiose uti liceat. neque vero ut arbitror boni Poetae propterea e Civitate pellendi sunt, quod nonnulli hoc nomine indignissimi aut obscenis & amatoriis carminibus iuvenum animos molliant, aut dum voluptuosam & delicatam vitam laudant, virtutis nervos elidant, aut postremo aliqua alia ratione mentibus nostris, versuum dulcedine illectis, vitiorum venena instillent; quin potius bonos poetas, id est virtutis & honestatis laudatores ac magistros studiose retineamus, malorum autem licentiam legumlatoris severitas coerceat, atque ipsa Reip. gerendae ratio & facultas, quam πολιτικὴν Graeci dicunt. etenim haec est Civitatis moderatrix, haec omnes res & privatas & publicas regit, & in omnes artes imperium exercet, easque ad commune bonum & felicitatem refert, quamobrem merito ab Aristotele ἀρχιτεκτονικὴ appellatur. & quidem dubium non est, civilem prudentiam pro suo iure & auctoritate poetis aliquando leges dedisse, eosque cum dicendi libertate immoderatius excurrerent, certis quibusdam finibus circumscripsisse. nam cum plura sint poetarum genera, alii enim sunt Epici sive Heroici, alii Lyrici, alii Tragici, alii postremo Comici, quorum sane poesis ad hominum mores conformandos valde est accommodata, hi quidem olim ita vitia vituperabant ut nominatim unumquemque carperent, atque omnes palam aculeis & maledictis figerent; id autem cum legislatori & politico nimis asperum & contumeliosum videretur, neque cupiditatum medicinam hanc esse animadverterent, sed discordiarum potius & seditionum seminarium, sapienter poetarum ingenio atque industria usus, illorum licentiam ad reip. rationem direxit. itaque factum est ut paulatim veteri comoedia abrogata, & tanquam audaci & petulanti meretrice e Civitate eiecta, nova quae nequaquam certos homines probris vexat, sed fictis personis & commenticiis rebus vitia insectatur, in eius locum successerit, & quasi matrona quaedam muliebri pudore & modestia comptior atque ornatior in theatrum, maximo omnium applausu, fuerit introducta. Iam vero quam fructuosum, quam elegans & urbanum sit hoc docendi genus, quam multitudini iucundum, & ad populares sensus aptum & congruens, illud ut arbitror satis indicat, quod totius antiquitatis consensu comprobatum est. neque ulla fere natio tam barbara tamque a musis aliena unquam fuit, nisi fortasse Lacedaemonios excipias, duros sane & agrestes homines, quae non comicos poetas in Civitatem receperit, eorumque fabulas magna cum voluptate audierit. neque sane iniuria; etenim ut a viris sapientissimis accepimus, nihil aliud est Comoedia quam expressa quaedam imago quotidianae vitae nostrae, quae dum fabulas confingit turpesque & honestas actiones imitatur, id profecto praestat quod magni Philosophi difficillimum factu esse afferant, nimirum ut nosmetipsos agnoscamus. nam vitia & virtutes & reconditas animi labes moresque nostros in alienis personis effi

ctos, tamquam in ſpeculo aut in tabula poeticis lineamentis & coloribus depictos, ſpectamus. Quod ſi nemo eſt qui non hiſtoriam laudet, eamque magiſtram vitae appellet, rerumque geſtarum cognitione homines prudentiores fieri fateatur, cur non etiam comicos poetas ſtudioſe legamus, qui non minorem utilitatem, delectationem certe maiorem nobis afferunt. quamquam Ariſtoteli poeſis hiſtoria praeſtantior videtur, & ut ipſius verbis utar; φιλοσοφώτερον καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας. haec enim res prout geſtae ſunt exponit, & in eo quod ſingulare eſt verſatur; poeſis autem ad ea quae univerſa ſunt refertur, neque tam quid fiat aut factum ſit, quam quid fieri debeat conſiderat. ſed ut hanc modo quaeſtionem omittamus, maior ſine controverſia Comoediam voluptas conſequitur: tota enim ſalibus & facetiis & ridiculis aſperſa eſt: accedit numerus & genus dicendi dulce ac ſuave; quod ſi in ſcaena res agatur & perſonae ipſae oculis ſubiiciantur, mirum eſt quanta Iucunditate, ex apparatu & harmonia ſenſus omnes perfundantur. quae ſane omnia virtutis invitamenta ſunt; namque huiuſmodi illecebris deliniti ſpectatorum animi, facilius ad boni & honeſti contemplationem trahuntur, atque in aliena cauſa integrius ſane & incorruptius, quid laude, quid vituperatione dignum ſit, diiudicant & diſcernunt. Quamobrem iure optimo praeclarae illae omnium artium inventrices Athenae, comicos poetas libenter audierunt; a Romanis vero ſerius quidem cogniti ſunt, multi tamen apud eos huiuſmodi laudis gloria floruerunt: in primis autem Terentius hoc in genere poeta clarus & nobilis eſt habitus; atque haud ſcio an huic uni primas facile concedat, ſi quis orationis elegantiam, ſententiarum gravitatem, admirabilem rerum compoſitionem, & οἰκονομίαν ſpectet. neque enim Volcatii Sedigiti iudicio admodum moveor, qui hunc ſexto loco numerat. equidem tempus ipſum & omnium ſeculorum conſenſus ſatis videntur declaraſſe, cuinam poetae comico palma deferenda ſit; nam ſuperiores illos nobis vetuſtas abſtulit, ita ut Plautum modo & Terentium reliquos habeamus, praeterea neminem. Sed tamen Plautinum dicendi genus nimia antiquitate paulo eſt obſoletius, & quod magis refert, dum nimis blande populo adulatur, & plauſus quaerit, dum ſalſus & dicax haberi vult, & ingenio ſuo nimium indulget, neque artis praecepta ſervavit, neque ullum ridiculis & iocis ſcurrilibus modum fecit. at ſumma in Terentio eſt gravitas; ut ſaepe vehementer admirer graviorem Caecilium ab Horatio exiſtimari, qui tamen huic noſtro egregiam artificii laudem tribuit. Iam vero quod ad puri & Latini ſermonis proprietatem attinet, quantum in eo Terentius excellat, dicat Cicero, plane graviſſimus & locupletiſſimus teſtis; qui ut notum eſt bonum Latinitatis auctorem Terentium nominat, cuius fabellae ut idem inquit, propter elegantiam ſermonis putabantur a C. Laelio ſcribi. Hic igitur ſuaviſſimus & elegantiſſimus ſcriptor Gabrieli Faerno viro integerrimo, ut tu optime

me noſti Cardinalis ampliſſime, ac ſingulari ingenii praeſtantia & eruditione, in amore atque in deliciis fuit. quem cum multis foediſque maculis deformatum & inquinatum animadverteret, quibus illum partim vetuſtas, & temporum iniuria, partim librariorum negligentia, partim vero quorundam hominum audacia & ignorantia inſperſerat, aegre ferens, optimum & politiſſimum poetam, tanquam in ſordibus & caeno iacere, animum omnino induxit illius labes eluere. cumque ex antiquis potiſſimum & ſcriptis libris horum vulnerum medicina petenda eſſet, primum quidem magnam ſibi bonorum librorum copiam undique comparavit, deinde vero tantum diligentia, labore, aſſiduitate profecit, ut iam in doctorum hominum conſpectum cultior Terentius & nitidior veniat. nam praeter doctrinam & ea quae paulo ante dicta ſunt induſtriae adiumenta, erat in Faerno admirabilis quaedam ingenii vis & acumen, ut cum ad haec naturae bona diligens exercitatio, uſuſque aſſiduus acceſſiſſet, veterum librorum menda & acutiſſime coniiceret, & prudentiſſime emendaret. utinam ille diutius vixiſſet, nam & Plautum & Caeſarem & Livium & Suetonium alioſque permultos celeberrimos ſcriptores infinitis propemodum locis correctos, & emendatos haberemus, ſed immatura morte nobis ereptus multa quae inchoaverat abſolvere, & ad ſuam quaſi maturitatem perducere non potuit: quae tamen mihi quidem ut videtur ſupprimenda non ſunt, ſed potius evulganda, ne ſtudioſi omnes hac utilitate, vir autem doctiſſimus laborum ſuorum fructu, debita inquam laude gloriaque fraudetur. interim vero Cardinalis optime ex tua nobili Bibliotheca, in qua una cum multis voluminum milibus Faerni quoque lucubrationes diligenter aſſervantur, Terentius in lucem prodit. hoc enim opus ut multis argumentis iudicare nobis licuit, prope perfectum & perpolitum erat, itaque nihil ei additum aut detractum eſt, ſed ſumma fide & religione typis deſcriptum fuit, ea ſcribendi ratione ſervata, quam ipſe probaverat. Quae ſi communi literatorum hominum aſſenſu, atque approbatione ut ſperamus excipientur, cum tibi qui haec ut ederentur imperaſti, tum in primis Pio Pont. Max. avunculo tuo immortales gratiae habendae erunt, qui multis abhinc annis, cum adhuc Cardinalis eſſet, Faerni ingenium eximia quadam liberalitate ita aluit, ut tamquam bonus ager cultura adhibita praeſtantes doctrinae & eruditionis fructus extulerit. Vale.

Roma III. Non. Mai. M.DLXV.

ELOGIA

ELOGIA
VETERUM
DE
PUB. TERENTIO.

VARRO, Parmenone. NONIUS in *Poscere.*

IN argumentis Caecilius poscit palmam; in ethesin Terentius; in sermonibus Plautus.

CICERO de optimo genere Oratorum.

In re quod optimum sit quaeritur : in homine dicitur, quod est. Itaque licet dicere & Ennium summum Epicum Poetam, si cui ita videtur; & Pacuvium Tragicum; & Caecilium fortasse Comicum. Oratorem genere non divido : perfectum enim quaero. Unum est autem genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, ut ab Attio Terentius, sed in eodem non sunt pares.

Et infra.

Iidem & Andriam & Synephebos, nec minus Terentium & Caecilium, quam Menandrum legunt. Quod est igitur eorum in orationibus e Graeco conversis fastidium, nullum cum sit in versibus?

Lib. VII, Epist. 3 ad Attic.

Secutus sum, non dico Caecilium, Mane ut ex portu in Piraeeum, (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi,

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum.

In Laelio, ex perſona Laelii.

Neſcio quomodo verum eſt, quod in Andria familiaris meus [Terentius] dixit. Et mox, *in obſequio, quoniam Terentiano verbo libenter utimur, comitas adſit.*

HORATIUS lib. 2. Epiſt. ad Auguſtum.

Dicitur Afraní toga conveniſſe Menandro;
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi;
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte;
Hos ediſcit, & hos arte ſtipata theatro
Spectat Roma frequens.

VOLCATIUS SEDIGITUS, apud A. Gellium lib. XV, cap. 24.

1 *Multos incertos certare hanc rem vidimus,*
Palmam Poetae comico cui deferant.
Eum, meo iudicio, errorem diſſolvam tibi:
Ut contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat.
Caecilio palmam Statio do comico.
Plautus ſecundus facile exſuperat ceteros.
Dein Naevius qui ſervet pretiom tertium eſt.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Atilium.
In ſexto ſequitur hos loco Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Luſcium.
Decimum addo cauſa antiquitatis Enuium.

VELLEIUS PATERCULUS, lib. I.

Dulceſque Latini leporis facetiae per Caecilium Terentiumque, & Afranium, ſub pari aetate nituerunt.

FAB. QUINTILIAN. lib. X, cap. I.

In Comoedia maxime claudicamus; licet Varro dicat, Muſas Aelii Stilonis ſententia Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent: licet Caecilium laudibus ferant; licet Terentii ſcripta

1 *Multos.*] vid. de his verſibus I. Gronovii Editionem. 1706.

ſcripta ad Scipionem Africanum referantur : quae tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiae, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent.

PLINIUS lib. I, Epiſt. 16.

Legit mihi nuper epiſtolas, quas uxoris eſſe dicebat. Plautum vel Terentium metro ſolutum legi credidi.

A. GELLIUS lib. VII, cap. 14.

Vera autem & propria huiuſmodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro eſſe dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. XVII, cap. 21.

Neque magno intervallo poſtea Q. Ennius, & iuxta Caecilius & Terentius, ac ſubinde Pacuvius : & Pacuvio iam ſene Accius, clariorque tunc in Poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

AUSONIUS in Protreptico ad Nepotem.

Tu quoque qui Latium lecto ſermone Terentî
Comis & adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.

HIERON. ad Suniam & Fretellam.

Hanc eſſe regulam boni interpretis, ut idioma alterius linguae, ſuae linguae exprimat proprietate : quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & in Demoſthenis contra AEſchinem oratione feciſſe convincimus, & Plautum, Terentium, Caeciliumque eruditiſſimos viros in Graecis comoediis transferendis.

Idem ad Paulinum.

Habet unumquodque propoſitum principes ſuos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones : Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem:

Poetae aemulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

PAULUS OROSIUS lib. IV, cap. 19.

Scipio iam tunc cognomento Africanus, triumphans urbem ingreſſus eſt, quem [1] *Terentius, qui poſtea Comicus, ex nobilibus Carthaginienſium captivis pileatus, quod indultae ſibi libertatis inſigne fuit, triumphantem poſt currum ſecutus eſt.*

SIDONIUS APOLLINAR. Carm. XX.

Quid vos eloquii canam Latini;
Arpinas, Patavine, Mantuane,
Et te Comica qui doces, Terenti,
Et te, tempore qui ſatus ſevero,
Graios Plaute ſales lepore tranſis?

RUFINUS GRAMMATICUS Antiochenſis.

Agnovit metrum ſervatque Terentius artem;
Nam prologos trimetro didicit componere verſu:
Scenarumque actus primos pede claudit eodem.

SERVIUS in illud lib. I. AEneid. *Talibus incuſat.*

Sciendum eſt, Terentium, propter ſolam proprietatem, omnibus comicis eſſe praepoſitum; quibus eſt, quantum ad cetera ſpectat, inferior.

FL. SOSIPATER CHARISIUS lib. II.

Ἦθη, *ut ait Varro de Latino ſermone lib.* V, *nulli alii ſervare convenit quam Titinnio & Terentio.* Πάθη *vero Trabea, inquit, & Attilius, & Caecilius facile moverant.*

1 Livius lib. XX. non Comicum hunc intelligit, ſed ad Terentium Culleonem ſenatorem Rom. refert, qui pileo capiti impoſito ſecutus eſt Scipionem triumphantem.

PUBLII TERENTII

Afri Carthaginienſis

VITA,

Ex AELIO DONATO.

PUBLIUS Terentius Afer Carthagine natus, ſervivit Romae Terentio Lucano Senatori: a quo ob ingenium, & formam non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus eſt. Quidam captum eſſe exiſtimant. quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet, cum inter finem ſecundi belli Punici, & initium tertii natus ſit, & mortuus: nec ſi a Numidis aut Getulis captus ſit, ad ducem Romanum pervenire potuiſſet: nullo commercio inter [1] Italicos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, coepto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, ſed maxime cum Scipione Africano, & C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur, quod & ipſum Feneſtella arguit, contendens utroque maiorem natu fuiſſe; quamvis & Cornelius Nepos aequales omnes fuiſſe tradat, & Portius ſuſpicionem de conſuetudine per haec faciat:

Dum laſciviam nobilium, & [1] fucoſas laudes petit:
Dum Africani vocem divinam [1] inhiat avidis auribus:

Dum

1 f. *Italos.*

Dum ad Furium ſe coenitare & | Laelium, pulchrum putat:
Dum ſe amari ab hiſce credit |, crebro in Albanum rapi
Ob florem aetatis ſuae:
Ipsŭs ſublatis rebus ad ſummam | inopiam redactus eſt.
Itaque e conſpectu omnium abiit | Graeciam in terram ultimam.
Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiae | oppido: nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei | Laelius, nihil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant | nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem | habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret | obitum domini ſervulus.

Scripſit comoedias ſex, ex quibus primam Andriam cum AEdilibus daret, iuſſus ante Caecilio recitare, ad coenantem cum veniſſet, dictus eſt initium quidem fabulae, quod erat contemptiore veſtitu, ſubſellio iuxta lectulum reſidens legiſſe: poſt paucos vero verſus invitatus ut accumberet, coenaſſe una, deinde caetera percurriſſe, non ſine magna Caecilii admiratione. Et hanc autem, & quinque reliquas aequaliter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ita ſcribat;

Sumetur Hecyra ſexta ex hiſce fabula.

Eunuchus quidem bis die acta eſt, meruitque pretium quantum nulla antea cuiuſquam comoedia, id eſt, octo milia nummum; propterea ſumma quoque titulo aſcribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri. Non obſcura fama eſt, adiutum Terentium in ſcriptis a Laelio & Scipione, quibuſcum familiariter vixit. Eandem ipſe auxit: nunquam enim, niſi leviter, ſe tutari conatur: ut in prologo Adelphorum:

Nam quod iſti dicunt malevoli homines nobiles
Hunc adiutare, aſſidueque una ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis univerſis & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio
Suo quiſque tempore uſuſt ſine ſuperbia.

Vide-

Videtur autem ſe levius defendiſſe, quia ſciebat Laelio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem: quae tamen magis & uſque ad poſteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro ſe ait: *P. Africanus, qui a Terentio perſonam mutuatus, quae domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit.* Nepos authore certo comperiſſe ſe ait, C. Laelium quondam in Puteolano Kal. Martiis admonitum ab uxore, temporius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea, ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe, non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum ut ſcripta illa proferret, pronuntiaſſe verſus, qui ſunt in Heautontimorumeno:

Satis pol proterve me Syri pro missa huc induxerunt.

Santra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Laelio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quam Sulpitio Gallo, homine docto, & qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, conſulari utroque, ac poeta. ideo ipſum non iuvenes deſignaſſe, qui ſe adiuviſſe dicerentur: ſed viros, quorum operam & in bello & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas comoedias, nondum quintum atque trigeſimum egreſſus annum, cauſa evitandae opinionis, [1] quia videbatur aliena pro ſuis edere, ſeu percipiendi Graecorum inſtituta, moreſque, quos perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus urbem eſt, neque amplius rediit. De morte eius Volcatius tradit:

Sed ut Afer ſex populo edidit comoedias,
Iter hinc in Aſiam fecit. navim cum ſemel
Conſcendit, viſus nunquam eſt, ſic vita vacat.

Q. Conſetius redeuntem e Graecia periiſſe in mari dicit cum centum & octo fabulis, converſis a Menandro. Caeteri mortuum eſſe in Arcadiae Stymphalo, ſive Leucadia tradunt, Cn. Corn. Dolabella, Marco Fulvio Nobiliore COSS. morbo implicitum acri, dolore ac taedio amiſſarum fabularum quas in navi prae-

1 f. *qua.*

praemiſerat, ac ſimul fabularum, quas novas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam quae poſt equiti Romano nupſit. Item hortulos xx. iugerum in via Appia ad Martis villam. quo magis mirer Porcium ſcribere:

nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei ‖ Laelius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant ‖ nobiles facillime:
Eorum ille opera ne domum quidem ‖ habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret ‖ obitum domini ſervulus.

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis praefert, ſcribens in Compitalibus:

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autem non ſolum Naevio & Plauto, & Caecilio, ſed Licinio quoque poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque qui ſolus lecto ſermone, Terenti,
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Caeſar.

Tu quoque tu in ſummis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adiuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac deſpectus parte iaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe Terenti.

Haec Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios poetas fuiſſe ſcribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidiſſe Terentium Valgius in Actaeone ait:

Hae

Hae quae vocantur fabulae [1], *cuiŭs ſunt?*
Non has qui iura populis recenſens dabat,
Honore ſummo affectus fecit fabulas?

Duae ab Apollodoro tranſlatae eſſe dicuntur comico, Phormio, & Hecyra: quatuor reliquae a Menandro: ex quibus magno ſucceſſu & pretio ſtetit Eunuchus fabula: Hecyra ſaepe excluſa, vix acta eſt.

---

[1] *Cum in hac vita multa ſint quae interpretem requirant, adi Mureti & T. Fabri in illam notas. quod ad hunc verſum attinet, cum Eraſmo cenſeo* cedo *vel aliquid ſimile excidiſſe ante* cuius. *in verſu ſequente etiam erratum eſt, cum vulgatae editt. habeant* recenſentibus; *pro quo T. Faber* recen-ſens *prima producta legendum putat.*

AELII DONATI
IN
ANDRIAM TERENTII
PRAEFATIO.

COMOEDIA Andria, cum palliata ſit, de loco nomen accepit, & a Menandro prius, & nunc ab ipſo Terentio: qui, cum de Chryſide loqueretur, ſic ait:

Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

& hoc commune vocabulum eſt & in Graeca, & in Latina lingua. Haec maiori ex parte motoria eſt, continetque actus amatorum adoleſcentium, & patrum piorum. ſunt ibi callidi ſervi, aſtutae ancillae, ſeveri ſenes, adoleſcentuli liberales. in hac primae partes ſenis Simonis ſunt, ſecundae Davi, tertiae Chremetis, & deinceps reliquorum. prologus in hac acer inducitur, & in adverſarios non mediocriter exaſperatur; ſed tamen id ſubtiliter, ut omnia laceſſitus facere videatur, ac dicere. hic protaſis ſubtilis, epitaſis tumultuoſa, cataſtrophe paene tragica: & tamen repente ex his turbis in tranquillum pervenit. Haec prima acta eſt ludis Megalenſibus, M. Fulvio & M'. Glabrione aedilibus curulibus. egerunt L. Atilius [1] Latinus Praeneſtinus, & L. Ambivius Turpio: modos fecit Flaccus Claudii, tibiis paribus dextris, & ſiniſtris. & eſt tota graeca, edita M. Marcello, & CN. Sulpicio cos. pronunciataque eſt Andria Terentii, ob incognitum adhuc nomen poetae, [2] & minoris apud populum auctoritatis, ac meriti. Diverbiis & canticis lepide diſtincta eſt: & ſucceſſu ſpectata proſpero, hortamento poetae fuit ad alias conſcribendas. initium autem προτατικὸν πεῖσωτον, id eſt, adventitiam perſonam recepit Soſiae, propter evolvendam argumenti obſcuritatem. perſona autem protatica ea intelligitur, quae, ſemel inducta in principio fabulae, in nullis deinceps fabulae partibus adhibetur. Adnotandum ſane, puellarum liberalium nullam orationem in proſcaenio induci in comoedia palliata, praeter invocationem Iunonis Lucinae: quae & ipſa quoque poſt ſcaenam fieri ſolet.

Eiuſdem ARGUMENTUM in eandem.

CHREMES Atticus, pater Paſibulae & Philumenae, cum ex his duabus ſe Paſibulam perdidiſſe falſo crederet, relictam Athenis, nec viſam poſtea multo tempore, tanquam unicam ſibi putabat Philumenam, quam Charinus adoleſcens Athenienſis ada-

1 Dele *Latinus*, cum nihil ſit niſi prava ſcriptura τῦ *L. Atilius*.
2 Forte. *ut*.

adamabat unice, & ſibi petebat uxorem: ſed pater eam Pamphilo cuidam, Simonis filio, ultro deſponderat. qui Pamphilus contra ſororem Chryſidis ac peregrinam tum creditam, Paſibulam ſupra dictam, alteram Chremetis filiam, ſub nomine Glycerii latenter ſic amavit, ut ex ea filium ſuſcepiſſet inſcio patre. qua re intellecta, commotus Simo pater Pamphili, dum per falſas nuptias tentat animum Pamphili, multis dolis a Davo ipſe deluditur ſervo. periculoque Charini & Pamphili motus error in fabula, uſque ad eum finem ductus eſt, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito rem aperiat, & nodum fabulae ſolvat: per quem agnita Paſibula recipitur a parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena vero Charino deſponderetur, & traditur exoptanti. Perſpecto argumento, ſcire debemus hanc eſſe virtutem poeticam, ut a noviſſimis argumenti rebus incipiens, initium fabulae & originem narrative reddat ſpectatoribus, auctoremque praeſentem [1] ſibi exhibeat, ubi finis eſt fabulae. hunc enim ordinem & circulum poeticae artis, vel virtutis non modo ſecuti ſunt tragici, comicique auctores, ſed Homerus etiam & Virgilius tenuerunt. Diviſionem actuum in Latinis fabulis internoſcere, difficile eſt. cauſam iamdudum demonſtravimus. unde autem, aut quo modo, quamvis aegre, tamen intelligi, diſtinguique poſſint, eſt operae pretium dicere. Principio dicendum eſt, nullam perſonam egreſſam quinquies, ultra exire poſſe. ſed illa re plerumque decipimur, quod perſonam, cum tacuerit, egreſſam falſo putamus: quae nihilo minus in proſcaenio tacens loquendi tempus exſpectat. eſt igitur attente animadvertendum, ubi, & quando ſcaena vacua ſit ab omnibus perſonis, ut in ea chorus vel tibicen audiri poſſit: quod cum viderimus, ibi actum eſſe finitum debemus agnoſcere. Confundit ſaepe lectorem id, quod perſona in ſuperiori ſcaena definens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingreſſa; quod ipſum [2] experientes ſtatim diiudicant de rerum ac temporum quantitate. poteſt enim fieri, ut & ingreſſa ſit, ac egreſſa, quam prave credimus de proſcaenio non receſſiſſe. poſſe autem quinto egredi perſonam, non & neceſſe eſſe dicimus, ut appareat ultra exire non poſſe; in tragoedia parcius exire & ſolere pariter, & licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Soſiam continet [3] argumenti; quod populus hac occaſione perdiſcit; mox querelam apud ſe Davi de domino, & eiuſdem cum domino verba, & rurſus eiuſdem ſervi deliberationem quid rerum gerat. Secundi actus haec ſunt: Charini verba, primo cum Byrrhia ſervo, & poſt cum ipſo Pamphilo de nuptiis Philumenae: Davi interventus & cum eo diſputatio de nuptiis Pamphili: Pamphili ſermo cum patre dolo conſentientis in nuptias: Byrrhiae verba: Davi callida oratio adverſum ſenem. Tertio actui haec attribuuntur: Myſidis cum obſtetrice colloquium, Davo ac Simone audientibus: partus Glycerii ſuſpectus ſeni, & Davi apud eum fraudulenta ſermocinatio: Simonis verba cum Chremete de nuptiis: Davi perturbatio ac Pamphili. Quartum actum per haec intelligimus: prima Charini verba ſunt, indignantis velut fidem ſibi non ſervatam a Pamphilo: tum Myſidis verba apud Pamphilum, eiuſdemque queſtus: Davi adminiſtratio doli adverſus Chremetem. In quinto actu Simonis & Chremetis prope iurgium diſputatio: tum detectio fallaciarum Davi: tum indignatio patris adverſus filium: tum Critonis interventus, & per eum cognitis rebus, in tranquillum res acta, ducentibus uxores, quas concupiverant, Pamphilo & Charino. Illud

1 Forte pro *ſibi* legendum *ibi*.
2 f. *comperientes*.
3 f. *& argumentum*.

non commovere nos debet, quod in horum actuum distinctione videntur de proscaenio non discessisse personae quaedam: sed tenere debemus, ideo Terentium vicinitatis mentionem fecisse in principio, ut modico receptu & adesse, & abesse personam intelligamus. Nihil ergo sequius factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diviserunt.

Donati Praefatio in Eunuchum.

Haec masculini generis nomine nuncupata fabula est, Eunuchus, & est palliata Menandri vetus: quam ille auctor de facto adolescentis, qui se pro eunucho deduci ad meretricem passus est, nominavit. itaque ex magna parte motoria est. Atque in hac comoedia qui personam Parmenonis actor sustinet, primas habet partes. Secundae sunt Chaereae. Tertiae ad Phaedriam spectant. Huius prologus sane est concitatior. nam & obiicit crimina adversantibus: & comminatur in posterum: & accusatorie narrat iniuriam Terentio factam: & ad ultimum tumultuose, & cum magna invidia defendit poetam. Haec & πεύτασιν, & ἐπίτασιν, & καταστροφὴν ita aequales habet, ut nusquam dicas longitudine operis Terentium delassatum dormitasse. Actus sane implicatiores sunt in ea, & qui non facile a parum doctis distingui possint: ideo quia tenendi spectatoris causa vult poeta noster omnes quinque actus velut unum fieri, ne respiret quodam modo: atque distincta alicubi continuatione succedentium rerum ante aulaea sublata fastidiosus spectator exsurgat. Acta plane est ludis Megalensibus, L. Postumio, L. Cornelio [1] consulibus, aedilibus curam aedium habentibus: etiam tunc personatis L. [2] Numidio Postumo, L. Ambivio Turpione, item modulante Flacco Claudii tibiis dextra & sinistra, ob iocularia multa permixta gravitate. Et acta est tanto successu, ac plausu, atque suffragio, ut rursus esset vendita, & ageretur iterum pro nova: proque ea pretium, quod nulli ante ipsam fabulae contigit, octo milibus HS numerarent poetae. Diverbia multa saepe pronuntiata, & cantica saepe mutatis modis exhibita sunt. προτατικὸν πεπαίωτον nusquam habet: sed suis tantum personis utitur. In hac Terentius delectat facetiis: prodest exemplis: & vitia hominum paulo mordacius, quam in ceteris, carpit. Exempla autem morum hic tria praecipua proponuntur, urbani scilicet, parasitici, & militaris. Haec edita tertium est: & pronunciata, Terentii Eunuchus: quippe iam adulta commendatione poetae, ac meritis ingenii notioribus populo. Facta autem ex duabus Graecis una est Latina. nam ex Eunucho & Colace Menandri fabulis, haec Eunuchus Terentiana scripta est: non sine crimine, quod multa in hanc translata sint ex [3] multis poetis Latinis. quod totum, per prologum purgat, atque defendit.

Argumentum Eunuchi.

Rapta quaedam ex Attica virgo nobilis, atque adducta est Rhodum; ibique matri Thaidis meretricis ab amico dono data est, & educata velut soror una cum filia Thaide. Sed Thais, relicta matre, Rhodo cum amatore quodam Athenas se contulit: ab eoque heres instituta mortuo, mox a milite Thraſone diligebatur nimis. Qui cum Athenis profectus matrem Thaidis mortuam Rhodi comperisset, & eam vir-

1 f. pro *consulibus* legendum *curulibus*. & *curam aedium habentibus* inducendum.
2. f. *Minutio Prothymo*. vid. tit. Adelph.
3 f. delendum *multis*.

virginem, quam diximus, ab heredibus mortuae animadvertiſſet venum eſſe propoſitam, quamvis ignarus rerum omnium, emit tamen; & dono amatae Thaidi vexit Athenas. Verum, poſtquam adveniens rivalem Phaedriam apud amicam reperit, quem per eius abſentiam ſibi meretrix conciliarat, affirmavit ſe non ante daturum promiſſam virginem, quam Thais foras aemulum pepuliſſet. Illa igitur, etſi amaret Phaedriam, cupiditate tamen recuperandae virginis & civis Atticae, & quam a parvula ut ſororem dilexerat, excludit Phaedriam. Hinc ille primo iraſcitur: poſt accepta facti ratione, a Thaide lenitur; & in bidui ſpatium ſponte concedens militi, rus proficiſcitur: ſtatimque ne ab aemulo muneribus ſuperaretur, Eunuchum & puellam Parmenoni iubet abiens ad Thaidem deducere. Verum Chaerea frater Phaedriae tunc ephebus, viſa in via virgine, inflammatur amore eius. Atque eo evaſit vehementi ardore, ut pro eunucho ipſe deduceretur ad Thaidem. Hac occaſione vitiata virgo: & mox civis, & nobilis cognita, datur uxor Chaereae. Phaedria vero & miles rivales, ambo concordes per paraſitum redditi, communi amica ſine certamine potiuntur. In primo actu Phaedria excluſus a Thaide, & ſecum primo, & mox cum Parmenone conqueritur fortunas ſuas. & ad poſtremum coram accuſat Thaidem. Rurſus permulcetur ab eadem, & voluntate digrediens, rus ſeſe conceſſurum in ſpatium bidui eſſe promittit. Secundus actus, profectionem Phaedriae continet, delegantis ſervo deductionem Eunuchi & puellae ad Thaidem. Tum paraſitum loquentem, per quem virgo a milite dono amicae miſſa eſt. Tum interventum Chaereae amantis virginem, eiuſdemque cum Parmenone conſilium de eadem potienda per fallaciam: quia pro Eunucho ipſe ſupponitur Thaidi. Tertius actus characterem exprimit militis, & paraſiti per ridiculum colloquium. Tum invitationem ad cenam Thaidis. Tum oblationem velut Eunuchi Chaereae & puellae ex Aethiopia per Parmenonem factam. Tum verba Chremetis ad Thaidem venientis, productique ad militem. Antiphonis Chaereaeque colloquium de vitiata per dolum virgine. In quarto actu Dorias nunciat iurgium inter militem & Thaidem: tum reditum habet ex villa Phaedriae: & querelam Pythiae de vitiata virgine apud Phaedriam: & eundem ſtupentem quod audiebat. Errorem ebrii Chremetis: & verba petulantia Thaidis adverſum militem, & militis adverſum Thaidem: parata proelia, ridiculeque depoſita. Quintus actus haec continet, querelam Thaidis de vitiata virgine, primo cum Pythia, poſtea cum ipſo Chaerea: tum interventum Chremetis atque nutricis: tum perturbationem Parmenonis per dolum Pythiae, atque eius indicio per ſenem, qui rure tunc advenerat, confirmatas nuptias; & ad ultimum, reditum in gratiam militis cum Phaedria & Chaerea.

Donati Prolegomena in Adelphos.

Haec fabula Adelphi palliata, ut ipſum indicat nomen, ex plurali numero, cum ſit una; ex maſculino genere, cum ſit comoedia: ex Graeca lingua, cum ſit Latina, cenſetur. Potuit eam Terentius Fratres dicere: ſed & Graeci nominis εὐφωνίαν perderet; & praeterea togata videretur. ad ſummam, non ſtatim intelligeretur Menandri eſſe, quod Terentius in primis lectorem ſcire cupit: minus exiſtimans laudis proprias ſcribere, quam Graecas transferre. Eſt igitur Menandri: & a fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit. Huius tota actio cum ſit mixta ex utroque genere, ut fere Terentianae omnes, praeter Heautontimorumenon, tamen

tamen maiori ex parte motoria eſt. nam ſtatarios locos perpaucos habet. Prodeſt autem & delectat, actu & ſtylo. In hac, primae partes ſunt, ut quidam putant, Demeae; ut quidam, Syri. Quod ſi eſt, ut primas Syrus habeat: ſecundae Demeae erunt, tertiae Micionis, & ſic deinceps. Quamquam etiam ſunt qui putant primas Micioni dandas, ſecundas Syro, tertias Demeae. Nam quod ait Terentius, *Senes qui primi venient*: non ad partes quas dicimus, ſed ad ordinem pertinet exeuntium perſonarum. Haec etiam, ut cetera huiuſmodi poemata, quinque actus habeat neceſſe eſt, choris diviſos a Graecis poetis, quos etſi retinendi cauſſa iam inconditi ſpectatoris minime diſtinguunt Latini Comici, metuentes ſcilicet, ne quis faſtidioſus finito actu, velut admonitus abeundi, reliquae comoediae fiat contemptor, & ſurgat: tamen a doctis veteribus diſcreti atque diſiuncti ſunt, ut mox aperiemus poſt argumenti narrationem. In hac prologus aliquanto lenior inducitur: qui magis etiam in ſe purgando, quam in adverſariis laedendis, eſt occupatus. Protaſis eſt turbulenta, Epitaſis clamoſa, Cataſtrophe lenis. quarum partium rationem diligentius in principio propoſuimus, cum de Comoedia quaedam diceremus. Haec ſane acta eſt ludis ſcaenicis funebribus L. Aemilii Paulli, agentibus L. Ambivio, & L. Turpione, qui cum ſuis gregibus etiam tum perſonati agebant. Modulata eſt autem tibiis dextris, id eſt, Lydiis, ob ſeriam gravitatem, qua fere in omnibus Comoediis utitur hic poeta. ſaepe tamen, mutatis per ſcaenam modis, cantica mutavit: quod ſignificat titulus ſcaenae, habens ſubiectas perſonis litteras, M. M. C. Item Diverbia ab hiſtrionibus crebro pronunciata ſunt, quae ſignificantur D. & M. literis ſecundum perſonarum nomina praeſcriptis, in eo loco ubi incipit ſcaena. Adnotandum ſane, quod haec fabula προτατικὸν πρόσωπον non habet, hoc eſt perſonam quae ad argumentum nihil attineat, quaeque ſit aſſumpta extrinſecus, ut eſt in Andria Soſia. Hanc dicunt ex Terentianis ſecundo loco actam, etiam tum rudi nomine poetae: itaque ſic pronunciatam, Adelphoe Terenti, non Terenti Adelphoe: quod adhuc magis de fabulae nomine poeta, quam de poetae nomine fabula commendabatur. In hac quidem ſpectatur quid interſit inter ruſticam, & urbanam vitam; mitem, & aſperam; coelibis, & mariti; veri patris, & per adoptionem facti. Quibus propoſitis ad exemplum, vitanda perinde, fugiendaque Terentius monſtrans, artificis poetae per totam fabulam obtinet laudem.

Argumentum Adelph.

Ex duobus Atticis fratribus, alter quidem, Demea nomine, rus coluit, uxorem duxit, filios ſuſcepit duos, Aeſchinum & Cteſiphonem. at alter, Micio nomine, uxorem non duxit, & filios procreare noluit, ſed ſibi filium fratris, Aeſchinum adoptavit, atque ita indulgenter eduxit a parvulo, ut effuſe luxuriatus adoleſcens, ad poſtremum civem Atticam virginem vitiaret, captus amore eius. quo facto, & cum matre puellae pepigit nuptias eiuſdem quam vitiavit. cumque rem geſtam ad patris, a quo adoptatus fuerat, conſcientiam iam iamque perlaturus eſſet, precibus Cteſiphonis fratris ſui, qui apud durum patrem atque agreſtem Demeam parcius atque arctius haberetur, impulſus eſt, & ut eidem a lenone raperet meretricem: quo facto multiplici errore completur fabula. nam & Demea cum hoc ipſo, id eſt, cum Micione, litigabat, tamquam cum eo qui corruperit adoleſcentem adoptatum in mores perditos, neſciens ſuum ſibi filium Cteſiphonem eſſe corruptum. eluditurque a Syro & Micione per totam fabulam. Et mater puellae, iam decimo menſe

menſe poſt raptum virginis, Aeſchinum credit ſibi ipſi rapuiſſe meretricem. quae perturbatio cito in tranquillum redacta eſt. nam re comperta de vitio virginis, Micio dat civem Aeſchino quam concupiverat, eiuſque matrem ipſe accipit. Deprehenſo vero Cteſiphone in amore meretricis, primo iraſcitur Demea: poſt lenitur, atque habendae eius meretricis licentiam praebet. Primus actus haec continet, Micionis ſolius primo verba, & poſt, eiuſdem & Demeae iurgium. Secundus actus haec continet, lenonis [1] alteram rixam adverſus Aeſchinum pro puella, eiuſdem apud Syrum querelas: laetitiam Cteſiphonis, [2] obſeſſionem amicae, & eiuſdem gratiarum actiones apud Aeſchinum. Tertius actus haec continet, Trepidationem matris Soſtratae & Cantharae nutricis ob parturientem Pamphilam vitiatam ab Aeſchino: Getam nunciantem dominae ſuae per errorem quod ſibi rapuerit Aeſchinus meretricem: reditum in ſcaenam Demeae: eiuſdemque cum Syro ludificante ſermocinationem: interventum Hegionis, cum querela apud eundem Demeam de facto Aeſchini, & conſolatione Soſtratae. Quartus actus haec continet: Cteſiphonis cum Syro colloquium: deluſionem Demeae: eiuſdemque in ſcaenam interventum, atque ſecundam fruſtrationem per Syrum factam: Micionis cum Hegione ſermonem: querelam Aeſchini de rebus ſuis: eiuſdemque cum Micione patre facetiſſimam decertationem: Demeae reditum in ſcaenam ex errore in quem eum coniecerat Syrus: & renovatum cum fratre eiuſdem iurgium: proceſſionem in ſcenam temulenti Syri. Quintus actus haec continet, deprehenſionem Cteſiphonis cum meretrice: tertium cum Micione iurgium Demeae, ejuſdemque vitae priſtinae correptionem: & per eum multa in comoedia nova, hoc eſt, blandimentum circa Aeſchinum: & affabilitatem circa Getam: conciliationem Syri, & uxoris eius: & veniam circa Cteſiphonem: permiſſionemque habendae meretricis. Servatur autem per totam fabulam mitis Micio, ſaevus Demea, leno avarus, callidus Syrus, timidus Cteſipho, liberalis Aeſchinus, pavidae mulieres, gravis Hegio. In dividendis actibus fabulae identidem meminerimus, primo paginarum dinumerationem neque Graecos, neque Latinos ſervaſſe: cum eius diſtributio huiuſmodi rationem habeat, ut, ubi attentior ſpectator eſſe potuerit, longior actus ſit; ubi faſtidioſior, brevior atque contractior. Deinde etiam illud, in eundem actum poſſe conſici & tres, & quatuor ſcaenas introeuntium atque exeuntium perſonarum. Facta autem haec una eſt de duabus fabulis, Adelphis Menandri, & Commorientibus Diphili.

Donati Prolegomena in Hecyram.

Haec fabula, Apollodori eſſe dicitur Graeca. nam & ipſa, & Phormio ab eodem dicuntur eſſe tranſlatae: cum reliquae quattuor ſint Menandri comici. Hecyra autem dicitur ideo, quia per ſocrus & ſoceros in ea aguntur multa. Nam & ἑκυρὸς, & ἑκυρὰ, & ſoceri nomen, ſocruſque ſignificant. Eſt autem mixta motoriis actibus ac ſtatariis: multumque ſententiarum & figurarum continet in toto ſtylo. Unde cum delectet plurimum, non minus utilitatis affert ſpectatoribus. Atque in hac, primae partes ſunt Lachetis, ſecundae Pamphili, tertiae Phidippi, quartae Parmenonis, ac deinceps aliarum perſonarum, quae his adiunctae ſunt. Diviſa eſt autem, ut ceterae, quinque actibus legitimis, quos in ſubditis diſtinguemus. In hac prologus eſt

1 f. *Aſperam.*
2 f. *Ob poſſeſſionem.*

est & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quod saepe exclusa haec comoedia diligentissima defensione indigebat. Atque in hac Protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. Acta sane est ludis Megalensibus, Sex. Iulio, C. Rabirio aedilib. curulib. Egitque L. Ambivius. Modulatus est eam Flaccus Claudii tibiis paribus. Tota Graeca est, factaque & edita quinto loco, Cn. Octavio, T. Manlio cos. Cantica & diverbia summo in hac favore suscepta sunt. προτατικὰ πρόσωπα, id est, personae extra argumentum duae sunt, Philotidis & Syrae. In tota comoedia hoc agitur, ut res novae fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim benevolae socrus, verecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus, & item deditus matri suae, meretrix bona.

Argumemtum Hecyrae.

Vitiatam in tenebris ante nuptias, cui anulum extorserat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus, duxit uxorem gravidam ex compressu suo. Quam, peregre profectus, cum reliquisset domi, rediens parientem offendit furtim & apud matrem suam. Qua re commotus, dum repudium, invitis parentibus, & caussam repudii nescientibus, parat: per meretricem, apud quam anulus inventus est, cognoscit tandem [1] ita a se vitiatam uxorem, & ex se natum filium. Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lenae Syrae cum Parmenone: ut per harum personas, quae προτατικαὶ dicuntur, argumentum spectator discat. Secundi actus tenor in hoc est, Immeritam uxorem veluti malam socrum, accusat Laches; & convenit Phidippum de eadem caussa. statim post quorum colloquium, conquestio inducitur Sostratae, quod falsum crimen invidiosumque sustineat. Tertio actui haec adscribuntur, Conquestio Pamphili peregre redeuntis, de amore suo circa uxorem. Partitudo Philumenae. Sostratae verba super aegritudine nurus, quam morbo credit afflictam. Fletus Pamphili errantis, cum putat non ex se filium natum esse. Colloquium Parmenonis cum pueris a navi venientibus, [2] ut mox loquatur cum ipso Pamphilo, a quo in arcem mittitur. Item Lachetis, Phidippique & Pamphili verba de reconciliandа illi coniuge & eorum ab invicem litigiosa dissensio. Quartum actum haec complent. Perturbatio Myrrhinae ex interventu mariti: & eiusdem cum eo nimis callida ac muliebris astutiae disceptatio. Sostratae, Pamphili Lachetisque colloquium. Inclamatio patris & soceri adversum Pamphilum uxorem recusantem. Conventio meretricis promittentis se iusiurandum matronis exhibituram de non admisso ad se Pamphilo. In quincto actu Bacchidis narratio de intus gestis, & colloquium cum Parmenone inducitur, quem nuncium mittit ad Pamphilum: Pamphilique ad ultimum actio gratiarum apud ipsam Bacchidem. Docet autem Varro neque in hac fabula, neque in aliis esse mirandum, quod actus impares scaenarum paginarumque sint numero: cum haec distributio in rerum descriptione, non in numero versuum, constituta sit, non apud Latinos modo, verum etiam apud Graecos ipsos.

Donati, Prolegomena in Phormionem.

Hanc comoediam, manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est, ἐπιδικαζόμενον Graece scriptam esse, quam Latine a Terentio Phormionem. Quamobrem nulla dubitatio est, hanc solam esse, cui nomen poeta mutaverit; &

1 Forte *& a se.*
2 f. *& mox loquela.*

& errare eos, qui in hac Phormionem paraſitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum, cum Graeca lingua fiſcus ſparteus, & ſtramen nauticum ſic dicatur: a cuius rei vel capacitate, vel [1] utilitate etiam ab Apollodoro paraſitus Phormionis nomine nuncupatur. Haec igitur proprie tota motoria eſt, & in affectibus conſtituta paene maioribus, quam Comicus ſtylus poſceret: niſi quod arte poetae omnia moderata ſunt. Primas in ea partes, ut ipſe poeta profeſſus eſt, tenet Phormio: ſecundas Geta: tertias Demipho: ſubinde ceteri, prout cuiuſque actus oſtendit. Prologus Phormionis nimis concitatus eſt, adeo ut ipſe ſemet veluti reprehendat ob hanc ipſam pervicaciam, & ſimul argumentum ſuae purgationis inducat. Atque in ea cum & Protaſis, & Epitaſis, & Cataſtrophe magni moliminis & negotii ſint: ita variis leporibus adſperguntur, ut etiam rerum triſtium gravitatem poeta lepidus comica ſerenitate tranquillet. Haec acta eſt ludis Megal. L. Cornelio Merula aedili Curuli, & Poſtumio Albino: agentibus L. [2] Caſſio Atilio, & L. Ambivio: modos faciente Flacco Claudii filio tibiis ſerranis, totaque diverbiis facetiſſimis, & geſtum deſiderantibus ſcaenicum, & ſuaviſſimis ornata canticis fuit. Editaque eſt quarto loco, M. Valerio, & C. Fannio cos. Perſona etiam in huius protaſi non una eſt, ſed duae: quarum altera extra argumentum poſita eſt, cui narratur fabula; altera in argumento, quae narrat fabulam. Argumentum quoque non ſimplicis negotii habet: nec unius adoleſcentis, ut in Hecyra; ſed duorum, ut in ceteris fabulis. Scire autem convenit uno die tranſigi Phormionem: non ut Heaut. duobus. Prologus correpte ἀπὸ τῦ προλέγειν dicitur, non producte, ἀπὸ τῦ πρωτολογεῖν. nam officium prologi ante actionem quidem rei ſemper eſt: verumtamen & poſt principium fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite glorioſo; & apud ceteros magnae auctoritatis veteres poetas.

ARGUMENTUM PHORMIONIS.

CUM Chremes Demiphonis frater, adſcito ſibi ad fallaciam nomine, quo Stilphonem ſe dici fecerat, duas eodem tempore habuiſſet uxores, Athenis divitem, pauperem Lemni; ex divite ſuſtulit filium, qui dictus eſt Phaedria; ex paupere furtim ſuſcepit atque educavit filiam, Phanium nomine, eamque, conſilio cum fratre habito, deſtinavit filio eius Antiphoni uxorem dare. Quibus complacitis, uno tempore profecti Athenis ſenes, Demipho in Ciliciam, Chremes Lemnum ad accerſendam filiam, quae iam illinc cum matre navigaverat, occaſionem dederunt amandi adoleſcentibus. Nam ſtatim Phaedria citharistriam ſub lenone coepit ardere: Antipho illam filiam patrui Phanium deſponſatam ſibi, neſciens neſcientem, mox ut Athenas venit, nec patrem reperit, falſa duplici eius nomine, matrem mortuam dum lamentatur, adamavit. conſilioque & opera paraſiti ſecundum leges Athenienſium, quaſi ſibi cognata eſſet, tamquam in iure victus, & velut coactus, eam accepit uxorem per abſentiam patris. Qui cum adveniſſet, & vellet eam expellere, primo confutatur per impudentiam paraſiti. poſt cum ſuo fratre ſic decipitur, ut, dum eam credit ab Antiphone poſſe diſiungi, eam paraſitus [3] ipſe ducat uxorem, & det ducturo XXX minas praeſentis dotis puellae nomine, quas Phormio acceptas Phaedriae dedit; ille, lenoni ad citharistriam redimendam. Quibus geſtis tandem Chremes agnoſcit filiam ſuam coniunctam eſſe fratris filio. Quare, dum, mutato conſilio, XXX

1 f. *vilitate*.
2 f. del. *Caſſio*.
3 *ipſe* videtur ponendum ante *det*.

minas a Phormione per rixam conatur exigere, per eundem proditus uxori ſuae Nauſiſtratae eſt. & factus libidinis reus, non ante veniam meruit a matrefamilias, quam & triginta minarum, & amoris citharistriae veniam dediſſet filio. Primus actus eſt in colloquio Davi & Getae: per quos diſcit populus argumentum. Secundi actus tenor continet adventum ſenis turbulentum, & eiuſdem iurgium adverſus Getam & Phaedriam. Tertio actui attribuitur litigium ſenis & Phormionis: tum conſultatio cum advocatis: tum Antiphonis in ſcenam reditus, colloquiumque cum Geta: tum lenonis & Phaedriae colluctatio: tum adhortatio Getae de inveniendo argento ad redimendam Phaedriae citharistriam. Quartum actum iſta concelebrant, adventus Chremetis, eiuſdemque cum fratre deliberatio per errorem de eiicienda Phanio. Getae verba de fallendis ſenibus. Antiphonis oratio apud ſemetipſum de amore tractantis. Getae rurſus cum ſenibus callida, & mox cum Antiphone de eadem cauſa ſimplex diſputatio. ſenum inter ſe colloquium de expulſione mulieris. & ad extremum verba Chremetis agnoſcentis nutricem, ac per eam filiam ſuam cum Antiphone coniunctam. In quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum dotis nomine, & convenitur Nauſiſtrata, ut exire domo compellat Phanium. nunciatur Antiphoni & Phormioni per Getam Phanium a patre agnitam, [1] permiſſamque ut uxor habeatur. quae cum ita nupta ſit, expoſcitur argentum a Phormione per rixam ſenum, a quibus ille oppreſſus, rem omnem aperit Nauſiſtratae. ad quod primum irata, ut in tali re, uxor, mox lenitur in fine fabulae. & tutiſſimum a patris iracundia praeſtat Phaedriam.

1 f. *permiſſumque*. Praeter apertiora errata in his Donati, quae vel ſuſtuli vel ex coniectura tentavi; latent alia quaedam, quae intacta reliqui, cum vix ſanari poſſint ſine codicum MSS. ſubſidio.

Terentii Comoediae hoc ordine juxta I. G. Voſſium de Poetis Latinis, actae ſunt.

A. U. DLXXXIIX. Andria.
DLXXXIX. Hecyra primum acta eſt.
DXCI. Heautontimorumenos.
DXCIII. { Eunuchus. / Phormio.
DXCIV. Adelphi.
Eo anno, ſecundo acta eſt Hecyra a filiis L. Æmilii Pauli, eoque ipſo anno tertium data.
DXCV. Terentius mortuus eſt.

Cum Voſſio vero conſentit T. Faber, niſi quod hanc annorum ſeriem uno anno antevertat.

TABULA

TABULA LITERARUM

Quibus deſignantur Codices MSS.

Bodl. Codd. Bodleianae Bibliothecae, Oxonii, qui quinque ſunt.

D. vel Dun. cod. ex agro Dunelmenſi.

CCC. Cod. Collegii Corporis Chriſti, Cantabr.

N. a. Cod. Qui fuit Johannis Mori, Epiſcopi tunc Norvicenſis. His inter alios Codicibus olim uſus eſt in Editione Cantabrigienſi adornanda doctiſs. Joh. Lengus, nunc Epiſc. Norvicenſis.

Bemb.
Baſ.
Vat.
Victor.
} Sunt e codd. quibus uſus eſt Faernus.

Aliae literae quae ad integras voces deſignandas adhibentur ſunt hae.

m. monoſyllabum.
m. br. monoſ. breve.
diſ. diſſyllabum.
triſ. triſyllabum.

reliquae nulla explicatione indigent, praeter eas quae verſuum genera diverſa denotant.

Explicatio notarum quae ad verſus facilius dimetiendos in hac editione adhibentur. vid. de Metr. Com. p. 40. *&* 45.

‖ hac nota verſus tetrametri in biſegmenta dividuntur.
= hac biſegmenta in metra.
- hac metra in pedes.
' hac ſyllaba vel ſemipes ab initiis Iambicorum reſecatur.

Expli-

TABULA LITERARUM.

Explicatio literarum quibus indicantur verſuum genera.

Exempla vide in de *Metris Comicis.*

T. t. a. Trochaicus Tetrameter acatalectus. — p. 40.
T. t. c. Trochaicus tetrameter catalecticus. —— p. 41.
I. t. a. Iambicus tetrameter acatalectus. —— p. 44.
I. t. c. Iambicus tetrameter catalecticus. ——— p. 46.
I. tr. Iambicus trimeter. ——— ——— p. 50.
I. d. a. Iambicus dimeter acatalectus. —— p. 48.
I. d. c. Iambicus dimeter catalecticus. ——— p. 48.
T. d. c. Trochaicus dimeter catalecticus. ——— p. 43.

Atque hae ſunt ſpecies Terentio maxime uſitatae. Alii verſus, necnon cola & commata, quibus parcius utitur, haec ſunt.

T. t. h. Trochaicus tetrameter hypercatalecticus, qui catalectico eſt uno pede productior. p. 49.
I. t. h. Iambicus tetrameter hypercatalecticus, qui catalecticum uno pede excedit. p. 49.
T. t. br. Trochaicus tetrameter brachycatalectus, qui eſt tetrametro acatalecto uno pede brevior. p. 49.
I. ſept. Iambicus ſeptenarius; qui trimetro uno pede maior eſt. p. 51.
T. d. h. Trochaicus dimeter hypercatal. ſeu tetrametri hypercatalecti poſterius biſegmentum. p. 49.
I. d. h. Iambicus dimeter hypercatal. ſeu tetrametri hypercatalectici prius biſegmentum. p. 49.

Sed his duabus ſpeciebus vel non uſus eſt Terentius, vel ſemel tantum. Hec. IV. I. 4. *& Eun.* II. I. 6.

I. m. Iamb. monometer.
I. m. h. Iamb. monometer hypercatal.
I. m. c. Iamb. monometer catalect.
T. m. c. Trochaic. monometer catalect.
I. m. br. Iamb. monom. brachycatal. Iambus nempe vel Spondeus.
} p. 52.

Bacch. Denotat verſus Bacchiacos.
Cret. —— Creticos.
Anap. —— Anapaeſtic.

ANDRIA TERENTII.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. M. FULVIO ET [1] M'. GLABRIONE AEDILIB. CURULIB. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO. L. ATILIUS PRAENESTINUS, MODOS FECIT FLACCUS [2] CLAUDI F. [3] TIBIIS PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET [4] EST TOTA GRAECA, EDITA M. MARCELLO CN. SULPICIO COS.

Fabulae interlocutores.

SIMO ſenex.
SOSIA libertus.
DAVUS ſervus.
MYSIS ancilla.
PAMPHILUS aduleſcens.
CHARINUS aduleſcens.
BYRRIA ſervus.
LESBIA obſtetrix.
[5] GLYCERIUM meretrix.
CHREMES ſenex.
CRITO hoſpes.
DROMO lorarius.

NOTAE.

1 *M'. Glabrione*] Virgula, quam Faernus optimos codices ſecutus ⁊ M apposuit, temere a pleriſque eſt omiſſa; cum hac nota *Manius* a *Marco* diſtinguatur. *Manium* autem, non *Marcum*, praenomen fuiſſe *Glabrionis*, Inſcriptiones etiam Gruterianae ſuadent.

2 *Claudi F.*] illud *F.* in aliorum titulorum nullo comparet; unde manifeſtum eſt hinc etiam abeſſe debere: quod idem invicte probant rationes a Mureto allatae, quem adi.

3 *Tibiis*] Vexatiſſima quaeſtio eſt de *Tibiis* in hiſce titulis, ſeu didaſcaliis Terentianis memoratis. Quae noſtra de iis ſit ſententia, diximus in prolegomenis de metris.

4 *Eſt tota Graeca*] Cuius? nomen Poetae, unde fabula deſumpta eſt, hic addendum erat, quod in aliis quidem omnibus Terentii titulis fieri videmus. Quis igitur dubitet, quin exciderit MENANDRU'? Ex aliis autem indiciis ſatis conſtat titulos hoſce non ex omni parte integros ad nos deveniſſe.

5 *Glycerium.*] Eadem reperta eſt Chremetis eſſe filia, cui parvulae nomen erat PASIBULA.

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. Sororem falso creditam meretriculae
Genere Andriae Glycerium vitiat Pamphilus:
Gravidaque facta dat fidem uxorem sibi
Fore hanc: năm aliam pater ei desponderat,
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suäsu non repugnat Pamphilus.
Set ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato adgnitam
1 Hanc' Pamphilo-dat, ali=am Charino coniugem.

NOTAE.

1 *Hanc Pamphilo*] Metrum postulat, ut *Pamphilo*, qui reipsa creticus est, vel prima correpta pro anapaesto habeatur, (quod malim, *m* ante *p* vel *ph* liquescente & quasi evanescente, ut in *tympanum*, pro quo Latini, ad Graecorum exemplum, dixere *typanum*) vel elisa media vocali, pro spondeo; quod eodem redit, cum utriusque pedis eadem sint tempora. Atque ad hunc modum Terentius ipse hac voce usus est. IV. II. 2. Qui hanc licentiam non intellexerunt, inversis verbis, pro *Hanc Pamphilo dat*, edidere, *Dat Pamphilo hanc*. Sed si quid mutandum sit, minore verborum inversione legendum putem, *Hanc Pamphilo, aliam dat Charino coniugem*. quod certe numerosius. ut in Periocha Heaut. V. 12.

Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

P. TE-

P. TERENTII

ANDRIA.

PROLOGUS.

I. tr. POETA cum primum animum ad ſcribendum adpulit,
Id ſibi negoti credidit ſolum dari,
Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.
Verum aliter evenire multo intellegit:
Nam in' prōlogis ſcribundis operam abutitur:
Non qui argumentum narret, ſed qui malevoli
Veteris poetae maledictis reſpondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quaeſo animum advortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Quĭ u'tramvis recte norit, ambas noverit.
1 Non' ita diſſimili = ſunt argumento, = ſet tamen
Diſſimili oratione ſunt factae ac ſtilo.
Quae convenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque uſum pro ſuis.

NOTAE.

1 *Non' ita diſ-ſimili = ſunt argumento, =*] Haec omnium codicum lectio eſt, atque ita etiam legit Donatus, nec opus eſt, ut propter metrum ſollicitetur; *argumentum* enim interdum a veteribus Comicis in triſyllabum, *u* eliſo, contrahi, ex Plauto conſtat, qui ſtatim in primae fabulae prologo bis ita videtur contraxiſſe. V. 57. *Poſt argumentum - huius = eloquar tragoediae.* Et V. 96. *Dŭm huius - argumentum = eloquar comoediae.* Scio quidem haec exempla eludi poſſe, ſed hanc ſcanſionem legitima pronuntiatio poſtulat, quae non temere violanda eſt.

1 Id ĭſti vituperant factum, atque in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
2 Faciunt ne intellegendo, ut nihil intellegant.
Qui cum hunc accuſant, Naevium, Plautum, Ennium
Accuſant: quos hic noſter auctores habet:
Quorum aemulari exoptat neclegentiam
Potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam.
* m. * Dehinc' ut quieſcant, porro moneo, & deſinant
Male'dice-re, male=facta ne noſcant ſua.
Favete, adeſte aequo animo, & rem cognoſcite,
* m. 3 Ut pernoſcatis, & quid * ſpei ſit relliquum:
Poſthac quas faciet de integro comoedias,
Spectandae, an exigendae ſint vobis prius.

NOTAE.

1 *Id i'ſti*] Prior in *iſte*, *iſtic*, *iſtuc*, *ille*, *illic*, *illuc*, *ipſe*, & ceteris eiuſmodi, cum nullam in iis proferendis moram faciamus, frequentiſſime apud veteres Comicos corripitur. Exempla nulla non pagina ſuppeditabit.

2 *Faciunt ne*] *Ne* hic cum Donato pro *valde* accipi malim, non cum interrogatione, quod Muretus & alii recentiores volunt, eo inducti hanc praecipue ob rationem; quod alias ſemper, cum aſſeverandi ſenſu occurrat, poſt ſe pronomen aliquod habere pro comperto ſumant. quod quidem plerumque ita ſe habere lubens conceſſerim; id autem perpetuum eſſe, nequaquam: cum apud Plautum & Terentium loca ſint, in quibus *ne* pronomini etiam poſtpoſitum, longe commodius in hoc *aſſeverandi*, quam illo *interrogandi* ſenſu, intelligatur. Vide Plauti Mil. II. VI. 82. Et Trinum. III. II. 8. Et Terentii Heautont. V. I. 77.

3 *Ut pernoſcatis*] In quibuſdam libris eſt, *ut pernoſcat is*, ineptiſſima lectio, quam nec ſenſus loci nec metrum pati poteſt, ſunt tamen, qui arripuerunt. Sed ſciat Lector mihi ſtatutum eſſe a *variis lectionibus* annotandis abſtinere, niſi bonae notae ſint, aut veterum grammaticorum auctoritate ſe commendent.

ACTUS

ACTUS I. SCAENA I.

SIMO ſenex, SOSIA.

SIMO.

I. tr. VOS iſtaec intro auferte: abite. Soſia
Adeſdum: paucis te volō. so. dictum puta:
Nempe ut curentur rectę haec. si. immo aliud. so. quid eſt
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
si. Nihil' iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro, 5
Set 1 i'is, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide & taciturnitate. so. exſpecto quid velis.
si. Ego poſtquam te emi, a parvulo ut ſemper tibi
Aput me iuſta, & clemens fuerit ſervitus,
Scis. feci ex ſervo ut eſſes libertus mihi, 10
* triſ. Propterea quod * ſerviebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolvi tibi.
so. In' memoria habeo. si. haut muto factum. so. gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat Simo:
* diſ. 2 Et ĭd' gratum * fuiſſe ad=vorſum te, habeo gratiam. 15
Set hŏc' mihi moleſtumſt: nam iſtaec commemoratio
Quaſi exprobratio=eſt inmemoris= 3 beneficî,

NOTAE.

1 *I'is,*] Nuſquam ſaepius erratur a librariis quam in his voculis, *his* & *iis*, quas compendii gratia unico *i* ſcribere ſolebant. Sex e codicibus, quorum collationibus uſus eſt doctiſſ. Lengus in editione Cantabrigienſi adornanda, hic habent *iis*, undecim autem *his*. Atque eadem fere codicum diverſitas, quoties vocum harum alterutra occurrit, ut ſaepiſſime haereas neceſſe ſit, nec quae vera ſit lectio, certo aliquo indicio dignoſci queat. Quod ſemel monuiſſe ſufficiat, ne in re tam levicula idem centies repetendo faſtidium lectori creem. plerumque utrumvis legas, perinde eſt.

2 *Et id' gratum*] *Id*, & verſu ſequente *hoc*, uti *is*, & *hic*, licet conſona ſequatur, ſaepiſſime corripiuntur. Exempla ubique obvia.

3 *Beneficî*] Faern. *beneficii*. Sed geminum *i*, quoties unam conſtituit ſyllabam, una literula repraeſentare commodius duxi.

Quin

Quin tu uno verbo dic, quid eſt, quod me velis.
SI. Ita' faciam. hoc primum in hac re praedicō tibi:
Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae.
SO. Cur ſimulas igitur? SI. rem omnem a principio audies:
* m. *Eo' pacto & gnati vitam, & conſilium meum
Cognoſces; & quid facere in hac re te velim.
Nam is' poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia,
* m. [1] Li'beriŭs vi-vendi=*fuit poteſtas. nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum aetas, metus, magiſter prohibebant? SO. ita eſt.
SI. Quod plerique omnes faciunt aduleſcentuli,
Ut animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
Alere', aut canes ad=venandum, aut ad=philoſophos:
Horum ille-nihil egregie praeter cetera
Studebat, & tamen omnia haec mediocriter.
Gaudebam. SO. non iniuria; năm id arbitror
Adprime in vita eſſe utile, ut ne quid nimis.
SI. Sic vita erat. facile omnes perferre, ac pati,
* m Cum quibus erat cumque una: * iis [2] ſeſe dedere:
* dif. *Eorum' obſequi ſtudiis: advorſus nemini:
Numquam praeponens sĕ illis: ita facillume
[3] Sine in'vidia laudem invenias, & amicos pares.
SO. Sapienter vitam inſtituit: namque hoc tempore
Obſequium amicos, veritas odium parit.
SI. Interea mulier quaedam ab hinc triennium
Ex Andro commigravit [4] huc viciniae,
Inopia, & cognatorum neclegentia
Coacta, egregia forma, atque aetate integra.

SO.

NOTAE.

1 *Liberius vivendi*] In verſu dimetiendo legendum eſt, *libriu'* extrito *e*, quod in verbo etiam *libero* frequens apud Plautum; vel *i* poſteriore in conſonam verſa, pronuntiandum, ac ſi ſcriptum eſſet *liberyu*. ut pluribus dixi in *De metris* C.

2 *Iis ſeſe*] Codices *iis*, *is*, *hiis*, *his*.

3 *Sine in'vidia*] *In*, ſive ſeorſum, ſive in verborum compoſitione poſitum, ſaepiſſime corripitur. *In* & *con* tunc producti atque protendi, cum *ſ* vel *f* ſequatur, ante alias autem omnes correpte pronuntiari, ex Cicerone monuit Gellius l. II. c. 17. haec utiliſſima eſt obſervatio veteres Comicos legentibus, qui de poſitione parum ſolliciti, ſi modo vocales breves eſſent, vel ancipites, ſyllabas quaſvis pro libitu corripuerunt.

4 *Huc viciniae*] Legitur etiam *huic viciniae*; atque ita Priſcianus & Nonius Mar-

so. Ei' vereor, ne quid Andria adportet mali.
si. Primum haec pudice vitam, parce, ac duriter
Agebat, lana ac tela victum quaeritans:
Set poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens,
Unus & item alter, ita ut ingenium eſt omnium
Hominum' ab labore proclive ad lubidinem,
* m. Accepit condicionem, * dein quaeſtum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc, ſecum ut una eſſet, meum.
Ego'met continuo mecum: Certe captus eſt:
Habet'. obſervabam mane illorum ſervulos
Venientes aut abeuntes: rogitabam, Heus puer,
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriae
Illi' id erat nomen. so. teneo. si. Phaedrum, aut Cliniam
Dicebant, aut Nicerătum, nam [1] hi tres tum ſimul
Amabant. Ehŏ, quid Pamphilus? Quid? ſymbolam
Dedit, cenavit. gaudebam. item alio die
Quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam adtinere. enĭmvero ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum continentiae:
Nam qui cum ingeniis conflictatur [2] eĭŭſmodi,
Neque commovetur animus in ea re tamen,
* m. † m. *Scias' poſſe habere iam ipſum † ſuae vitae modum.
Cum id' mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama inpulſus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam ſuam

Cum

NOTAE.

Marcellus: ſed prior lectio Donato potior viſa eſt, & miror ſane alteram cuiquam placere potuiſſe. *huc viciniae* eſt adverbium ad locum, ut *hic viciniae*, Phorm. I. II. 45. eſt adverbium in loco. quae verba ſunt Donati ad dictum locum.

1 *Hi tres*] Antiquiſſima Donati editio an. 1472, *ii tres*. quam lectionem ut huic loco commodiorem praetulerim. Sed cum codices alteri lectioni faveant, mutare nolui.

2 *Eiuſmodi*] *Eius*, *huius*, & *cuius*, & ſeorſum poſita, & cum *modi* coniuncta apud Terentium priorem fere corripiunt, *i* conſona in vocalem mutata. Hic igitur *eiuſmodi* eſt proceleuſmaticus, extrito *s*, & pronuntiandum, quaſi ſcriptum eſſet *eimodi*, *ei* in unam ſyllabam contracto.

Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.
Placuit: deſpondi: hic nuptiis [1] dictuſt dies.
so. [2] Quid obſtat cur non verae fiant? si. audies.
Fere in diebus paucis, quibus haec acta ſunt,
Chryſis vicina haec moritur. so. o factum bene!
Beaſti: metui a Chryſide. si. ibi tum filius
Cŭm illis, quĭ amabant Chryſidem, una aderat frequens:
Curabat una funus, triſtis interim,
Nonnunquam conlacrumabat. placuit tum id mihi,
Sic cogitabam: Hic parvae conſuetudinis
Cauſa huius mortem tam fert familiariter:
Quid ſi ipſe amaſſet? [3] quid hĭc mihī faciet patri?
Haec ego putabam eſſe omnia humani ingenî,
Manſuetique animi officia. quid multis morer?
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,
[4] Nihil ſuſpicans etiam mali. so. hem quid eſt? si. ſcies.
Effertur. imus. interea inter mulieres,
Quăe ibi' aderant, forte unam aſpicio aduleſcentulam,
Forma. so. bona fortaſſe. si. & voltu Soſia
Adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra.
Quia tum mihi lamentari praeter ceteras
Viſa eſt, & quia erat forma praeter ceteras
Honeſta, & liberali, accedo ad [5] pediſequas:

Quae

NOTAE.

1 *Dictuſt dies.*] Faern. *dictus eſt dies.* Sed in dimetiendo verſu, legendum eſt *dictu'ſt.*

2 *Quid obſtat*] Fatetur Faernus in omnibus quos viderit libris praeter duos legi, *quid igitur obſtat.* Et profecto ſenſus loci non facile abeſſe patitur, nec tamen verſus cum eo ſtare poteſt, niſi *verae* tollas; quod quidem lubens facerem, cum nihil praeceſſerit cui *verae* opponatur, niſi haec omnium eſſet codicum lectio. Hinc mihi nata ſuſpicio eſt veram lectionem eſſe, *Quid ergo obſtat*, quod metrum non reſpuit. Prior enim in *ergo* ſaepe corripitur, *ergo* autem & *igitur*, quod contracte ſcribi ſolet hoc modo, ᵍ̊, facile locum invicem mutant.

3 *Quid hic mihi*] Fruſtra ſunt qui haec verba invertunt ut metro conſulant, & legunt, *quid mihi hic*, quo gratia eorum omnis perit: *mihi* enim ſignanter & cum emphaſi proferendum eſt, quod in altera illa verborum collocatione fieri non poteſt; & quod ad metrum, ſalva res eſt, *hic* enim ante conſonam corripi, ut modo dixi, frequentiſſimum eſt.

4 *Nihil*] Semper fere monoſyllabum eſt; rariſſime certe partes eius ita divelluntur, ut poſterior vocis ſyllaba, prima fiat pedis. quod quando fit, nota quadam indicabitur. idem vero de *mihi* quoque dictum velim.

5 *Pediſequas.*] Faernus per duplex *ſ*, operarum forte vitio, cum ſit proceleuſmaticus.

Quae ſit, rogō. ſororem eſſe aiunt Chryſidis.
Percuſſit ilico [1] animum. attăt, hoc illud eſt,
Hinc illae lacrumae, haec illaſt miſericordia.
so. Quam timeo, quorſum evadas. si. funus interim
Procedit: ſequimur: ad ſepulcrum venimus:
In ignem poſitaſt: fletur. interea haec ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit inprudentius,
[2] Satĭs' cum periclo. ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat:
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea' Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tŭm illa', ut conſuetum facile amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum flens quam familiariter.
* m. so. Quid '* ais? si. redeo inde iratus, atque aegre ferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſae. diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?
Quae ſe ſe in ignem [3] inicere voluit, prohibui:
Servavi: honeſta oratio eſt. so. recte putas:
Nam ſi illum obiurges, vitae qui auxilium tulit;
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
si. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,
Indignum facinus: comperiſſe, Pamphilum
Pro ux'ore habere hanc peregrinam. ego illud ſedulo

NOTAE.

ticus. Faernianae tamen exemplum alias quoque editiones in eundem errorem traxit.

1 *Animum. attat*] Secunda in *attat*, etſi *h* vim conſonae non haberet, produci poterat Plauti exemplo. Perſ. IV. VII. 12.

Attăt oblitus ſum intus dudum edicere.

Et, Poenul. IV. I. 5.

*Attăt e fano recipe-re vide*ll *ŏſe Syncraſtum.*

Sed ſi ultima in *animum* non elidatur, quod forte melius, cum plena poſt *animum* ſit diſtinctio, *attat* trochaeus erit, &, *hoc illud eſt*, proceleuſmaticus.

2 *Satis cum periclo*] Quod modo de *nihil* & *mihi* dixi, de *ſatis* etiam dicendum eſt, partes eius rariſſime ita divelli, ut poſterior vocis, primam ſequentis pedis conſtituat. Si conſona igitur ſequatur, finalis *s* vel *is* abiicitur, & legendum, *ſati'*, vel *ſat.*

3 *Inicere*] Compendio ſcriptum, unico *i* pro gemino poſito, quod in optimis libris perpetuo fere fit in compoſitis a *iacio*; ſed & alias quoque ſaepe factum eſt, ubi duo *i* concurrunt. Codices ſuos Faernus in hoc ſecutus eſt; & nos Faernum, niſi ſi alicubi metrum obſtet; de quo, cum acciderit, lectorem ſedulo monebo.

Negare factum. ille instat factum. denique
Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
Neget daturum. so. non tu ibi gnatum? si. ne haec quidem
Satis' vehemens causa ad obiurgandum. so. qui cedo?
si. Tute ipse his rebus finem praescripsti pater.
Prope ad'est, cum alieno more vivendumst mihi:
Sine nunc meo me vivere interea modo.
so. [1] Quis igitur relictus est obiurgandi locus?
si. Si propter amorem uxorem nolit ducere,
Ea primum ab illo animadvertenda iniuriast.
Et nunc id operam dŏ, ŭt per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa fit, si deneget:
Simul sceleratus Davus siquid consilî
Habet, ut confumat nunc, cum nihil obsint doli:
Quem ego' credo manibus, pedibusque obnixe omnia
Facturum, magis id adeo, mihi ut incommodet,
Quam ut' obsequatur gnato. so. quapropter? si. rogas?
Mala mens, malus animus. quem quidem ego si sensero.
Set quid [2] opust verbis? sin eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nihil sit morae; restat Chremes,
Qui mihi exorandus est: [3] & spero consore.
Nunc [4] tuum ĕst officium, has bene ut adsimules nuptias:
Perterrefacias Davum: observes filium,
Quid agat, quid cŭm illo consilii captet. so. sat est:
Curabo. eamus iam nunc intro. si. i prae, sequar.

SCAE-

NOTAE.

1 *Quis igitur relictus*] Miror Faernum hunc locum intactum praeteriisse, cum metrum plane laboret, nisi *rellictust* legas, quod est absonum. Si *relictus est*, vera est lectio, quae omnes sibi codices astipulantes habet, si excipias unum Vaticanum, pro *Quis* legendum est *Qui*; quomodo legitur in sex codd. L., & in iis est optimus Dunelm. Sed Gudius in notis ad Phaedr. L. 1. Fab. 31. asserit in codice Vaticano diserte legi, *relicuus*, i. e. *reliquus*: quod omnem de metro difficultatem tollit; sed altera lectio magis *Terentiana* est. ita enim III. IV. 22. *Nihil est preci loci relictum.*

2 *Opust*] Faern. *opus est.*

3 *Et spero*] Priscianus l. 18. *Et id spero*; lectio non incommoda, cui favent tres Pall. *id* vero ante consonam saepe corripi prius observavi.

4 *Tuum est*] *Est* non modo ante vocalem, sed sequente etiam consona saepissime corripitur. cuius tot sunt exempla apud Plautum & Terentium, ut mirum sit, doctissimos viros id fugere potuisse. Sed alio quoque modo, metro hic succurri potest; *tuum* nempe in monosyllabum contrahendo; quo nihil frequentius. *meus*, *tuus*, *suus*, per omnes casus, in omni fere pagina pro monosyllabis habentur.

SCAENA II.

SIMO ſenex, DAVUS ſervus.

SIMO.

I. tr. NON dubium eſt, quin uxorem nolit filius:
Ita 'Davum modo timere ſenſi, ubi nuptias
Futuras eſſe audivit. ſet ĭpſe exit foras.
I. t. a. DA. [1] Mirabar hoc ſi ſic abiret": & eri ſemper lenitas,
I. d. a. Verebar, quorſum evaderet.
I. t. a. Qui poſtquam audierat non datum iri" filio uxorem ſuo,
T. t. c. [2] Numquam cuiquam noſtrum verbum" fecit, neque id aegre tulit.
SI. At nunc faciet, neque, ut opinor", ſine tuo magno malo.
I. t. a. DA. Id voluit, nos ſic nec opinantes" duci falſo gaudio,
Sperantis iam amoto metŭ, [3] inter" oſcitantes opprimi,
[4] Nĕ 'eſſet ſpatium cogitandi ad" diſturbandas nuptias.
Aſtute. SI. carnufex, quae loquitur". DA. erus eſt, neque prouideram.
SI. Dave.' DA. hem, quid eſt? SI. ehodum ad me. DA. quid hĭc volt"? SI. quid ais? DA. qua de re? SI. rogas?
* m. * Meum 'gnatum rumor eſt amare. DA. id" populus curat ſcilicet.
[5] SI. Hoc'cin' agis, an non? DA. ego vero iſtuc". SI. ſet nunc ea me exquirere,
* dif. Iniqui pătris eſt. nam, quod * antehac" fecit, nihil ad me attinet.

NOTAE.

1 *Mirabar*] Hic initium Scaenae ſecundae conſtituendum erat, cum nova perſona nunc demum prodeat. ſed monuiſſe contentus, mutare nolui; cum recepti in Scaenis & Actibus ordinis perturbatio inutiles redderet ampliſſimos illos Parei & Hugenii in Terentium indices, quos ad iſtius ordinis rationem fere compoſuerunt.

2 *Nunquam cuiquam*] Cum Tetrametri Trochaici Catalectici, & Iambici Acatalecti, hoc ſolo differant, quod Iambici ſyllaba ſint ab initio auctiores, alteros alteris Terentius lubens immiſcet, quaſi ſint eiuſdem prorſus generis.

3 *Inter oſcitantes*] Codd. L. fere omnes legunt *interea*. Sed Pall. omnes habent *inter*. Et omnes Faerni, quantum ex eius ſilentio coniicere eſt. quam lectionem ut metro magis commodam praetulerim.

4 *Ne eſſet*] Si nulla ſit eliſio, verſus erit I. t. a. alias erit T. t. c.

5 *Hoccin'*] Faern. *Hocine*.

Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi animum ut expleret ſuum:
Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.
* m. * Dehinc poſtulō, ſive aequumſt, te oro Dave, ut redeat iam in viam.
DA. Hoc quid ſit. SI. omnes, quī amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt.
DA. Ita aiunt. SI. tum ſiquis magiſtrum cepit ad eam rem inprobum,
Ipſum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.
DA. Non hercle intellegō. SI. non? hem. DA. non: Davus ſum, non Oedipus.
SI. Nempe ergo aperte vis, quae reſtant me loqui. DA. ſane quidem.
I. tr. SI. Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciae conari, quo fiant minus;
Aut velle in ea re oſtendi, quam ſis callidus:
I. t. a. Verberibus caeſum te Dave in piſtrinum dedam uſque ad necem,
* m. * Ea lege, atque omine, ut, ſi te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem?
DA. immo callide:
Ita aperte ipſam rem modo locutus: nihil circuitione uſus es.
SI. Ubi vis, facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier.
DA. Bona verba quaeſo. SI. inrides? nihil me fallis. ſet dicō tibi,
Ne temere facias: neque tu haut dicas tibi non praedictum. cave.

NOTAE.

1 *cuition*] Eſt ſpondeus, *u*, *i* in diphthongum contractis, & altera *i* in conſonam mutata.

2 *Neque tu haud dicas*] Hanc veram eſſe lectionem Donatus contendit, firmatq; exemplo e Plaut. Bacchid. quod tamen hodie non comparet. Sed alia ſunt apud Plautum huius locutionis exempla. Ut Epidic. V. I. 56.

——*neque ille haud obiiciet mihi*
Pedibus ſeſe provocatum.——

Et Bacch. IV. IX. 114.

Neque ego haud committam, ut ſi quid
peccatum ſiet,
Feciſſe dicas de mea ſententia.

SCAENA III.

DAVUS servus.

I. t. a. ENĬM'VERO Dave nihil lociſt ſeg'nitiae, neque ſocordiae,
Quantum intellexi modo ſenis ſen'tentiam de nuptiis.
Quae 'ſi non aſtu providentur', mĕ aŭt erum peſſum dabunt.
Nec quid agam certumſt: Pamphilum ne ad'iutem, an auſcultem ſeni.
Si il'lum relinquo, ĕiŭs-vitae timeo': ſin opitulor, hŭiŭs minas:
Cui verba dare difficileſt: primum 'iam dĕ amore hoc comperit:
Me infenſus ſervat, ne quam faciam 'nuptiis fallaciam:
Si ſenſerit, perii: aut ſi lubitum 'fuerit, cauſam ceperit:
Quo iure, quaque iniuria [1] prae'cipitem in piſtrinum dabit.
I. tr. Ad haec mala hoc mihi accedit etiam: haec Andria
[2] Sĭve ĭſta 'uxor, ſive amicaſt, gravida e Pamphilo eſt:
* dif. Audireque *eorum eſt operae pretium audaciam:
Nam inceptioſt amentium, haut amantium:
Quidquid peperiſſet, decreverunt tollere:
Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,

Civem

NOTAE.

1 *Praecipitem in*] *pr. me* in Faern. ſed invito metro, quod Eraſmus aliique viderunt conſtare non poſſe, niſi *me* tollatur.

2 *Sive iſta' uxor*] Cum Iambicus a dactylo vel anapaeſto incipere recte poſſit, hic utrumvis ſtatuas licet. *Sive iſta ux--* eſt revera creticus, qui iſtis pedibus uno tempore longior eſt; ſed pro dactylo haber poſſit, ſi primam in *uxor* corripias, cuiius plura ſunt apud Terentium exempla, de quibus ſuis locis videbimus: vel pro anapaeſto, ſi primam in *ſive* corripias, quod malim, cum anapaeſtus Iambico generi maxime conveniat; iſtiuſmodi autem ſyllabarum correptiones in his ſcriptoribus ſint frequentiſſimae. Voces monoſyllabae fere omnes quae in familiari ſermone ſunt frequentioris uſus, quales ſunt coniunctiones, praepoſitiones, adverbia, atque etiam pronomina, cum nulla in iis emphaſis ſit, ſed tanquam vincula quaedam orationis ſint, partibuſque eius connectendis praecipue inſerviant, non aeſtimantur a Comicis pro inſita ipſis quantitate, ſed pro morae ſpatio quod inter colloquendum pronuntiandis iis inſumitur. Hinc eſt, quod *ac*, *aut*, *haud*, *e*, *ex*, *huic*, *hunc*, & ſequenti conſona *ut*, *&*, *ad*, *in*, quibus addas *inde*, *unde*, *nempe*, *autem*, *eccum*, pro brevibus non raro habentur. Tan. Faber, qui hanc veterum licentiam minus intellexit, ut metro ſuccurreret, *ſive* in *ſi* mutavit, contra omnium codd. fidem, nec ſine aliquo ſenſus diſpendio. Sed ſi quae dixi vera ſunt, ut ſunt veriſſima, nihil iſto adiumento opus eſt. Similis licentiae exemplum habemus in verſu 20. de quo mox agemus.

Civem Atticam esse hanc. [1] fuit olim quidam senex,
Mercator: navem is fregit aput Andrum insulam:
Is obiit mortem. ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, parvam. fabulae.
* m. br. I. t. a. [2] * Mihi quidem 'hercle non fit verisimile; atque ipsis commentum placet.
I. tr. [3] Set 'Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum, ut
I. t. a. Con'veniam Pamphilum, ne de hac re pater inprudentem opprimat.

SCAENA IV.

MYSIS ancilla.

T. t. c. AUDIVI Archilis iamdudum: Lesbiam adduci iubes.
Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem:
Tamen eam adducam. inportuni'tatem spectate aniculae:
Quia conpotrix eius est. di date facultatem obsecro
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum.
Set quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid siet.
Opperiar, ut [4] sciam nunc, quid nam haec turba tristitiae adferat.

SCAE-

NOTAE.

1 *Fuit olim*] Vid. quomodo haec narrentur, V. IV. 20.

2 *Mihi quidem 'hercle*] Hic versus eruditos adeo torsit, ut quidam, quo se verterent nescii, verborum ordinem immutarint, & ex uno versu duos inficetos fecerint. Melius Faernus, qui lectionem codicum summa fide servavit; versum autem putavit esse trochaicum tetrametrum hypercatalecticum. Sed ne dicam, tetrametros trochaicos Iambicis trimetris parum commode misceri, versus hypercatalecticus est tam insolens carminis genus, ut nunquam admitti debeat, nisi summa urgeat necessitas; nec si hic admittas, media versus sectio, quod in tetrametris primarium est, recte cadit; cum *verisimile* medium dividat, & partes quae simul sumendae erant, in duo hemistichia dispertiat. Sed omnia haec incommoda felicter evitabimus, si *mihi*, quod hic est monosyllabum, breve esse ponamus. Ita ex malo trochaico tetr. hyp. faciemus optimum Iamb. tetr. acat. qualis est huius scaenae ultimus.

3 *Sed Mysis*] Haec subita post unum tetrametrum ad trimetros, dein post unum trimetrum ad tetrametros reditio parum videtur Terentiana, facitque, ut suspicer aliquid in fine excidisse. Si liceret, tetrametrum hoc modo facerem.

Sed Mysis-ab ea e = greditur. - At ego hinc
me ad fo-rum quan = tum queo, ut,

qua locutione ipse utitur, Eun. V. II. 5.

---ubi vidi-ego med = in pe-des quan = tum queo.

Sed nihil temere mutandum, vel addendum contra codicum fidem.

4 *Sciam nunc, quidnam*] Ita omnes quod sciam, codices. Sed Donatus legit,

SCAENA V.

PAMPHILUS adulescens. MYSIS ancilla.

PAMPHILUS.

I. t. a. Hŏcin'est humanum factum aut inceptum [1]? hŏcineſt officium patris?

I. m. MY. [1] Quid illud eſt?

T. t. c. PA. Proh deum atque hominum fidem, quid ĕſt [1] ſi haec non contumeliaſt.

I. t. a. Uxorem decrerat dare ſeſe [1] mihi hodie: nonne oportuit Praeſciſſe me ante? nonne priŭs com[1]municatum oportuit?

I. d. a. MY. Miseram me, quod verbum audio?

T. t. c. PA. Quid Chremes? qui denegarat [1] ſe commiſſurum mihi

I. t. a. Gnatam ſuam uxorem: id mutavit[1], [2] quia me immutatum videt. Ita ne' obſtinate operam dat, ut me a [1] Glycerio miſerum abſtrahat?

I. d. a. Quod ſi fit, pereo funditus.

NOTAE.

git, *nunquidnam*, *Hoc comicum eſt*, inquiens, & *Terentianum*, *cum exemtis* num & nam, *ſufficere ad interrogationem potuiſſet quid*. Et Terentius quidem hac voce utitur in hac ipſa fabula. II. I. 25. *Nunquidnam ampli = us tibi - cum illa [1] fuit Chaerea*? Hanc igitur lectionem in *Caſtigationibus* revocavit Ioh. Rivius, quo nemo melius poſt Faernum de Terentio meruit. Atque in eandem ſententiam conceſſit Muretus, Faber, alii. Faernus nihil ad locum annotavit, cumque ultimam manum operi ſuo non impoſuerit, ex ſolo textu operis poſthumi, quae fuerit eius ſententia, non ſatis liquet. Sed nihil muto, cum mea quidem ſententia recepta lectio loco melius convenire videatur. Quid enim? Davus nullus dubitabat, quin turba haec triſtitiae *aliquid* afferret; ſed *quidnam* eſſet, hoc illud eſt, quod ſcire vehementer expetit. Non quaerit, *nunquid* afferat, ſed *quid* ſit, quod afferat. Atque haec receptae lectionis mens eſt, quam propterea retinendam duxi.

1 *Quid illud eſt*] In codice Dunelm, qui eſt optimae notae, voces iſtae, *atque hominum* deſunt. Deſunt etiam in antiquiſſima editione An. 1469. iis autem ſublatis, *quid illud eſt*, initium erit Iamb. tetr. acat. Sed ſi iſtae voces recte ſe habent, *Quid illud eſt*, a ceteris neceſſario diſiungendum erit, & Iambicum monometrum conſtituet. Reliqua vero Troc. t. c.

2 *Quia me immutatum*] Donatus & multi codd. *queniam* pro *quia*: quod ſi admittas, *me* tollendum erit, ut metrum conſtet. Facilis in iſtis verbis lapſus, ut ſaepe unum pro altero ponatur. *Me* autem nullo incommodo abeſſe poſſit, cum proximo verſu repetatur.

Adeon

T. t. a. Adeon hominem esse ¹ invenustum, aut ‖ infelicem quemquam, ut ego sum?
T. d. c. Proh deum atque hominum fidem!
T. t. a. Nullon ego Chremetis pacto ad ‖ finitatem effugere potero?
T. t. c. Quot modis contemptus, spretus ‖? facta, transacta omnia. hem, Repudiatus repetor: quamobrem ‖? nisi si id est, quod suspicor: Aliquid monstri alunt: ea quoniam ‖ nemini obtrudi potest,
Itur ad me. MY. oratio haec me ‖ miseram exanimavit metu.
I. d. a. PA. Nam ² quid ego dicam de patre? ah
I. t. a. Tantam ne rem tam neclegenter ‖ agere? praeteriens modo Mihi' ³ apŭt forum, uxor tibi ducendast ‖ Pamphile hodie, inquit: para.:
T. t. c. ⁴ Abĭ domum. id mihi visust dicere ‖, abĭ cito, & suspende te. Obstipui: censen me verbum ‖ potuisse ullum proloqui? ⁵ aut Ullam causam, ineptam saltem ‖, falsam, iniquam? ommutui. Quod si ego rescissem id prius; quid ‖ facerem, ⁶ si quis me roget; Aliquid facerem, ut hoc ne facerem ‖. set nunc quid primum exsequar?
Tot me inpediunt curae, quae meum ‖ animum divorsae trahunt;
I. t. a. ⁷ Amŏr', misericordia huius, nupti‖arum sollicitatio,

Tum

NOTAE.

1 *Invenustum*] *Invenustus* est in amatoriis infelix. in Phorm. V. IV. 8. adolescens, cui res in amore secundae, pari verborum elegantia sic se effert.

Quis me est fortu=natior venu‖statisq; adeo plenior?

2 *Quid ego dicam de patre*] Faern. *Quid ego nunc d.* Sed versus respuit, nec agnoscit Donat. vid. ipsum ad Adelph. III. II. 6. & a Dunelm. multisque aliis libris abest, nec habet antiq. editio: delevit etiam Erasmus. Muretus, alii. forte varia lectio fuit loco *nam*, aut huc irrepsit ex alio Terentii loco, III. V. 6. *Nam quid ego nunc dicam patri?*

3 *Aput forum*] Ultima in *aput* etiam sequente consona plerunque corripitur. infinita sunt exempla.

4 *Abi*] Ultima in *abi*, aliisque imperativis, ut *cave*, *vide*, *mane*, *roga*, &c. quae sunt frequentioris in sermone usus, licet iuxta vulgares Prosodiae regulas longa sit, hic fere corripitur.

5 *Aut*] Licet in textu Faern. ut & in aliis editt. *aut* sit prima proximi versus syllaba, ipsius tamen Faerni iudicio, huic applicanda est, ut sequens sit Trochaicus, pariter ac ceteri.

6 *Si quis me roget*] Faern. & alii, *si quis nunc me.* Sed istud *nunc* sustuli, cum & versus numeros corrumpat, & sententiam inutiliter oneret, & e proximo versu errore librarii huc irrepsisse videatur. Ibi quidem necessarium est, hic vero prorsus invenustum.

7 *Amor*] In his fabulis dissyllaba quaevis, quorum prima brevis est, ut *amor*, *color*, *pater*, *senex*, *soror*, *puer* (nisi sit monosyllabum) *domum*, *fidem*, *enim*, *quidem*, *tamen*, *simul*, *foris*, *egon'*, *itan'*, *viden'*, *haben'*,

Tum patrĭs pudor, qui-me tam leni‖ paſſus eſt animo uſque adhuc,
* m. Quae'* meo cumque animo lubitumſt, facere. ei ne‖ ego ut advorſer? ei mihi,
Incertumſt, quid agam. MY. miſera timeō‖, incertum hoc quorſum accidat.
Set' nunc peropuſt, aut=hunc cum ipſa, aut me [1] ali‖quid de illa-adverſum=hunc loqui.
Dum in' dubio eſt animus, paulo momento‖ huc vel illŭc inpellitur.
PA. Quis hĭc ' loquitur? Myſis ſalve. MY. o ſalve ‖ Pamphi-le.
PA. quid agit? MY. rogas?
Laborat e dolore; atque ex hoc‖ miſera ſollicita eſt, diem
Quia olim in hunc ſunt conſtitutae ‖ nuptiae. tum autem hoc timet,
I. tr. Ne deſeras ſe. PA. [2] hem, egon' iſtuc conari queam?
[3] Ego' propter mĕ, illam decipi miſeram ſinam?
Quae mihi ſuum animum atque omnem vitam credidit,
Quăm ego' animo egregie caram pro uxore habuerim,
Bene, & pudice ĕiŭs doctum, atque eductum, ſinam
Coactum egeſtate ingenium immutarier?

NOTAE.

haben', *amat*, *rogat*, *dabit*, *iubet*, *ſtudet*, *ſtudent*, *habent*, *poteſt*, & alia eiuſdem generis, ultimam ſequente conſona ſaepe corripiunt; ut & *fores*, *bonas*, *taces*, *viris*, &c. ante vocalem, quod quoties fit, accentu appoſito indicabo.

1 *Aliquid de illa*] Iſta verba *de illa*, quae in antiquiſſ. Edit. poſita ſunt ante *me*, inducenda arbitror, cum e margine in textum irrepſiſſe cenſeam; quae frequentiſſima errorum cauſa eſt.: nuſquam vero facilius hoc modo erratur, quam in Comicis ſcriptoribus, prae ceteris autem in Terentio, cuius in ſcribendo ſingularis brevitas occaſionem dedit lectoribus multa in margine annotandi, quae ad ſententiam complendam deſiderabantur. Non ſum neſcius metrum cum verbis iſtis conſtare poſſe; ſed numerorum gratia omnis periit, coacti ſunt & inficeti; quod ſi tollas ea, optime procedunt. Vide enim, ſi verba iſta retineas, metra ita ſe habebunt.

Sed' nunc peropuſt aut = hunc cum ipſa --aut me ali‖quid de illa --adverſum = hunc loqui.

quibus numeris quid invenuſtius? ſublatis autem iſtis, accentus recte cadunt, & ſuaviſſime fluunt numeri. *Sed nunc --peropuſt = aut hunc cum ipſa aut ‖ me aliquid-adverſum = hunc loqui.* Sed cum codicum auctoritate deſtituar, religio mihi fuit, ut ut aliena putem, omittere.

2 *Hem, egon'*] Faern. *egone. hem* autem, cum in ſcanſione nullum locum habeat, haud incommode tolli poſſit.

3 *Ego propter me*] In Edit. antiquiſſ. *Egon'*, ſic etiam duo e Pall. & MS. Pariſ. Pareo laudatum, quod placet.

Non faciam. MY. ¹haut verear, ſi in te ſolo ſit ſitum:
Set vim ut queas ferre. = PA. adeon me ignavom putas?
Adeon porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Ut neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor
Commoveat, neque commoneat, ut ſervem fidem?
MY. Unum' hoc ſcio, hanc meritam = eſſe, ut memor eſſes ſui.
PA. Memor 'eſſem? O Myſis Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio. iam ferme moriens me vocat:
Acceſſi: vos ſemotae: nos ſoli: incipit:
Mi Pamphile, huius formam, atque aetatem vides:
Nec clam te eſt, quăm ĭlli nunc utraeque inutiles
² Et' ad pudi-citiam, &=ad rem tutandam ſient.
Quod' ego te per hănc dextram=oro, & ingenium tuum,
*m. Per * tuam fidem, perque huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras:
Si te in germani fratris dilexi loco,
³ Sive tĕ haec ſolum ſemper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Tĕ ĭſti virum dŏ: amicum, tutorem, patrem.
*m. † dif. Bona noſtra haec tibi ⁴ permitto, & * tuae man=dō † fidei.
Hanc mihi in manum dat: mors continuo ipſam occupat:
Accepi: acceptam ſervabo. MY. ita ſperō quidem.
l. t. c. ⁵ Set' cur tu abis ab ĭlla=? MY. obſtetricem ad' cerſo. PA. propera.
atque audin? Verbum

NOTAE.

1 *Haut verear*] Faern. *vereor*. ſed quae ſequuntur, *ſi in te ſit*, poſtulant ut cum T. Fabro legamus *verear*, & ita habet Parei MS. Pariſ. & Editio antiquiſſima.

2 *Et' ad pudi-citiam*] In verbis polyſyllabis pronuntiandis vox raptim fertur, & quodammodo praecipitatur per priores ſyllabas, dum ad iſtam properat, in quam accentus cadit. Hinc eſt quod ſecunda in *pudicitia* hic & apud Plautum corripitur. Epid. III. III. 24.

--------- *Non nimis poteſt*
Pudicitiam quiſquam ſuae ſervare filiae.

ut & ſecunda in *verebamini*. Phorm. V. VIII. 8. Hinc etiam ſecunda pro brevi habetur, in *ſenectutis*, *venuſtatis*, *voluptatis*.

3 *Sive te haec ſolum*] Ita legi in Donato & Priſciano affirmat Faernus. Sed Priſc. a Putſchio editus bis habet, *ſive haec te*, p. 1143, & 1199. quomodo Donatus legerit, ex interpretatione non apparet. In ordine verborum editiones variant, pro arbitrio editorum, prout hunc vel illum potiorem putarunt.

4 *Permitto*] Tres Pall. & Editio antiq. *committo*.

5 *Set cur tu abis*] Duos hoſce optimos tetrametros debemus Matthiae Bergio, Brunſvicenſi, qui elegantem admodum

Verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam.
MY. teneo. 66

ACTUS II. SCAENA I.

CHARINUS. BYRRIA. PAMPHILUS.

CHARINUS.

T. t. a. QUID ais Byrri-a? datur ne illa Pamphilo hodie nuptum? BY. ſic eſt.

T. t. c. CH. Qui ſcis? BY. apŭt fo-rum modo ĕ-Davo audivi. CH. vae miſero mihi.

*diſ. I. t. a. Ut animus in ſpe, atque in timore uſque *antehac adtentus fuit,
Ita', poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.

T. t. a. BY. Quaeſo edepol Charine, quoniam non poteſt id fieri quod vis, 5

T. t. c. Id velis quod poſſit. CH. nihil volo aliud niſi Philumenam. BY. ah

T. t. a. 1 Quanto ſatiuſt te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoveas

NOTAE.

dum Terentii Editionem in lucem dedit An. 1574. Faern. aliique, haec in tres trimetros perquam incommode diſpeſcuerunt hoc modo.

Sed' cur tu abis ab illa=? M. *Obſtetricem-adcer=ſo.* P. *propera.*
Atque' audin-verbum=unum-cave de =nuptiis,
Ne ad' morbum hoc-etiam=teneo.

Primi verſus numeri ſunt prorſus abſoni; in ſecundo ultima in *verbum* non elidi-tur, quod moram in iis facit, quae celeriter erant efferenda: tertio, qui Scaenam claudit, tres fere pedes deſunt ad numeros complendos; quale nullum alibi in Terentio eſt exemplum, niſi ubi quod deeſt, ex initio ſequentis Scaenae ſuppletur. Id quod Eraſmus quidem hic faciendum putavit. Sed proculdubio fallitur vir eruditiſſimus, cum non Scaena tantum, ſed Actus quoque hic finiatur. Quo factum eſt, ut Charinus nullo modo extrema Myſidis verba audire potuerit. Sed ſi cum Bergio in tetrametros compingas, difficultas nulla ſupereſt. Omnia recte procedunt. Quam miſeris modis Muretus aliique hanc & ſequentem Scaenam vexarint, apud ipſos vide, ſi placet.

1 *Quanto ſatiuſt*] Apud Faern. hic verſus ita ſe habet. *Ah quanto ſatius eſt te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo.* Et ut ſe expediat, *ah* ad priorem verſum reiicit, *tuo* autem delendum cenſet. Alii hic turpiſſime ſe dedere; ſed omnis dehinc de impediti ſſimo loco difficultas tollitur, ea verborum conſtitutione, quam nunc primi damus

m. I. t. a. * Tuo, quam id loqui, quo magis lubido ‖ fruſtra incendatur tua.
CH. Facile omnes, cum valemus, recta ‖ conſilia aegrotis damus.
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. BY. age age ‖, ut lubet. CH. ſet Pamphilum
Video. omnia experiri certumſt ‖ priŭs quam pereo =. BY. quid hic agit?
CH. Ipſum hunc orabo: huic ſupplicabo: a ‖ morem huic narrabō meum:
Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem ‖ nuptiis prodat dies,
Interea fiet aliquid, ſpero. BY. id ‖ aliquid nihil eſt. CH. Byrria,
Quid tibi videtur? adeōn ad eum ‖ ? BY. quid ni? ſi nihil impetres,
Ut te arbitretur ſibi paratum ‖ moechum, ſi illam duxerit.
T. t. c. CH. Abĭn hinc in malam rem cum [1] ſu ‖ ſpicione iſtac, ſcelus?
I. tr. PA. Charinum video. [2] ſalve. CH. o ſalve Pamphile.
T. t. c. Ad te advenio, ſpem, ſalutem, aux ‖ ilium, conſilium expetens.
PA. Neque pol conſilii locum habeo ‖, [3] neque auxilii copiam.
Set iſtuc quidnamſt? CH. hodie uxorem ducis? PA. aiunt. CH. Pamphile,
Si id facīs, hodie poſtremum ‖ me vides. PA. quid ita? CH. ei mihi,
Vereor dicere: huic dic quaeſo ‖ Byrria. BY. ego dicam. PA. quid eſt?
BY. Sponſam hic tuam amat. PA. ne iſte haut mecum ‖ ſentit. ehodum dic mihi:
*m. Numquidnam amplius tibi cŭm illa ‖ * fuit Charine? CH. ah Pamphile,
Nihil. PA. quam vellem. CH. nunc te per ami ‖ citiam, & per amorem obſecro,

Prin-

NOTAE.

1 *Suſpicione*] Cum haec vox tam frequens ſit apud Plautum & Terentium, mirum eſt doctos non animadvertiſſe, ſecundam eius ſyllabam ſemper produci.

2 *Salve*. CH. *O ſalve*] Excidit fortaſſe *mi Charine*, poſt primum *ſalve*. Quod verſum faceret I. t. a.

3 *Neque auxilii*] Saepius obſervavi apud Plautum & Terentium, vocalem brevem, cum ſequens vox a diphthongo incipiat, non elidi. Sed & ante ſimplicem vocalem ſecunda in *neque* interdum Synaloepham non patitur.

Principio ut ne ducas. PA. dabo equidem ‖ operam. CH. ſet ſi id non potes,
Aut tibi nuptiae hae ſunt cordi ‖, PA. cordi? CH. ſaltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquo ‖, ne videam. PA. audi nunc iäm.
Ego Charine [1] neŭtiquam officium ‖ liberi eſſe hominis puto,
I. t. a. Cum is nihil promereat, poſtulare id ‖ gratiae adponi ſibi.
T. t. c. Nuptias effugere ego iſtas ‖ malo, quam tu adipiſcier.
[2] CH. Rĕddidiſti-animum=. PA. nunc ſi quid potes ‖ aut tŭ, aut hic Byrria',
Facite, fingite, invenite, ef ‖ ficite, qui detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne detur ‖. CH. ſat habeō. PA. davom ōptume
Videō: cŭiŭs conſilio fretus ſum ‖. CH. at tu hercle haut quicquam mihi,
Niſi ea, quae nihil [3] opŭs ſunt ſcire ‖. fugin hinc. BY. ego vero ac lubens.

SCAENA II.

DAVUS. CHARINUS. PAMPHILUS.

DAVUS.

T. t. c. DI boni, boni quid porto ‖? ſet ubi inveniam Pamphilum,
Ut metum in quo nunc eſt, adimam, atque ‖ expleam animum gaudio?
* dif. CH. Laetus eſt, * neſciō quid. PA. nihil eſt ‖: nondum haec reſcivit mala.
DA. Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ‖ ſibi paratas nuptias,
CH. Au-

NOTAE.

1 *Neutiquam officium*] Prima in *neutiquam* hic & alibi corripitur. Vid. Heaut. II. III. 116. & Hec. I. II. 50.

2 *Reddidiſti animum*] *Reddidiſt'* eſt anapaeſtus. Tempus enim quod ſyllabae accedit ex *poſitione*, uti prius dictum, praeſertim cum eadem conſona geminatur, pro nihilo veteres Comici habuere.

3 *Opus ſunt ſcire*] MSS. Pall. *Opus eſt*, quae videtur melior lectio, niſi pro *ſcire* legas *ſciri*. Quod Fr. Fabritio placet, qui miratur alterum in pleriſque emendatis codd. haberi.

CH. Audin tŭ illum? DA. toto me oppido ‖ exanimatum quaerere.
Set ubi quaeram? aut quo nunc primum in ‖ tendam? CH. ceſſas adloqui?
DA. [1] Abeo. PA. Dave: ades. reſiſte ‖. DA. quis homoſt, qui me? o Pamphile,
Te ipſum quaero. euge Charine: ambo ‖ opportune: vos volo.
CH. Dave, perii. DA. quin tu hoc audi. CH. in ‖ terii. DA. quid timeas ſcio.
PA. Mea quidem hercle certe in dubio ‖ vitaſt. DA. et quid tu, ſcio
PA. Nuptiae mihi. DA. [2] ĕtſi ſcio. PA. hodie. DA. op ‖ tundis, tamĕtſi intellego.
Id paves, ne ducas tŭ illam ‖: tŭ aŭtem, ut ducas. CH. rem tenes.
PA. Iſtuc ipſum. DA. atque iſtuc ipſum ‖, nihil periclī eſt: me vide,
PA. Obſecrō te, quamprimum hoc me ‖ libera miſerum metu. DA. hem,
Libero: uxorem tibi non dat ‖ iam Chremes. PA. qui ſcis? D. ſcio.
*m.T.t.a. Tuŭs pater modo me prehendit ‖: * ait tibi uxorem [3] dare ſe ſe
T. t. c. Hodie; item alia multa, quae nunc ‖ non eſt narrandi locus.
Continuo ad te properans percurro ‖ ad forum, ut dicam tibi haec.
[4] Ubi te non invenio, ibi aſcendo ‖ in quendam excelſum locum.
Circumſpicio. nuſquam. forte ibi ‖ huius video Byrriam;
Rogo: negat vidiſſe. mihi mo ‖ leſtum. quid agam, cogito.

Re-

NOTAE.

1 *Abeo*] Donatus *habeo*, ſed agnoſcit alteram etiam lectionem; *videtur*, inquit, *conſtitiſſe, deinde quaſi elegiſſe quo pergat.* explicatio commoda.

2 *Etſi ſcio*] Haec vetuſtiorum codicum lectio eſt, quam agnoſcit etiam Donatus, ſed Codex quo ipſe uſus eſt, habuit, & *id ſcio*. Atque ita impreſſi fere omnes, & antiq. Editio, & omnes Pall.

3 *Dare ſeſe*] Ita o. c. Faern. in Dun. deeſt *ſeſe*. tres Pall. *ſe*, atque ita Donatus. ſi prima vera ſit lectio, verſus eſt Troch. t. a; niſi *ſeſe* ad ſequentem reiicias, qui inde fiet Iamb. t. a; ſi vel nullum, vel unum *ſe* admittas, idque ſequenti verſui apponas, uterque erit T. t. c. ut caeteri.

4 *Ubi te non invenio, ibi aſcendo*] Antiq. Editio diſtinctionem ponit non poſt *invenio*, ſed poſt *ibi*. Quod miror in alia nulla quam viderim fieri. Si abeſſet, nemo opinor, deſideraret; eſt enim otioſum, & cum in proximo verſu iterum occurrat, ſuſpicor ex eo huc irrepſiſſe; ſed tum metrum poſtulat, ut in *invenio* nulla ſit elifio.

Redeunti interea ex ipſa re ‖ mihi incidit ſuſpicio: hem,
Paululum obſoni: ipſus triſtis ‖: de inproviſo nuptiae:
Non cohaerent. PA. quorſum nam iſtuc ‖? DA. ego me continuo ad Chremem.
Cum illŏc advenio: ſolitudo ante ‖ oſtium: iam id gaudeo.
triſ. CH. [1] Recte dicis. PA. perge. DA. maneo: in ‖terea *introire neminem
Video, exire neminem, ma ‖tronam nullam. in aedibus
Nihil ornati, nihil tumulti. ac ‖ceſſi: intro aſpexi. PA. ſcio.
Magnum ſignum. DA. num videntur ‖ convenire haec nuptiis?
PA. Non, opinor Dave. DA. opinor ‖, narras? non recte accipis.
Certa res eſt. etiam puerum inde ‖ abiens conveni Chremis,
Olera & piſciculos minutos ‖ ferre obolo in cenam ſeni.
CH. Liberatus ſum hodie Dave ‖ tua opera. DA. [2] ac nullus quidem.
CH. Quid ita? nempe huic prorſus illam ‖ non dat. DA. ridiculum caput.
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat ‖, tĕ illam uxorem ducere:
Niſi vides, niſi ſenis amicos ‖ oras, ambis. CH. bene mones.
Ibo: etſi hercle ſaepe iam me ‖ ſpes haec fruſtrataſt. vale.

NOTAE.

1 CH. *Recte dicis.* PA. *perge*] Haec omnia Pamphilo tribuit Donatus. idem V. 31. legit, *Chremi*, ut Ulyſſi, & Achilli.

2 *Ac nullus quidem*] Ita Codices fere omnes; ſed quidam *at*. de quo Rivius, *haud ſcio an rectius ſit*. Ita etiam antiquiſſ. Editio, ita Muretus, Faber, alii; quibus *ac* minus arriſit. Doctiſſimo autem viro, Ioh. Clerico neutra lectio placet, qui in Arte Critica legendum contendit, *Hac nullus quidem*: hoc eſt, *hac quidem opera mea nullus liberatus es; quaſi ſubinnuat glorioſus ſervus poſſe ſe eum liberare, ſi id operam det*. Sed pace doctiſſimi viri, nihil a Davi mente hac explicatione alienius: ille enim non hoc agit, ut Charinus de ipſo magnifice ſentiat, ſed pro Pamphilo ſollicitus & ſibi parum fidens, artificioſe Charinum excitat, ut eius quoque opera, Pamphili negotium, quantum fieri poſſit, adiuvetur. Argutia igitur quae hac lectione captatur, nihil hic loci habet: ſi quid mutandum eſſet, legerem potius, *ah nullus quidem*. Sed *ac*, ni fallor, eſt vera lectio. Eſt enim particula non unius certae ſignificationis, ſed multiplices ſe in formas pro re nata vertit: ut alia mittam, interdum eſt adverſativa, alias valet *certe*; in colloquiis autem, in reſponſionum initiis poſita, eſt fere expletiva, & magis ornatus cauſa ponitur, quam ut ſenſum adiuvet.

SCAENA III.

PAMPHILUS. DAVUS.

PAMPHILUS.

T. t. c. QUID igitur ſibi volt pater? cur ‖ ſimulat? DA. ego dicam tibi.
Si id ſuſcenſeat nunc, quia non ‖ dat tibi uxorem Chremes,
Ipſus ſibi ĕſſe iniurius vide‖atur: neque id iniuria:
Priŭs, quam-tuum, ŭt ſeſe-habeat, animum ad ‖ nuptias perſpexerit.
Set ſi tu negaris ducere ‖, ĭbi culpam in te transferet:
Tŭm illae turbae fient. PA. quid vis ‖ patiar. DA. pater eſt, Pamphile.
Difficileſt. tum haec ſolaſt mulier ‖. [1] dictum ac factum invenerit
Aliquam cauſam, quamobrem [2] eiiciat ‖ oppido. PA. eiiciat? DA. cito.
PA. Cedo igitur, quid faciam Dave ‖? DA. dic te ducturum. PA. hem. DA. quid eſt?
I. tr. PA. Egŏn' dicam? DA. cur non? PA. numquam faciam. DA. ne nega.
*m. PA. Suadere noli. DA. ex * ea re quid fiat, vide.
PA. Ut ab' illa excludar, huc concludar. DA. non itaſt.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,
Ducas volo hodie uxorem: tu, ducam, inquies:
Cedo' quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
*m. Quae nunc ſunt certa * ei conſilia, incerta ut ſient,
Sine ŏmni periclo: nam hoce haut dubiumſt, quin Chremes
* m. Tibi' non det gnatam.-nec tu * ea-cauſa minueris
* m. Haec quae facis, ne is mutet * ſuam ſententiam.
I. t. a. Patri dic velle: ut cum velit tibi ‖ iure iraſci, non queat.

Nam

NOTAE.

1 *Dictum ac factum*] Eadem locutione uſus eſt Terentius Heaut. IV. V. 12. & V. I. 31. Sed in ultimo loco *ac* omiſſum; quod indicio eſt utroque modo recte dici.

2 *Eiiciat*] Faern. bis *eiciat*. ſed metrum poſtulat ut utroque in loco gemino *i* ſcribatur.

Nam quod tu ſperes, propulſabo facile. uxorem his moribus
Dabĭt' nemo: inveniet inopem potius, quam te corrumpi ſinat.
Set ſi te aequo animo ferre accipiet, neclegentem feceris:
1 Alia' otioſus quaeret: interea aliquid acciderit boni.
PA. Ităn' credis? DA. haut dubium id quidemſt. PA. vidĕ quo me inducas. DA. quin taces.
PA. Di'cam. puerum autem ne reſciſcat mihi ĕſſe ex illa, cautio eſt:
Nam' pollicitus ſum ſuſcepturum. DA. o facinus audax. PA. hanc fidem
Sibi', me obſecravit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem.
DA. Curabitur. ſet pater adeſt. cavĕ, tĕ ĕſſe triſtem ſentiat.

SCAENA IV.

SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.

SIMO.

I. tr. REVISO quid agant, aut quid captent conſilî.
DA. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges.
Venit meditatus alicunde, ex ſolo loco:
Orationem ſperat inveniſſe ſe,
* m. Qui differat te: * proin tu fac aput te ut ſies.
PA. Modo ŭt' poſſim Dave. DA. crede inquam hoc mihi Pamphile,
Numquam hodie tecum commutaturum patrem
Unum eſſe verbum, ſi te dices ducere.

NOTAE.

1 *Alia otioſus*] Ob reverentiam codicum mutare nolui, ſed mihi perſuaſiſſimum eſt *aliam* legi debere; & ita Donatum legiſſe, quicquid dicat Faernus, ex ipſius verbis manifeſtum eſt: qui ad haec verba, *uxorem his moribus dabit nemo*, annotat, *ne, at alteram quaeret.* Quod ſi poſtea in citandis Terentii verbis in Faerni codice erat, *alia otioſus*, pro errore librarii habendum; facilis lapſus, cum *m* finalem fere non ſcriberent, ſed virgula ſuperne poſita notarent.

SCAENA V.

BYRRIA. SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.

BYRRIA.

I. tr. ERŭs 'me, relictis rebus iussit Pamphilum
Hodie ' obſervare, ut, quid ageret de nuptiis,
Scirem : id propterea [1] nunc hunc venientem ſequor:
Ipſum adeo praeſto video cum Davo : hoc agam.
SI. Utrumque adeſſe video. DA. hem, ſerva. SI. Pamphile.
DA. Quaſi ' de inproviſo reſpice ad eum. PA. ehem pater.
DA. Probe. SI. hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
BY. Nunc noſtrae timeo parti quid hĭc reſpondeat.
PA. Neque ĭ'ſtic, neque alibi = tibi [2] erit uſquam in me mora. BY. hem.
DA. Ommutuit. BY. quid dixit ? SI. facis ut te decet,
Cum iſtuc quod poſtulo, impetrō cum gratia.
DA. Sum verus ? BY. erŭs, quantum audio, uxore excidit.
SI. I nunc iăm intro, ne in mora, cum opŭs ſit, ſies.
PA. Eo'. BY. nullane in rē eſſe homini cuiquam fidem ?
Verum illud verbumſt, volgo quod dici ſolet,
Omnes ſibi malle melius eſſe, quam alteri.
[3] Ego 'illam vidi : virginem forma bona
Memini videre : quo aequior ſum Pamphilo,
Si sĕ ĭllam in ſomnis quam illum, amplecti maluit.
Renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

NOTAE.

1 *Nunc hunc*] Nullum hic a codicibus ſubſidium ; ſed cum *hunc* praecedente *nunc* & inſuave ſit, & plane otioſum, lubens verterem in *huc*.

2 *Erit uſquam*] Faern. *uſquam erit*, Sed nihil ad locum annotavit ; codd. vero omnes L. & Edit. antiquiſſ. habent *erit uſquam*, quod igitur in textum admittere non dubitavi ; cum melius multo cum metro conveniat, quam illa altera lectio ; quam tamen Editiones pleraeque omnes exhibent.

3 *Ego illam vidi*] Legendum opinor, *Ego illam ipſe vidi*.

SCAE-

SCAENA VI.

DAVUS. SIMO.

DAVUS.

I. tr. HIC nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia.
SI. Quid Davus narrat? DA. aeque quicquam nunc quidem.
SI. Nihil ne'? hem. DA. nihil prorſus. SI. atqui expectabam quidem.
DA. Praeter ſpem evenit: ſentio: hoc male habet virum.
SI. Potin' es mihi verum dicĕre? DA. nihil=facilius.
SI. Nŭm illi moleſtae quippiam hae ſunt nuptiae,
1 Propter hŭiuſce hoſpitae conſuetudinem?
DA. Nihil'hercle: aut, ſi adeo, biduī eſt, aut tridui
* dif. Haec ſollicitudo: noſti? * deinde deſinet.
* m. 2 Etenim' ĭpsŭs ſecum=* eam rem=recta reputavit via.
SI. Laudō. DA. 3 dum licitum eſt ēi, dumque aetas tulit,
Amavit: tum id clam: cavit, ne umquam infamiae
Ea res ſibi eſſet, ut virum fortem decet:
Nunc uxore opus eſt: animum ad uxorem adpulit.
SI. 4 Subtriſtis viſus eſt=eſſe aliquantulum mihi.
DA. Nihil'propter hanc rem: ſet ĕſt, quod ſuſcenſet tibi.
SI. Quidnamſt? DA. puerileſt. SI. 5 quid ĕſt? DA. ni-hil. SI. quin dic quid eſt.

NOTAE.

1 *Propter huiuſce*] Omnis in hoc verſu dimetiendo difficultas tollitur diſſolutione diphthongi *ae*, quod frequens non apud comicos modo, ſed & Lucretium; nec exempla eius deſunt in Virgilio.

2 *Etenim ipſus*, &c.] Haec conſtans fere codicum lectio eſt, ſed Faernus delevit *recta*, ut verſui conſuleret, quem alias expedire non potuit; ſed licentiarum rationem intelligenti nihil facilius, uti patet ex diſtinctionum notis, quas appoſuimus.

3 *Dum licitum eſt ei*] Primam in *ei* ut & *rei* ſaepe apud *Lucretium* quoque produci notiſſimum; ſed tum fere ſcribebant gemino *i*, *eii*, *reii*.

4 *Subtriſtis*, &c.] Nonnulli codices delent *eſſe*, alii habent *aliquantum*; ſed haec quam poſuimus, plurimorum eſt lectio; in qua *viſus eſt*, in diſyllabum eſt contrahendum.

5 *Quid eſt?* DA. *Nihil.*] Si haec vera eſt lectio, *nihil* in duas ſyllabas diſtrahitur, ita ut vocis ultima ſit pedis ſequentis prima, quod rariſſime fit. Donatus legit *Nihil eſt.* in codd. *eſt* ideo forte omiſerunt, quod verſum nimium impedire videretur.

* m. DA. *Ait' nimium parce facere ſumptum. SI. me ne? DA. te.
Vix, inquit, drachmis ¹ eſt obſonatus decem:
Num filio videtur uxorem dare?
* dif. Quem, in'quit, vocabo ad cenam * meorum aequalium
Potiſſimum nunc? &, quod dicendum hic ſiet,
Tu quoque perparce nimium. non laudō. SI. tace.
DA. Commovi. SI. ego, iſtaec recte ut fiant, videro.
² Quidnam' hoc rei-eſt? quid = hic volt veterator ſibi?
* m. Nam ſi hic mali eſt quicquam, = hĕm illic-eſt huic * rei caput.

ACTUS III. SCAENA I.

MYSIS. SIMO. DAVUS. LESBIA. GLYCERIUM.

MYSIS.

I. tr. TA pol quidem res eſt, ut dixti Lesbia:
Fidelem haut ferme mulieri invenias virum.
SI. Ab Andriaſt ancilla haec. quid narras? DA. itaſt.
MY. Set hĭc' Pamphilus. SI. quid dicit? MY. firmavit fidem. SI. hem.
DA. Utinam aut hic ſurdus, aut haec muta facta ſit.
MY. Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli. SI. o Iuppiter.
Quid ego' audio? actumſt, ſiquidem haec vera praedicat.

LE. Bo-

NOTAE.

1 *Eſt obſonatus*] Codices hic variant, alii enim, *obſonatus eſt*. quaenam igitur lectio praeferenda? Mihi videtur facilis reſponſio; ſi de verſu Trochaico ageretur, Terentius dixiſſet, *obſonatus eſt decem*. Sed Iambico generi magis convenit, *eſt obſonatus*. Res manifeſta.

2 *Quidnam hoc rei eſt?*] Donatus *Quidnam hoc eſt rei?* Ita habent etiam quinque codd. L. & Editio antiquiſſ. & mihi quidem videtur melior lectio, prima in *rei* producta.

Quidnam' hoc eſt -- rēi = quid hic, vult -- vetera = tor ſibi.

3 *Senſiſſe ait*] Faern. *Senſiſſe ſe ait*. Quae ſi vera lectio, *ait* eſt monoſyllabum. Sed *ſe* e margine irrepſiſſe arbitror, cum in antiq. Editione ante *ſenſiſſe* collocetur. G. Fabritius cenſet ortum eſſe ex ſcriptorum errore, ex finali ſyllaba vocis praecedentis male repetita. quo modo ſaepe ab iis errari compertiſſimum eſt.

4 *Num inmemores diſcipuli*] Faern. *num immemor es. d.* Utraque lectio a Donato agnoſcitur. Sed mihi quidem priorem veriorem eſſe indubium eſt. Simo enim, cum in hac fabula Davi agenda graviter erratum ſit, ut ſibi quidem videtur,

LE. Bonum ĭn'genium narras aduleſcentis. MY. optumum.
Set ſequere me intro, ne in mora illi ſis. LE. ſequor.
DA. Quod remedium nunc huic malo inveniam? SI. quid hoc?
Adeon eſt demens ex peregrina? iam ſcio, ah
Vix tandem ſenſi ſtolidus. DA. quid hĭc 3 ſenſiſſe ait?
SI. Haec primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia:
Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant.
GL. Iunō Lucina fer opem, ſerva me obſecro.
SI. Hui', tam citō? ridiculum: poſtquam ante oſtium
Me au'divit ſtare, adproperat. non ſat commode
Diviſa ſunt temporibus tibi Dave haec. DA. mihin?
SI. 4 Num in'memores diſcipuli? DA. ego quid narres neſcio.
SI. 5 Hic'cin' me ſi inparatum in veris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc' hŭiŭs periclo=fit, ego in portu navigo.

SCAENA II.

LESBIA obſtetrix. SIMO. DAVUS.

LESBIA.

Bacch. ADHUC 6 Ar-chilis, quae ad=ſolent, quaeque-oportet
Signa eſſe ad-ſalutem, om=nia huic eſ-ſe video.
Nunc primum-fac, ĭſtaec ut=lavet: poſt-deinde,

Quod

NOTAE.

detur, quaerit, cuius culpa hoc fiat, ipſius ne Davi, qui magiſter erat, an diſcipulorum, *Myſidis* ſc. *Lesbiae* & *Pamphili*. Haec ſola eſt atque unica, ni fallor, loci huius ſententia.

5 *Hiccin' me*] Faern. *Hicine*. Sed cum in *hic*, *ſic*, & *nunc* in *cine* definentibus prima ſyllaba caeſura a ceteris divellatur, melius procedit verſus, ſi *e* finale per apoſtrophen abiiciatur.

6 *Adhuc Archilis*] Priſcianus de *metris Comicis*, cum non intelligeret, quidnam eſſet hoc carminis genus, in quo pedes ἀσυνάρτητοι, Iambos ſc. & Trochaeos, miſtos vidit, confuſum quoddam genus, cui nomen proprium deerat, eſſe exiſtimavit; dicitque hoc uti Terentium *in ſermone perſonarum, quibus maxime imperitior hic convenit, quem ut imitetur* (Poeta) *hanc confuſionem Rythmorum facere*. Haec ille, imperite admodum. nec quiſquam, quod ſciam, ante Bentleium noſtrum, Priſciano in his rebus plus ſapere auſus eſt, ſi excipias unum Bergium quem prius memoravi: alias enim fieri non potuiſſet, ut tot per ſecula, in tanta literarum luce neſciretur, quonam hic genere carminis uſus ſit Terentius, cum

apud

* m. Quod iussi * ei-darē bibere-, & quantum im-peravi,
I. d. c. Date': mox ego huc re-vertor.
I. tr. 1 Pere'castor scitus puer est natus Pamphilo.
*m. I. t. a. *Deos quaeso, ut sit superstes, quandoquidem 1 ipsest ingenio bono.
T. t. c. Cumque huic veritust-optumae adule1scenti facere iniuriam.
I. t. a. SI. Vel hŏc' quis non credat, 2qui norit tĕ1, abs te esse ortum? DA. quidnam id est?
SI. Non imperabat coram, quid opus 1 facto esset puerperae: 10
Set' postquam egressast, illis quae sunt 1 intus, clamat de via.
T. t. c. O' Dave, ităn contemnor abs te? aut 1 itane tandem idoneus
I, t. a. Tibi' videor esse, quem tam aperte 1 fallere incipias dolis?
Saltem' accurate, ut metui videar 1. certe si resciverim.
DA. Certe'

NOTAE.

apud Plautum sint sexcenti, bis, ter sexcenti huius generis versus. Sunt nempe *Bacchiaci*, quorum in omni fere fabula Plautina magna est copia. Nemo tamen quem vidi, praeter Bergium rem subodoratus est. Ille in explicationibus suis ad locum haec habet. *Non ignorandum est veteres (in quibus etiam Priscianus) Iambicos & Trochaicos, mistos seu πολυχηματίστους vocare. Quales sunt etiam A. 4. S. 1. quorum certum quoddam genus est, quod Creticos vel Bacchiacos aliqui vocarunt. Ad hoc genus etiam hi quinque referentur, si nostra de illis coniectura locum non habet.* Censuit nempe Bergius pro tribus Iambicis tetrametris catalecticis quatuor primos versus habendos esse. Vides Bergium rem prope tetigisse, sed nemo ante Bentleium nostrum in clara luce posuit; qui in notis suis eruditissimis ad Ciceronis Tusculanas, versus hosce in pedes suos distinxit, & hoc carminis genus pluribus exemplis illustravit. Sed tempus est ut ad versus ipsos accedamus, si prius monuero, Terentium hoc metro quod Plauto tam frequens, nusquam uti, nisi hic, & semel in Adelphis. Ibi latent septem huius generis versus, a nemine ad hunc usque diem intellecti; hic autem sunt quatuor. quorum in primo Priscianus legit, *oportent*, & ita quidam codd. sed omnes L. & Faerni, *oportet*. in tertio, omnes codd. ut & Donatus, *istaec ut*, nisi quod in D. sit *ista*. Bentleius, ut versui consulat, delet *ut*, sed aliud agens, opinor, cum vir summus non potuerit nescire primam in *istaec* apud Terentium *omnibus paginis* corripi. *Fac istaec ut* est Ionicus a minore, quem versus Bacchiacus omnibus locis lubens admittit. quod enim vir doctiss. dicit *hunc versum apud Latinos rarius recipere molossum nisi in prima sede*, in eo certe fallitur. Plautus in omnibus locis admittit molossum, pedesque molosso temporibus pares, quales sunt Ionici & Choriambi. nihil igitur necesse est ut contra codicum fidem hic loci quicquam immutetur, vel detrahatur. *istaec* autem singularis numeri esse patet ex Menandri λάσατε 'αυτήν. in quarto versu codices mire variant. *iussi ei dari, iussi ei dare, iussi dare ei, iussi date ei.* Prisc. *iussi dari b.* sed ex optimorum codicum consensu patet *ei* inferi debere post *iussi*. de sequente solum voce lis moveri potest, utrum legendum sit *dare*, an *dari*, quorum utrumque magnis se auctoribus tuetur. Codices non pauci, & antiquiss. Editio, *dari*, ita etiam Priscianus; & haec sane lectio metro maxime est accommoda. Sed contra, codices plures sunt, qui habent vel *date* vel *dare*; Priscianum autem Prisciano opponimus, apud quem l. 17. haec est huius loci lectio. *Quod iussi, ei date.* quid quod F. Fabr. dicit in antiq. Prisc. libris *dare* legi. Qui vero *dari* legunt, metri praecipue gratia

DA. Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haut ego. SI. edixin tibi, Interminatus ſum, ne faceres? num veritus? quid retulit?
I. tr. Credon tibi hoc, nunc peperiſſe hanc e Pamphilo?
DA. Teneo, quid erret: & quid agam habeo. SI. quid taces?
I. t. a. DA. Quid credas? quaſi non tibi renunciata ſint haec ſic fore.
SI. Mihin quis quam? DA. eho an tute intellexti hoc; adſimularier? SI. inrideor.
DA. Renuntiatumſt: nam qui iſthaec tibi incidit ſuſpicio?
SI. Qui? quia te noram. DA. quaſi tu dicas, factum id conſilio meo.
SI. Certe enim ſcio. DA. non ſatis me pernoſti etiam, qualis ſim, Simo.
SI. Egon' te? DA. ſet-, ſi quid tibi narrare oc coepi, continuo dari Tibi

NOTAE.

gratia inducti videntur eam lectionem alteri praepoſuiſſe, neſcientes metrum cum altera lectione ſtare poſſe; in quam ut propendeam, facit maxime Donati auctoritas, quem *dare* legiſſe ex ipſius interpretatione manifeſtum eſt; *conſuetudine*, inquit, *magis quam ratione dixit, nam duo verba activa nullam habent ſignificationem ſine nomine, aut pronomine.* de altera vero lectione altum apud ipſum ſilentium, quod indicio eſt nihil de iſta illi innotuiſſe, cum varias lectiones non indiligenter indicare ſoleat. aliud, quod me non parum movet, eſt, quod non ſatis Latine dici videtur, *dari bibere*; ſcio quid afferatur ex Chariſio, qui locum ex Fannii antiquiſſimi ſcriptoris annalibus laudat, in quo haec verba ſunt, *Domina eius ubi villam venerat, iubebat biber dari.* ſed hoc ni fallor, exemplum non ſatis quadrat; hic enim *biber* eſt nomen ſubſtantivum, & infinito praeponitur; exemplum deſidero, quod huic de quo agitur, ad amuſſim reſpondeat. ſed in re tam lubrica nihil aſſeveranter dixerim. metrum autem cum hac lectione ſtare, id vero affirmare nullus dubitem, cum exempla plura ſint apud Terentium & Plautum, in quibus ultima in *dare* ante conſonam producitur, & quod magis mireris, in *dari* ultima corripitur. vid. Heaut. IV. IV. 2. & Plauti Aſin. V. II. 40. vid. etiam Adelph. III. II. 13. & Phorm. II. I. 31. Quod ſequitur, *Date, mox ego huc revertor*, eſt frequens inter Bacchiacos clauſula apud Plautum; & eandem Terentius appoſuit Bacchiacis iſtis qui ſunt in Adelphis. pro *revertor* autem antiquiſſ. Edit. habet *revertar*, & MS. D. *revortar*.

1 *Per, ecaſtor*] Ita optimi codices & Non. Marcellus. *Ecaſtor* & *Mecaſtor* apud Plautum frequentia ſunt, ſed ne *Caſtor*, nullum quod ſciam exemplum eſt, licet Priſcian. & quidam codices ita hic legant; ſed apud Plautum prima fere longa eſt, quam hic corripi ratio metri poſtulat. in *Edepol*, quod eiuſdem formae eſt, prima ſemper corripitur. huiuſmodi vero tmeſeos exemplum habemus Hec. I. I. 1. *Per, pol, quam paucos.* mox v. 8. Faernus, *veritus eſt.*

2 *Qui norit te*] Antiq. Editio & quidam codices, *Qui te norit.* quod malim.

3 *Adſimularier*] In verſu dimetiendo ultima, *er*, neceſſario omittenda eſt.

4 *Egon' te? DA. ſed-ſi quid tibi narrare occoepi*] Faernus & alii, *Egone*; & *tibi* omittunt. ſed Priſcian. l. 18. habet *tibi* bis intra paucas lineas; & ita numeri multo concinniores ſunt, quam ſi omittas. tum enim ita ſe habebunt. *E'gone te-ſed ſi quid nar*-ubi *Egone* male dividitur, & accentus qui cadere debuere in *te* & *ſi*, cadunt in *ſed* & *quid* contra veram pronunciationis rationem, & Terentii conſuetudinem, in quo hoc eximium eſt, quod accentus metricus in eas fere ſyllabas cadit, quas legitima pronuntiandi ratio acui iubet.

Tibi verba cenſes. SI. falſo. DA. itaque hercle ‖ nihil iam muttire audeo.
I. t. c. SI. [1] Hoc ego ſcio unum, neminem pepe ‖ riſſe hic. DA. intellexti.
I. t. a. Set nihilo ſeci=us mox defe ‖ rent puerum huc ante oſtium.
T. t. c. Id ego iam nunc tibi renuntio ‖ ere futurum, ut ſis ſciens:
T. t. h. [2] Ne tu hoc mihi poſterius dicas ‖, Davi factum conſilio, aut dolis.
T. t. c. Prorſus a me opinionem hanc ‖ tuam ĕſſe ego amotam volo.
SI. Unde id ſcis? DA. audivi, & credo ‖: multa concurrunt ſimul,
Qui coniecturam = hanc nunc facio ‖. iam primum haec ſe e Pamphilo
Gravidam dixit eſſe: inventum eſt ‖ falſum. nunc, poſtquam videt
Nuptias domi apparari ‖, miſſaſt ancilla ilico
Obſtetricem accerſitum ad eam, & ‖ puerum ut adferret ſimul.
Hoc niſi fit, puerum ut tu videas ‖, nihil moventur nuptiae:
T. d. c. SI. Quid ais? cum intellexeras
T. t. c. Id conſilii capere, cur non ‖ dixti ex templo Pamphilo?
DA. Quis igi-tur eum ab=illa abſtraxit ‖, niſi ego? nam omnes nos quidem
Scimus, quam miſere hanc amarit ‖. nunc ſibi uxorem expetit.
Poſtremo id mihi da negoti ‖: tu tamen idem has nuptias
Perge facere ita, = ut facis: & id ‖ ſpero adiuturos deos.
SI. Immo abi intro: ibi me opperire, & ‖ quod parato opus eſt para.
I. tr. Non inpulit me, haec nunc omnino ut crederem.
Atque haut ſcio, an, quae dixit, ſint vera omnia:
Set parvipendo: illud mihi multo maxumumſt,
Quod mihi pollicituſt ipſus gnatus. nunc Chremem
Conveniam: orabo gnato uxorem: ſi impetro,
Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicituſt, haut dubiumſt mihi,

Si

NOTAE.

1 *Hoc ego ſcio unum*] Verſus I. t. c, qualis tetrametris aliis rarius immiſcetur. forte in fine excidit, *ita eſt*. quo verſus evadet I. t. a., ſimilis praecedentibus. vid. I. I. 27.

2 *Ne tu hoc mihi*] Hic verſus uno pede longior eſt Troch. tet. c. quales perpauci alii apud Terentium. vid. Eun. IV. I. 11. Heaut. III. III. 35. IV. III. 37. V. III. 12. Adelph. IV. II. I.

*m. Si nolit, quin * eum-merito poſſim cogere.
Atque adeo in ipſo tempore eccum ipſum [1] obviam.

SCAENA III.

SIMO, CHREMES, ſenes.

SIMO.

I. t. a. IUBE'ō Chremetem. CH. o, te ipſum quaerebam[1]. SI. & ego te.
CH. optato advenis.
T. t. c. Aliquot me adiere-, ex te auditum [1] qui * aiebant-hodie filiam
*dif.
*m.I.t.a. * Meam' nube-re tuo-gnato : id viſo [1], tun, an illi inſaniant.
SI. [2] Au'ſculta : paucis, & quid ego te [1] velim, ĕt tu-quod quaeris,
ſcies.
I. d. a. CH. Auſculto : loquere quid velis.
*m. I. tr. SI. Per te * deos oro, & noſtram amicitiam, Chreme,
Quae incepta a parvis, cum aetate adcrevit ſimul,
Perque unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cŭiŭs' tibi poteſtas ſumma ſervandi datur,
Ut me adiuves in hac re : atque-[3] ită, ut nuptiae
Fuerant futurae, fiant. CH. ah ne me obſecra :
Quaſi hoc te orando a me impetrare oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim cum dabam?
Si in rem eſt utrique, ut fiant, accerſi iube.
Set ſi ex ea re plus maliſt, quam commodi
Utrique, id te orō,-in commune ut conſulas,
Quaſi' illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.

NOTAE.

1 *Obviam*] Manifeſtum eſt in Donati codice additum fuiſſe *Chremetem*, quo verſus fiat I. t. c. quali clauditur poſt plures trimetros Actus primi Scena ultima.

2 *Auſculta: paucis*] Legitur & *pauca* teſte Donato, quod arripit Priſcianus, l. 18. *quia* ipſius iudicio *non aliter ſtat verſus, qui eſt Iambus quaternarius*; & alio loco eiuſdem libri, *ſic habent antiqui codices teſte Donato commentatore eius*. Sed nec Donatus iſtam lectionem alteri praetulit, nec ea opus eſt ad verſum conſtituendum, ſi *et* ante *tu* corripias, quod ſaepe fit; tam inuſitata autem eſt conſtructio, qua *auſculto* accuſativo rei adiungitur, ut hoc unicum iſtius afferat exemplum.

3 *Ita ut*] Plura apud Terentium exempla ſunt, in quibus ſecunda in *ita* ante vocalem non eliditur.

SI. Immo ita volo, itaque poſtulo, ut fiat, Chreme:
Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. CH. quid eſt?
SI. Irae ſunt inter Glycerium, & gnatum. CH. audio.
SI. Ita magnae, ut ſperem poſſe avelli. CH. fabulae.
SI. Profecto ſic eſt. CH. ſic hercle, ut dicam tibi:
Amantium irae, amoris integratioſt.
SI. Em, id te oro, ut ante eamus. dum tempus datur,
Dumque eius lubido occluſaſt contumeliis,
Priŭs quam harum ſcelera, & lacrumae confictae dolis
Reducunt animum aegrotum ad miſericordiam,
Uxorem demus. ſpero conſuetudine, &
1 Coniugio liberali devinctum Chreme,
* m. * Dein facile ex illis ſe ſe emerſurum malis.
CH. Tibi ita hoc videtur: at ego non poſſe arbitror
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.
SI. Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periclum feceris?
CH. At iſtuc periclum in filia fieri, grave eſt.
SI. Nempe incommoditas denique huc omnis redit,
Si eveniat, quod Di prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates vide:
Principio amico filium reſtitueris:
Tibi generum firmum, & filiae invenies virum.
CH. Quid iſtic? ſi ita illuc animum induxti eſſe utile,
Nolō tibi ullum commodum in me claudier.
SI. Merito te ſemper maxumi feci Chreme.
I. t. c. CH. Set quid ais? SI. quid? CH. qui ſcis eos nunc *diſcordare inter ſe?
* dif. SI. Ipſus mihi Davos, qui intumuſt * eorum conſiliis, dixit:
Et is mihi ſuadet, nuptias quantum queam, ut maturem.
Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem haec velle?
Tute adeo iam ĕiŭs verba audies. heus, evocate huc Davom.
Atque eccum: video ipſum foras exire.

NOTAE.

1 *Coniugio*] Et quo verſus praecedens claudicur, Faernus huic praepoſuit.

SCAE-

SCAENA IV.

DAVUS. SIMO. CHREMES.

DAVUS.

AD te ibam. SI. quidnam eſt?
I. t. c. DA. [1] Cur uxor non adcerſitur? iam ad[1]veſperaſcit. SI. audin
Tŭ [1] illum? ego dudum non nihil veritus [1] ſum Dave abs te, ne faceres idem,
I. t. a. Quod volgus ſervorum ſolet, do[1]lis ut me deluderes:
Propterea quod amat fili-us. DA. egon[1] iſtuc facerem? SI. credidi:
Idque adeo metuens vos celavi[1], quod nunc dicam. DA. quid? SI. ſcies: 6
Nam [1] propemodum habeo = [2] tibi iam-fidĕm. DA. tan[1]dem cognoſti qui ſiem.
SI. Non fuerant nuptiae futurae [1]. DA. quid? non? SI. ſet ea gratia
Simulavi, vos ut pertemptarem [1]. DA. quid ais? SI. ſic res eſt. DA. vide,

NOTAE.

1 *Cur uxor--audin tu illum*?] Locus impeditiſſimus. Faernus putavit eſſe Iamb. tetrametr. hypercat. ſed ſic verſus erit inficetiſſimus. Eraſmus atque alii delent *uxor* contra codicum fidem, ut efficiant Iamb. t. c.; ſed nec ſenſus nec metrum abeſſe patientur. ipſi numeri oſtendunt *Cur uxor non adcerſitur* eſſe primum Iambici tetrametri catalectici biſegmentum; alterum vero eſt, *iam adveſperaſcit. SI. audin*, - & *Tu illum* ſequenti verſui adiiciendum. quae duo verba ſi in unam ſyllabam contrahas, verſus ex eo fiet Troch. tetr. hypercat. ſeu catalectico, uno pede auctior, qualis erat III. II. 29. ſed haec, opinor, non vera eſt verſus huius conſtituendi ratio. Ex Donati enim verbis quae habes in Faerni nota, liquet *faceres* eſſe irreptitium; quo eiecto verſus erit I. t. c. ut praecedens, hoc modo,

Tŭ' illum ? ego - dudum = nonnihil - veritus ‖ ſum Dave - abs te =, nĕ idem,

faceres ſubintellecto. Faernus quidem ex Donato coniicit totum illud *ne faceres idem*, eius codicibus defuiſſe; ſed ut id credamus, ipſa Latinitatis ratio prohibet, cum ſi verba illa inducerentur, non, *veritus ſum* UT *me*, ſed NE *me deluderes*, dicendum eſſet. Quod ſi *faceres* retineamus, poſt *idem* ponendum putem, ut verſus ſit I. t. hyperc. qualis eſt Heaut. III. III. 13. cum *Tu illum* ſe in monoſ. contrahi aegre patiatur.

2. *Tibi iam fidem*] Si haec vera eſt lectio, ſecunda in *fidem* corripitur, quod idem fit in Eun. V. IV. 21. Ego vero nonnihil ſuſpicor *nam* & *iam* varias eſſe lectiones, & vel *iam* loco *nam* ponendum eſſe, vel eiiciendum; ſic enim verſus multo melius procedet. alii, ut metrum ſuſtineant, legunt *iam tibi*; ſed ſi *iam tibi* vera lectio ſit, verſus alio modo ſuſtentandus eſt, *habeo* ſc. in diſ. contrahendo, ut *habeo iam* pro anapaeſto ſit, quali licentia Plautus quidem uſus eſt, ſed nuſquam Terentius; vel *tibi* omittunt, & *cognoſti* in *agnoſti* temere mutant.

Nunquam ′ iſtuc quivi ego intellegere ‖. vah conſilium callidum.
* triſ. SI. Hoc audi. ut hinc te * in=troire iuſſi, op‖portune hic fit mihi obviam.
DA. Hem ′ numnam - [1] periimŭs=? SI. narro huic, quae tu ‖ dudum narraſti mihi.
DA. Quidnam ′ audiō? SI. gnatam ut det oro ‖, vixque id exoro. DA. occidi.
SI. Hem′, quid dixti? DA. optume inquam factum ‖. SI. nunc per hunc nullaſt mora.
CH. Domum modo ibo: ut apparentur ‖, dicam: atque huc renuntio.
SI. Nunc′ te oro Dave, quoniam ſolus ‖ mihi effeciſti has nuptias,
DA. Ego′ vero ſolus. SI. corrige-re mihi ‖ gnatum porro enitere.
DA. Faciam′ hercle ſedulo. SI. potes nunc ‖, dum animus inritatus eſt.
DA. Quieſcas. SI. age igi=tur, ubi nunc eſt ‖ ipſus? DA. mirum, ni domi eſt.
SI. Ibo′ ad eum: atque - eadem haec quae tibi dixi ‖, dicam itidem illi. DA. nullŭs ſum.
Quid cauſae eſt, quin hinc in piſtrinum ‖ recta proficiſcar via?
Nihil′ eſt preci loci relictum ‖: iam perturbavi omnia:
Erum fefelli: in nuptias con‖ieci erilem filium;
Feci hodie ut fierent, inſperante hoc ‖, atque invito Pamphilo.
Hem aſtutias: quod ſi quieſſem ‖, nihil eveniſſet mali.
1. d. a. Set′ eccum ip-ſum video=: occidi.
T. t. e. Utinam mihi eſſet aliquid hic, quo ‖ [2] nunc me praecipitem darem.

NOTAE.

1 *Periimus?*] Faern. *perimus* per unum *i*, quod metrum impedit; geminum igitur *i* poſui, quorum primum hic fit conſona, ut verbum ſit triſ. cuius ſecunda corripitur, quod & alibi factum eſt.

2 *Quo nunc me*] Donat. *quo me nunc.*

SCAE-

SCAENA V.

PAMPHILUS. DAVUS.

PAMPHILUS.

T. t. a. UBI [1] illic-eſt ſcelŭs=, qui me perdidĭt [1]? DA. perii. PA. atque hoc confiteor, iure

I. t. a. Mihi' obtigiſſe. quandoquidem tăm in'ers, tam nulli conſilî
Sum'. ſervon fortunas meas me [1] commiſiſſe futili?
[2] Ergŏ' pretium ob ſtultitiam ferō: ſet in'ultum id [3] nunquām auferet.
DA. Poſt hac incolumem - ſat ſcio fore me [1], nunc ſi devito hoc malum.
PA. Nam' quid ego nunc dicam patri? ne'gabon velle me, modo
Qui' ſum pollicitus - ducere? qua fi'ducia id facere audeam?
Nec', quid me nunc faciam, [4] ſciō. DA. nĕc quidem me, atque id ago ſedulo.
Dicam' aliquid iam inventurum, ut huic malo [1] aliquam producam moram.
PA. Ohe'.

NOTAE.

1 *Ubi illic-eſt ſcelus = qui me perdidit* [1]? DA. *perii.* PA. *atque hoc con = fiteor, iure*] *Eſt ſcelus* vel dactylus eſt, vel anapaeſtus; idem dicendum de *perdidit*. vocalem enim brevem ante duas conſonas quarum prima eſt *r*, ſaepe corripi obſervavi. nec Comici ſolum hac licentia uſi ſunt, ſed & alii veterum: hinc enim ſecunda in *interpretes* corripitur in illo Enniano. *Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomnium.* Et eiuſdem in Graecis licentiae notiſſimum exemplum eſt illud Callimachi, Φέρϐε βόας, φέρϐε μᾶλα, Hymn. in Cer. v. 137. Hoc igitur primum eſt biſegmentum. ad alterum complendum *iure* ex ſequenti verſu manifeſto huc trahendum eſt. atque ita verſus erit T. t. a. quod metrum frequens eſt in initiis ſcaenarum, ubi res ſunt perturbatiores. quod ſi *iure* proximo verſui apponas, (quod Faern. aliique fecere) & hic numeris ſuis deficiet, & ille minus erit. Vide ſis Faernum.

2 *Ergo pretium*] Si haec eſt vera lectio, *ergo* erit pyrrichius; nec ſane deſunt exempla, in quibus prima brevis eſt. vid. Heaut. V. II. 39. et Adelph. V. VII. 18. Sed vix certum uſquam reperias exemplum, in quo utraque ſyllaba ſimul corripitur. Malim igitur pro *ergo*, *ego* legere, cum metrum hoc quodammodo poſtulet, ſenſus alterum non poſtulet.

3 *Nunquam auferet*] Ultima in *nunquam* non eliditur. eliſiones ante dipthongos ſaepius negligi antea dixi, licet vocalis quae praecedat brevis ſit; hic autem in *nunquam* duae concurrunt vocales, quae diphthongi vim habere videantur.

4 *Scio. DA. nec quidem me*] Quibus haec metrorum diſtinctio minus placet, poſſunt ultimam in *ſcio* corripere, & *nec* producere.

I. t. c. PA. Ohe'. DA. viſus ſum. PA. ehodum - bone vir, quid ais ||? viděn
*m. me - [1] * tuis conſiliis
I. t. a. Miſerum' inpeditum eſſe? DA. at iam expediam. PA. ex||pedies?
DA. certe Pamphile.
PA. Nempe' ut modo. DA. immo melius ſpero. PA. oh ||, tibi ego
ut credam furcifer?
*m. Tu rem impeditam, & perditam re||ſtituas? [2] hem quo fretŭs ||fiem,
Qui me hodie ex tranquilliſſima re || conieciſti in nuptias.
T. t. c. An non dixi hoc eſſe futurum ||? DA. dixti. PA. quid meritus?
DA. crucem;
Set ſine paululum ad me redeam ||: iam aliquid diſpiciam. PA. ei
mihi,
Cum non habeo ſpatium, ut de te || ſumam ſupplicium, ut volo:
Namque hoc tempus, praecavere || mihi me, haut te ulciſci ſinit.

NOTAE.

1 *Tuis conſiliis*] Si legas *conſiliis tuis*, ut *conſilio meo*, III. II. 22. verſus erit I. t. a. ut ceteri; ſed non neceſſe eſt, nec favent codices, & Terentiani moris eſt in initiis congreſſuum, in rebus praeſertim perturbatis, metra variare. in principio vero verſus non video, cur Faernus malit legi pro *ohe* vel *ob*, *aho*, ut Adelph. IV. VII. 8. quod fruſtra vult ſpondeum eſſe vir doctiſſimus, cum ſit pyrrichius: verſus enim eſt I. t. c. non octonarius, quod ille voluit.

2 *Hem quo fretus fiem*] Ad haec Faern. *verſus & ſerma exigit* SUM, *ut & alicubi ſcriptum invenimus*. Sed ex his ipſis verbis manifeſtum eſt optimos quoſque codices legere *fiem*: quod verſus facile patitur, cum *fiem* ſaepiſſime ſit monoſyllabum. quod autem inquit ſermonem exigere ut verbi modus ſit quem Grammatici vocant indicativum, ita quoque cenſuit ad haec verba, *nunc, cum nihil obſint doli*, I. I. 133. cum tamen libri omnes *obſint* habeant; & ipſe iſtum modum indicativo praetulit. V. VI. 9. *ſolus eſt quem diligant dii*, ubi editt. *diligunt*, ſermone, ut ipſis viſum eſt, ita poſtulante. Enimvero veteribus poſt *qui*, & *quum*, ſeu *cum*, tam frequens eſt modus ſubiunctivus, ubi ſenſus indicativum exigere videtur, ut res ſit nimis lubrica in huiuſmodi loquutionibus contra codicum fidem quicquam mutare.

ACTUS

ACTUS IV. SCAENA I.

CHARINUS. PAMPHILUS. DAVUS.

CHARINUS.

Anap. d. 1 Cret. d. HŎCINEST-credibile-, aut memo-rabile,
Tanta ve-cordia in-nata cuiquam-ut fiet,
Ut malis-gaudeant-, atque ex in-commodis
Alterī-us, ſua ut-comparent-commoda? ah
Id ne eſt verum-? immo id eſt-genus hominum-peſſumum, in
2 Denegan-do modo-quis pŭdor-paululum adeſt: 6
Poſt ubī-tempŭs pro-miſſa iam-perfici,

Tum

NOTAE.

1 *Hocine eſt*] Hic primus verſus eſt dimeter anap. ſequentes vero quindecem ſunt cretici: ex quibus novem priores ſunt dimetri acatal. decimum dixerim eſſe creticum cavum, cum in tertia ſede pro cretico ſit trochaeus, quod apud Plautum frequentiſſimum eſt; undecimus integer creticus, *heus* ad finem primi verſus relecto; duodecimus conſtat ex duobus creticis, & metro quod *ditrochaeum* dixerim, cum ditrochaeo ἐπτάσημον, ſeu ſeptem temporum par ſit; atque hoc etiam genus apud Plautum non infrequens. verſus autem, qui creticos hoſce claudit, eſt Troch. tetram. brachycatal. pes ſcilicet integer deeſt tetrametro complendo. Quale hoc Plauti, Amph. I.I.16. *Ipſe dominus = dives operis || & laboris = expers.* Quantum hic locus vexarit editores, apud ipſos vide. novem priores creticos, in quibus nihil impeditum eſt, doctiſſ. *Bentleius* in pedes ſuos digeſſit in emendationibus ſuis ad Tuſculanas. Miror autem quid clariſſ. viro in mentem fuit, cum diceret *a nemine fuiſſe animadverſos.* Vide enim quid Bergius ad locum dicat. *Huius Scenae primi quatuordecim verſus ſunt Simoniaci, vel tetrametri acatalectici cretici, ut alii vocarunt, quibus raro & Plautus & Terentius, aliquando tamen uſi ſunt.* haec ille. Sed iſtam forte editionem vir doctiſſ. nunquam viderat. Verum haec non Bergius ſolum: longe ante ipſum Eraſmus idem fere dixerat diſertiſſimis verbis in tractatiuncula de metris comicis, ubi locum hunc adducit; *admiſcentur*, inquit, *interdum & cretici, ſive amphimacri, ſic ut ſinguli verſus habeant quaternos aut ternos creticos, niſi quod hic quoque uſurpatur libertas comica, ſicut in ceteris. exemplum eſt in quarti actus ſcaena prima.* Et ad locum, in margine hoc annotatum eſt ad ſecundum verſum. *Cretici dimetri, id eſt, quatuor pedum.* Et in totis quatuordecim verſibus digerendis nunquam erravit, niſi ubi in vitio fuit quo uſus eſt exemplar, excepto verſu penultimo, quem putavit ex tribus creticis conſtare, cum revera conſtet ex duobus, & ditrochaeo, ut modo dixi. Haec ſummus ille vir, cui ſi otium fuiſſet proſodicis hiſce ſubtilius excutiendis, nullus dubito, quo erat ingenio, quin difficultates omnes in re metrica feliciter perviciſſet. Eraſmiana autem omnia in nitidiſſimis ſuis editionibus repoſuit Rob. Stephanus.

2 *Denegando*] Faernus *in*, quo prior verſus clauditur, huic praepoſuit. Quod vero ſequitur, *paululum*, in verſu dimetiendo in *paullum* contrahendum eſt, elidendo *u*, quod ratio verſus in iſta & ſimilibus vocibus frequentiſſime fieri poſtulat.

Tum coac-ti, neceſ-ſario-ſe aperiunt:
Et timent-: & tamen-res premit-' denegare.
Ibi tum eorum-inpuden-tiſſima o-ratio eſt,
Quis tŭ es-? quis mihi es-? ²cur me-am tibi? heus,
Proxumus-sŭm egomet-mihi. attamen-ubi fides
Si roges-, nihil pudet.-hic, ubi-opus eſt,
T. t. br. Non verentur-: illic ubi nihil-opus eſt, ibi ve-rentur.
T. t. c. Set quid agam? adeamne-ad eum, & cŭm eo in'iuriam hanc expoſtulem?
Ingeram mala multa. atque aliquis ' dicat, nihil promoveris:
*m. I. t. a. Mul'tum. moleſtus certe * ei fuero: atque ' animo morem geſſero.
PA. Cha'rine, & me-et te in-prudens, niſi quid ' Di reſpiciunt, perdidi.
T. t. c. CH. Ita ne inprudens? tandem inventaſt ' cauſa. ſolviſti fidem.
PA. Quid tandem? CH. etiam nunc me ducere ' iſtis dictis poſtulas?
PA. Quid ĭſtuc eſt? CH. poſtquam mĕ amare ' dixi, complacitaſt tibi.
Heu me miſerum, qui tuum animum ex ' animo ſpectavi meo.
PA. Falſus ĕs-. CH. nonne tibī ſatis eſſe hoc ' viſum ſolidumſt gaudium,
Niſi me lactaſſes amantem, & ' falſa ſpe produceres?
Habeas. PA. habeam? ah neſcis quantis ' in malis verſer miſer,
*m. I. t. a. Quan'taſque hic-*ſuis con-ſiliis mihi con'fecit ſollicitudines
Meŭs' carnufex. CH. quid ĭ-ſtuc tam mirumſt ', de te ſi exemplum capit?
PA. Haut iſtuc dicas, ſi cognoris ' vel me vel amorem meum.
CH. Scio': cum patre altercaſti dudum: & ' is nunc propterea tibi
Suſcenſet: nec te quivit hodie-cogere illam ut duceres.
I. tr. PA. Immo' etiam, quo tu minŭs ſcis aerumnas meas,
Hae nuptiae non adparabantur mihi:
Nec poſtulabat nunc quiſquam uxorem dare.

CH. Scio':

NOTAE.

1 *Denegare*] Eſt creticus, ultima nempe vocali a prima ſequentis verſus eliſa.

2 *Cur meam tibi*] Ita codd. omnes. ſed poſt *cur*, *ego* excidiſſe non parum ſuſpicor. quo & ſenſui & verſui, mea quidem ſententia, melius conſuleretur. Sed nihil muto. *heus* autem huic verſui attexendum, non ſequenti praeponendum, ut apud Faern.

*m. CH. Scio': tu coactus = * tua voluntate es. PA. mane:
Nondum ſcis. CH. ſcio equidem illam ducturum eſſe te.
PA. Cur me enicas? hoc audi. nunquam deſtitit
Inſtare, ut [1] dicerĕm =, me eſſe ducturum patri:
Suadere, orare, uſque adeo donec perpulit.
I. t. a. CH. Quis homo' iſtuc? PA. Davos, CH. Davos? [2] PA. inter"turbat.
CH. quamobrem? PA. neſcio:
Niſi' mihi deos ſatĭs = ſcĭo fuiſſe i"ratos, qui auſcultaverim.
I. tr. CH. Factum hoc eſt Dave? DA. factūm. CH. hem, quid ais ſcelus?
At tibi Di dignum factis exitium duint.
Eho', dic mihi, ſi omnes = hunc coniectum in nuptias
Inimici vellent =; quod, niſi hŏc =, conſilium darent?
DA. Deceptus ſum, at non defetigatus. CH. ſcio.
DA. Hac non ſucceſſit, alia adgrediemur via.
Niſi id putas, quia primo proceſſit parum,
Non poſſe iam ad ſalutem converti hoc malum.
PA. Immo etiam: nam ſatĭs credo, ſi advigilaveris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
DA. Ego' Pamphile hoc tibi = pro ſervitio debeo,
Conari manibus, pedibus, nocteſque & dies:
Capitis periclum adire, dum proſim tibi:
*m. * Tuumſt', ſi quid praeter ſpem evenit, mihi ignoſcere.
Parum ſuccedit quod ago: at facio ſedulo.
Vel melius tute = reperi, me miſſum face.
PA. Cupi'ō: reſtitue quem a me accepiſti locum.
I. t. a. DA. Faciam'. PA. at iam hoc [3] opuſt. DA. hem =, ſt. manĕ: concrepu"it a Glycerio oſtium.
PA. Nihil' ad te. DA. quaero. PA. hem, nuncine demum? DA. at" iam hoc tibi inventum dabo.

NOTAE.

1 *Dicerem me*] *Me* vĕrſus reſpuit.

2 PA. *Interturbat.*] Codd. plerique, *Davos interturbat omnia.* quae verba ſi admittamus, ordine parum inverſo verſus hos in tres trimetros hoc modo diſtinguas.
Quis' homo iſtuc? PA. *Davos.* CH. *Davos?* PA. *Davos omnia interturbat.* CH. *quamobrem?* PA. *neſciŏ: niſi = mihi deos*
Satĭs' ſcio fu-iſſe iratos, qui auſcultaverim.

3 *Opuſt*] Faern. *opus eſt. ſt* vero in Terent. ſyllabae plerumque vim habet. vid. Heaut. III. III. 36. & Phorm. V. I. 16.

SCAENA II.

MYSIS. PAMPHILUS. CHARINUS. DAVUS.

MYSIS.

I. t. c. Iăm, ubi' ubi erit, inventum tibĭ cu"rabo, & mecum adductum
* m. 1 *Tuum' Pămphilum-: tu modo-anime mi no"li te macerare.
PA. Myſis quid eſt? MY. hem-Pamphile, 2 ŏptume" te mihi offers.
PA. quid [id] eſt?
MY. Orare iuſſit, ſi sĕ ames, era", iăm ut ad-ſeſe venias:
Videre ait te cupere. PA. vah, perii": hoc malum integraſcit. 5
3 Sic'cin me, atque-illam ope-ra tua nunc" miſeros + ſollicitarier?
Nam id'circo adcerſor, nuptias quod" mihi adparari ſenſit.
CH. Quibŭs' quidĕm quam-facile-potuerat qui"eſci, ſi hic quieſſet.
* m. DA. Age', ſi hic non inſanit ſa-tis * ſua" ſponte, inſtiga. MY. atque
edepol
Ea' res eſt: proptereaque nunc miſera" in moeroreſt. PA. Myſis,
* m. Per ŏm'neis tibi adiurō deos, nunquam"* eam me deſerturum, 11
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe ini"micos omneis homines.
Hanc mihi expetivi, contigit: con"veniunt mores: valeant,
Qui in'ter nos diſcidium volunt: hanc", niſi mors, mihi adimet
nemo.
CH. 5 Reſipiſco. PA. non Apollinis magis" verum, atque hoc re-
ſponſum eſt.

Si

NOTAE.

1 *Tuum Pamphilum*] *Pamphilum* hic aut ſpondeum eſſe, aut quod malim, anapaeſtum, dixi ad fabulae huius argumentum.

2 *Optime te mihi offers.*] Haec certe vera eſt verborum collocatio; *optime* autem primam corripit, quod alias etiam fit. vid. Plaut. Mercat. II. II. 57. *Nunc adeo ibo-illuc=. ſed ŏpti-me gna=tum meum*, *p* ante *t* mollius prolato, & in alterum *t* liqueſcente, quomodo vocem hanc non pronuntiant modo, ſed & ſcribunt Italice. eadem licentia Homerus corripuit ſecundam in Αἰγυπτίων. In genere autem obſervandum eſt, ſyllabam, cuius vocalis brevis eſt, poſſe corripi ante duas conſonas, ſi ſint eiuſmodi, ut in eadem ſint ſyllaba, atque adeo in initiis vocum ſimul ſtare poſſint. Cum vero ſyllaba deſit ad verſum hunc complendum, non dubitavi *id* inſerere, cum incuria librariorum facile excidat vocula, quae tota conflata eſt ex

duabus

Si poterit fieri, ut ne pater per|me ſtetiſſe credat,
Quo minus hae fierent nuptiae, vo|lō. ſet ſi id non poterit,
Id faciam, in procli-vi quod eſt, per|me ſtetiſſe ut credat.
Quis videor? CH. miſer aeque, atque egō. DA. con|ſilium quaero.
CH. [6] fortis.
PA. Scio'quid conere. DA. hoc ego tibī pro|fecto effectum reddam.
PA. Iam hoc'opus eſt. DA. quin iam habeō. CH. quid eſt? DA. huic|, non tibi habeo, ne erres.
* m. CH. Sat'habeo. PA. quid faci-es? cedŏ. DA. *dies mihi|hic ut-fatĭs ſit-vereor
Ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc|ad narrandum credas:
*dif. * Proinde'hinc vos amolimini: nam|mihi impedimento eſtis.
PA. Ego hănc'viſam. DA. quid tu-? quo hinc tĕ agis? CH. ve|rum vis dicam? DA. immo etiam:
Narrationis incipit mihi in|itium. CH. quid me fiet?
DA. Eho'tu inpudens, non ſatis habes, quod|tibi dieculam addo,
Quantum huic promoveo nuptias? CH. Davè|attamen. DA. quid ergo?
CH. Ut ducam. DA. ridiculum. CH. huc face ad me ut|venias, ſi quid poteris.
DA. Quid veniam? nihil habeo. CH. at tamen ſi|quid. DA. age, veniam. CH. ſi quid,
Domi e'rō. DA. tu Myſis dum exeō, pa|rumper [7] opperire me hic.

NOTAE.

duabus ultimis praecedentis vocis literis. eſt vero *quid id eſt* frequens Terentio locutio. vid. Eun. III. V. 23. Et V. VIII. 42.

3 *Siccin' me*] Faern. *ſicine me*. vid. III. I. 20.

4 *Sollicitarier*] In dimetiendo verſu ultimum *er* omittendum, ut in *adſimularier*, III. II. 20.

5 *Reſipiſco*] Nihil opus eſt ut haec lectio ſollicitetur; recte enim de eo dicitur, qui ex deliquio animi ad ſe redit. vid. Plaut. Mil. Glor. IV. VIII. 24.

6 *Fortis*] Senſus loci exigit, ut legatur, *at fortis*. quod vidit vir acutiſſ. *Tan. Faber*. niſi quod ille legi velit *at fortis es*. ſed *es* metri ratione melius abeſt.

7 *Opperire me hic*] *Me* vel ponendum ante *opperire*, ut III. II. 42. vel tollendum, quod malim, cum nulla vocula ſe facilius per errorem ingerat. vid. I. III. 9. & IV. I. 37.

MY. Quapropter? DA. [1] ita facto eſt opus. MY. ma'tura. DA. iam inquam hic adero.

SCAENA III.

MYSIS. DAVUS.

MYSIS.

I. tr. NIHIL ne'eſſe proprium cuiquam? Di voſtram fidem:
Summum bonum eſſe erae putavi hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum in quovis loco
* m. Paratum: verum ex * eo nunc mifera quem capit
Laborem? facile hic plus mali eſt, quam illic boni.
[2] Set Davos exit. mĭ homo, quid ĭſtuc obſecroſt?
Quo portas puerum? DA. Myſis, nunc opus eſt tua
Mihi ad'hanc rem exprompta malitia, atque aſtutia.
MY. Quid nam incepturus? DA. accipe a me hunc ocius,
Atque ante noſtram ianuam adpone. MY. obſecro,
Humine? DA. [3] ex ara hinc ſume verbenas tibi,
* m. Atque'* eas ſubſterne. MY. quamobrem id tute non facis?
DA. Quia ſi forte opŭs ſit ad erum iurandum mihi
Non adpoſuiſſe, ut liquido poſſim. MY. intellego:
Nova nunc religio in te iſtaec inceſſit, cedo.

DA. Move

NOTAE.

1 *Ita facto eſt opus*] Faern. metri gratia poſuit *eſt opus*, cum codd. habeant, *opus eſt*. quam veram eſſe lectionem arbitror; ſed tum laborat verſus; huic igitur ut conſulatur, inſerendum puto *at* ante *matura*. *matura* enim nude poſitum languet, frigetque. ſic etiam alias Terentius. V. IV. 53. SI. *age*, *fiat*. PA. *at matura*. & Eun. II. I. 2. PA. *Fiet*. PH. *at mature*. & quod magis ad rem, Phorm. IV. V. 4. *Atque ita opus facto eſt, at matura*.

2 *Sed Davos exit*] Ecce novam perſonam! hic igitur in proximis verbis initium Scaenae collocandum erat; ſed receptum Scaenarum & Actuum ordinem ſervare conſtitutum eſt. vid. I. II. 4.

3 *Ex ara hinc ſume*] *Apollinis* ſcilicet, inquit Donatus, *in cuius honorem aram conſtituebant, comoediam celebrantes*. ſed doctiſſ. Daceria ad locum contendit iſtam aram non hic intelligi, quia quod hic in ſcaena repreſentatur, in platea ante aedes agitur. intelligendum igitur de ara domo iſti propria; cum Athenis cuique familiae ſua eſſet ara in veſtibulo poſita. Donatus hic citat Menandri locum, quem Terentius expreſſerat, ſed corruptum adeo, ut OEdipus ſit, qui veram lectionem eruat. vide eruditiſſimi Phileleutheri Lipſ. emendationes in Menandri reliquias p. 9. & Philargyrium Cantabrig. p. 11. Cum autem nec de lectione

DA. Move ocius te, ut quid agam, porro intellegas.
Pro Iuppiter. MY. quid ĕſt? DA. ſponſae pater intervenit.
Repudio quod conſilium primum intenderam.
MY. Neſcio quid narres: DA. ego quoque hinc ab dextera
Venire me adſimulabo: tu, ut ſubſervias
Orationi, utcunque opŭs ſit, verbis, vide.
MY. Ego' quid agas, nihil intellegō-: ſet, ſi quid eſt,
Quod mea opera opŭs ſit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quod voſtrum remorer commodum.

SCAENA IV.

CHREMES. MYSIS. DAVUS.

CHREMES.

I. tr. REVERTOR, poſtquam, quae opŭs fuere ad nuptias
Gnatae, paravi, ut iubeam accerſi. ſet quid hoc?
Puer' hercleſt. mulier=, [1] tun adpoſuiſti=hunc? MY. ubi-illic eſt?
CH. Non mihi reſpondes? MY. nuſquam eſt. vae miſerae mihi,
Reliquit mĕ homo, atque abiit. DA. Di voſtram fidem,
[2] Quid 'turbae eſt-apŭt fo=rum? quid-illic=hominum litigant?
Tum annona caraſt. quid dicam aliud? neſcio.
MY. Cur tu obſecro hic me ſolam? DA. quae haec eſt fabula?

Eho'

NOTAE.

lectione fragmenti iſtius conſtet, nec ſi conſtaret, Terentius tamen Menandrum tam preſſe imitatus ſit, ut fidi inſtar interpretis verbum verbo reddat non, certus ſatis emendationis fundus eſt, fruſtraque exinde Terentiana lectio mendi ſuſpecta eſt, quae omnium codicum conſenſu nititur.

1 *Tun' adpoſuiſti hunc*] Miror Faernum nihil de menſura huius verſus annotaſſe, cum ſi vera eſt lectio, Iambicus ſit ſeptenarius, quod carminis genus non facile admittendum; cum ſint eius generis exempla, vix tria extra hanc ſcaenam in toto Terentio, nec plus uno, de quo moveri lis non poſſit. Phorm. III. IV. 16. quod vetat, ne hoc genus penitus reiiciam. Eſt etiam unum atque alterum exemplum apud Plautum. ſed ea minus certa. vid. Men. II. II. 34. Et Moſt. II. II. 75. Sex codd. L. & antiquiſſ. Edit. *tun' poſuiſti*. & ſic verſus trim. erit. nam *ubi illic eſt* tunc erit proceleuſmaticus. peſſime alii *illic eſt* ad proximum verſum reiecere.

2 *Quid turbae eſt apud forum*] Hic quoque eſt Iambicus ſeptenarius, ſi lectio ſana; quod ſi pro *apud*, *ad* legas, verſus erit trimeter. duae vero iſtae voces ſaepe confundi ſolent. in hac ipſa fabula, duo eius ſunt exempla. V. IV. 20. & V. V. 14. ubi alii codd. *ad*; alii *apud*: ſic igitur legerem; *Quid' turbae eſt-ad forum =? quid illic-hominum = litigant?*

Eho 'Myſis, puer hic unde eſt? quiſve huc attulit?
MY. Satĭn 'ſanus ĕs-, qui me id-rogites-? DA. quem ego igi-tur rogem?
Qui hic 'neminem alium videam? CH. miror, unde ſit.
DA. Dicturan ĕs-quod rogo-? MY. au. DA. concede ad dexteram.
MY. Deliras: non tute ipſe? DA. verbum ſi mihi
Unum, praeterquam quod te rogo, faxis, cave.
MY. [1] Male 'dicis. DA. ŭnde-ſt, dic-clare. MY. a nobis. DA. ah ah eh.
Mirum vero, inpudenter mulier ſi facit
[2] Meretrix. CH. ab Andria eſt ancilla haec, quantum intellego.
DA. Adeon videmur vobis eſſe idonei,
In 'quibŭs ſic inludatis? CH. veni in tempore.
DA. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua:
[3] Ma'nē: cavĕ quoquam ex iſtoc exceſſis loco.
MY. Di te eradicent: ita me miſeram territas.
DA. Tibi 'ego dico, an non? MY. quid vis? DA. at etiam rogas?
Cedo', cuium puerum hic adpoſuiſti? dic mihi.
MY. Tu neſcis? DA. mitte id, quod ſciō: dic, quod rogo.
MY. Veſtri. DA. cŭiŭs, noſtri? MY. Pamphili. DA. hem, quid? Pamphili?
MY. Eho, ăn 'non eſt? CH. recte ego ſemper fugi has nuptias.
DA. O facinus animadvertendum. MY. quid clamitas?
DA. Quem ne 'ego heri vidi ad vos adferri veſperi?

MY. O

NOTAE.

1 *Male dicis*] Cum interrogatione, ni fallor, proferendum. omnes autem codd. L. *ha, ha, he.* vid. Eun. III. 1. 36.

2 *Meretrix*] Omnes codd. *meretrix* verſui 16. attexunt, abſurdiſſime; atque ita etiam edĭti; aut prorſus omittunt, quod Muretus facit. nullum certe eiuſmodi verſum agnoſcit vetus Comoedia. quo igitur nos vertemus? lectio eſt antiquiſſima, uti patet ex Donato. & veteres ita interdum locutos eſſe ex Plauto manifeſtum. vid. Menaech. II. I. 36. & II. II. 60. & Stich. V. V. 5.] nifi igitur *meretrix* deleatur, huic verſui apponendum eſt. iſte autem hoc additamento fiet ſeptenarius; nifi eiiciatur *ancilla*, quod facile irrepere poterat ex iſtis, III. I. 3. *Ab Andria eſt ancilla haec.* nulla alia ſupereſt via, qua nos extricemus, nifi *meretrix* ponatur extra verſum. hoc vero nunquam fit, nifi ubi verba ita poſita ſenſum per ſe abſolvant. hic autem alia longe res eſt.

3 *Manē: cave quoquam*] Locus vix patitur, ut ſecunda in *mane* producatur, cum

MY. O hominem audacem. DA. verum vidi cantharam
Suffarcinatam. MY. Dis pol habeo gratias,
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae.
DA. Nĕ ĭlla 'illum haut novit, cuius cauſa haec incipit.
Chremes, ſi [1] poſitum puerum ante aedis viderit,
* m. * Suam 'gnatam non dabit: tanto hercle magĭs dabit.
CH. Non hercle faciet. DA. nunc adeo, ut tu ſis ſciens,
Niſi puerum tollis; iăm ego hunc in mediam viam
Provolvam: teque ibīdem pervolvam in luto.
MY. Tu pol homo non es ſobrius. DA. fallacia
Alia aliam trudit. iam ſuſurrari audio,
Civem Atticam eſſe hanc. CH. hem. DA. coactus legibus
Eam ŭx'orem ducet. MY. au=, obſecro, an non civis eſt?
CH. Iocularium in malum inſciens paene incidi.
DA. Quis hĭc 'loquitur? o Chreme, per tempus advenis
Auſculta. CH. audivi iam omnia. DA. [2] an ne tu omnia.
CH. Audivi inquam a principio. DA. audiſtin obſecro? [3] hem
Scelera'. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ĕſt 'ille: non te credas Davom ludere.
MY. Me miſeram: nihil pol falſi dixi, mi ſenex.
CH. Novi omnem rem. eſt Simo intus? DA. eſt. MY. [4] ne me attigas,
Sceleſte. ſi pol Glycerio non omnia haec.
DA. Eho in'epta, neſcis quid ſit actum. MY. qui ſciam?
DA. Hic ſocer eſt. alio pacto haut poterat fieri,

Ut

NOTAE.

cum ſenſus exigat ut tenuiter & raptim pronuncietur; quod facit ut ſuſpicer poſt *cave* excidiſſe *tu*; & legi debere, *Mane: cave tu-quoquam ex = iſtoc exceſſis loco.*

1 *Poſitum puerum*] Edit. antiq. *puerum poſitum.*

2 *An ne tu omnia*] Mire codd. hic variant, *ah ne, an haec, an hic, ha ha necdum, ha nondum.* Faern. *ah ne.* Ego praetulerim *anne*, quod Editt. plures habent, cum hoc Terentianum ſit. vid. V. II. 10. ita quidem eſt etiam *ah ne*, ſed alio longe ſenſu. ut III. III. 11. *ah ne me obſecra.* Et V. II. 27. *Ah-ne ſaevi tantopere.*

3 *Hem*] Proximo verſui apponit Faern. male.

4 *Ne me attigas*] Haec Faernus, ut & alii, verſui proximo apponunt, ſed nihil certius quam quod huc attineant; qua mutatione duo verſus impeditiſſimi metro ſuo reſtituuntur. *attigas* autem, non *attingas* legendum, cum metri ratio non admittat. eſt vero *attigo* antiquum, & ſic quidam codd. hic habent. atque ita emendavit G. Fabricius, niſi quod in primo verſu turbavit, vitio codicis, quo uſus eſt,

Ut ſciret haec, quae = [1] volumus. MY. prae-diceres.
DA. Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de induſtria?

SCAENA V.

CRITO hoſpes. MYSIS. DAVUS.

CRITO.

I. tr. IN hac habitaſſe = platĕa dictumſt Chryſidem,
Quae ſeſe inhoneſte optavit parere hic divitias
Potius, quam in patria honeſte pauper vivere:
Eiŭs' morte ea ad me lege redierunt bona.
Set quos perconter, video. ſalvete. MY. obſecro,
Quem video? eſt ne hic Critō ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. CR. o Myſis ſalve. MY. ſalvos ſis Crito.
CR. Ităn' Chryſis? hem. MY. nos=quidĕm pol miſeras perdidit.
CR. Quid vos, quo pacto hic? [2] ſatine recte? MY. nos ne? ſic
Ut quimus, aiunt; quando, ut volumus, non licet.
* m. CR. Quid Glycerium? iam hic * ſuos parentes repperit?
MY. Utinam. CR. an nondum etiam? haut auſpicato huc me [3] adpuli:
Nam pol, ſi id ſciſſem, numquam huc tetuliſſem pedem:
Semper enim dicta eſt eĭus haec, atque habita eſt ſoror.
Quae illi'us fuerunt, poſſidet: nunc me hoſpitem
Lites ſequi, quam hic mihi ſit facile, atque utile,
Aliorum exempla commonent: ſimul arbitror
* m. Iam aliquem' eſſe amicum, & defenſorem * ei: nam fere

* Gran-

NOTAE.

1 *Volumus. MY. praediceres*] Verſus laborat; deeſt enim ſyllaba ad numeros complendos. Faern. ſuſtentari velit diſſolutione alterius ex diphthongis. ſed haec ſuſtentandi ratio & ſine exemplo eſt, & numeros prorſus corrumpit. Rivius verſum ſanat inſerendo *hem* ante *praediceres*, quem Muretus aliique ſecuti ſunt, & ſic in exemplaribus fideliſſimis ſe ſcriptum inveniſſe teſtatur. Sed nec Faerni, nec Parei, nec Lengii codd. agnoſcunt. ego mendum alibi potius latere arbitror, & pro *volumus* legendum *voluimus*. quo modo etiam impreſſit R. Stephanus. Si qua vox exciderit ante *praediceres*, *at*, aut, *enim* fuiſſe arbitrarer, potius quam *hem*, quod mihi quidem loco parum opportunum videtur; nec ſcio an eo faeminae unquam utantur.

2 *Satine*

quadrif. * Grandiuſcula iam profectaſt illinc, clamitent,
Me ſycophantam hereditates perſequi,
Mendicum: tum ipſam deſpoliare 4 non licet.
MY. 5 O optume hoſpes pol Crito antiquum obtines.
CR. Duc me ad eam: quando huc veni, ut videam. MY. maxume.
DA. Sequar' hos: nolō, me in tempore hoc videat ſenex.

ACTUS V. SCAENA I.

CHREMES. SIMO.

CHREMES.

T. t. c. SATĬS iam, ſatĭs Simō ſpectata er"ga te amicitiaſt mea:
Satĭs pericli coepi adire: o"randi iam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi, paene in"luſi vitam filiae.
SI. Immo enĭm nunc cum maxume abs te" poſtulo atque orō, Chreme,
Ut beneficium verbis initum" dudum, nunc re comprobes.
CH. Vidĕ quam iniquus ſis prae ſtudio"; dŭm id efficias, quod cupis:
Neque modum benignitatis", neque, quid me ores, cogitas:
Nam ſi cogites, remittas" iam me onerare iniuriis.
SI. Quibus? CH. ah rogitas? perpuliſti me", ut homini aduleſcentulo,

NOTAE.

2 *Satine recte*] Faern. in contextu, *ſatin recte*; ſed verſus, quod ipſe vidit, exigit, ut *ſatine* legatur.

3 *Adpuli*] G. Fabrit. legendum cenſet *attuli*, quod uſitatius loquendi genus; & Fr. Fabrit. ait ſe ita ſcriptum inveniſſe in ſeptem MSS. Priſciani.

4 *Non licet*] *Ab honeſto*, inquit Donatus; nec opus, ut cum T. Fabro legamus, *libet*, quam tamen lectionem quidam Rivii codd. agnoſcunt. *non licet* eſt, non ex aequi bonique ratione licitum eſt. quod apud bonum virum ſcriptae legis vim habet.

5 *O optume*] Hanc lectionem ſolus, quod ſciam, nobis ſervavit codex D. quam ex coniectura poſuerat Muretus, quem alii deinceps omnes ſecuti ſunt. ſed Faern. omiſit, cum a ſuis codicibus abeſſet. ſaepe in hoc genere peccarunt librarii ea ſemel tantum ponendo, quae geminanda erant.

In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam ut darem in seditionem ||, [1] atque in incertas nuptias;
Eiŭs labore, atque eiŭs dolore ||, gnato ut medicarer tuo:
Impetrasti: incepi: dum res || tetulit. nunc non fert: feras.
Illam hinc civem esse aiunt: puer est || natus: nos missos face.
* m. SI. Per ego te * deos oro, ut nĕ illis || animum inducas credere,
Quibus id maxume utilest, illum || esse quam deterrimum.
Nuptiarum gratia haec sunt || [2] ficta, atque incepta omnia.
Ubi ea causa, quamobrem haec faciunt ||, erit adempta his, desinent.
CH. Erras: cum Davo egomet vidi || iurgantem ancillam. SI. scio.
I. t. a. CH. At vero voltu; cum, ibi me adesse ||, [3] neuter dum praesenserat.
T. t. c. SI. Credo; & id facturas, Davos || dudum praedixit mihi:
Et nescio quid = tibi sum oblitus || hodie, ac volui, dicere.

SCAENA II.

DAVUS. CHREMES. SIMO. DROMO.

DAVUS.

T. t. c. ANIMO nunc iăm otioso esse || impero. CH. hem Davom tibi.
* m. SI. Unde egreditur? DA. * meo praesidio atque || hospitis.
SI. quid illud mali est?
DA. Ego commodiorem hominem, adventum ||, tempus, non vidi.
SI. scelus
Quemnam hic laudat? DA. omnis res est || iam in vado. SI. cesso adloqui.
DA. Erus est: quid agam? SI. o, salve bone vir ||. DA. ehĕm Simo,
o noster Chremes,
Omnia adparata iam sunt || intus. SI. curasti probe.
DA. Ubi voles, adcerse. SI. bene sane ||: id enimvero hinc nunc abest. Etiam

NOTAE.

1 *Atque in incertas*] Ut metrum constet, prima in *incertas* corripienda est.

2 *Ficta, atque incepta*] Nescio an legendum sit *facta atque incepta*. ut I. V. 1. *Hocine est humanum factum, aut inceptum?* & mox hic sequitur, *ubi ea causa, quamobrem haec faciunt.*

3 *Neu-*

Etiam tu hoc reſpondes? quid ĭſtic tibi negotiſt? DA. mihin? SI.
4 ita.
DA. Mihine? SI. tibi ĕrgo —. DA. modŏ introii. SI. quaſi ego, quam dudum, rogem.
*m. DA. Cum * tuo gnato una. SI. anne eſt intus Pamphilus? crucior miſer.
Eho, non tu dixti eſſe inter eos inimicitias carnufex?
DA. Sunt. SI. cur igitur hic eſt? CH. quid illum cenſes? cŭm illa litigat.
DA. ĭmmŏ vero indignum Chremes iam facinus faxo ex me audias.
Neſcio qui ſenex modo venit: ellum, confidens, catus:
Cum faciem videas, videtur eſſe quantivis pretî,
Triſtĭs ſeveritas ineſt in voltu, atque in verbis fides.
SI. Quidnam adportas? DA. nihil equidem, niſi quod illum audivi dicere.
SI. Quid ait tandem? DA. Glycerium ſe ſcire civem eſſe Atticam.
I. t. a. SI. Hem, Dromŏ, Dromō. DR. quid eſt? SI. Dromo. DA. audi. SI. verbum ſi addideris. Dromo.
DA. Audi obſecrō. DR. quid vis? SI. ſublimem hunc intro rape, quantum potes.
DR. Quem? SI. Davom. DA. quamobrem? SI. quia lubet, rape inquam. DR. quid feci? SI. rape.
DA. Si quicquam invenies me mentitum, occiditō. SI. nihil audio.
F. t. c. Ego iam te commotum reddam. DA. tamen, & ſi hoc verum eſt? SI. tamen.
I. t. a. Cura adſervandum vinctum. atque audin? quadrupedem conſtringito.
I. tr. Age, nunc iăm ego pol hodie, ſi vivō, tibi
Oſtendam, erum quid ſit pericli fallere,

NOTAE.

3 *Neuter dum praeſenſerat*] Faern. malit, *perſenſerat*. quo modo legunt duo e codd. L. ſed codd. fere omnes *praeſenſerat*, & pro *dum*, *tum*.

4 *Ita*] Sequenti verſui apposuit Faern. male.

Et illi patrem. CH. ah ne saevi tantopere. SI. o Chreme,
Pietatem gnati! nonne te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

SCAENA III.

PAMPHILUS. SIMO. CHREMES.

PAMPHILUS.

I. tr. QUIS me volt? perii, pater est. SI. quid ais omnium? CH. ah,
Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.
SI. Quasi' quicquam in hunc iam gravius dici possiet.
*m. *Ain' tandem, civis Glyceriumst? PA. ita praedicant.
SI. Ita praedicant? o ingentem confidentiam:
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
1 Num eius color pudoris signum usquam indicat?
2 Adeon' inpotenti esse animo, ut praeter civium
*m. Morem, atque legem, & * sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?
PA. Me miserum. SI. hem-, modo ne id=demum sensti Pamphile?
Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi:
*dif. * Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
Set quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
*m. Cur * meam senectutem hŭiŭs sollicito amentia?
An ŭt' pro hŭiŭs pec-catis = ego supplicium sufferam?
Immo habeat, valeat, vivat cŭm illa. PA. mi pater.

SI. Quid

NOTAE.

1 *Num eius color*] Codd. *Vide'ne eius color*, quam lectionem versus facile admittit; sed nullum eius in Donato vestigium.

2 *Adeon' impotenti*] *Adeon'* est dissyllabum, vid. Eun. IV. VI. 3. vel legendum, *adeo*.

3 *Hanc amittere*] Faern. & alii, *hanc vis amittere*. ut versus constet, vel *mittere* legendum, vel delendum *vis*. quod ma-

SI. Quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris.
Domus, uxor, liberi inventi invito patre.
Adducti, qŭi illam civem hinc dicant: viceris.
PA. Pater licet ne pauca? SI. quid dices mihi?
CH. Tamen Simo audi. SI. ego audiam? quid audiam,
Chreme? CH. at tandem di-cat, ſine. SI. age dicat: ſino.
I. t. a. PA. E'gō mĕ a-mare hanc-fateor. ſi id pec"care eſt, fateor id quoque.
T. t. c. Tibi pater me dedo. quidvis "oneris inpone: impera:
Vis me uxorem-ducere, 3 hanc a"mittere? ut poterō, feram.
Hoc modo te obſecro, ut ne credas "a me adlegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem, atque illum huc coram ad"ducam. SI. adducas? PA. ſine pater.
CH. Aequum poſtulat: da veniam". PA. ſine te hoc exorem. SI. ſino.
Quidvis cupio, dum ne ab hoc me "falli comperiar, Chremes.
CH. Pro peccato magno 4 paullum "ſupplicii ſatis eſt patri.

SCAENA IV.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILUS.

CRITO.

T. t. c MITTE orare. una harum quae vis "cauſa me, ut faciam, monet,
Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod "ipſi cupio Glycerio.
CH. Andrium ego Critonem video"? certe is ĕſt-. CR. 5 ſalvos ſis Chreme.
CH. Quid tu Athenas inſolens? CR. e"venit. ſet hĭcineſt Simo?
CH. 1 [Eſt

NOTAE.

malim, cum alias quoque ſpurium eſſe videatur. vid. Hec. V. I. 26. & Phorm. II. IV. 8.

4 *Paullum*] Faern. *paululum*, ſed in ſcanſione *u* medium elidendum eſt.

5 *Salvos ſis Chreme*] Nequeo accedere Donato, legenti, *ſalvos ſis Crito*; nam niſi haec *Critoni* tribuantur, *evenit, ſed hicine eſt Simo*? erunt prima hominis peregrini verba, cuius multum intererat benigne *Chremetem* in primo congreſſu ſalutare.

CH. [1] [Eſt Simo] hic. SI. men quaeris? eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais?
CR. Tu negas? SI. ita ne huc paratus ădvenis-? CR. [2] qua de-re? SI. rogas?
Tu ne inpune haec facias? tu ne hic homines adulescentulos
Inperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicis,
* dif. Sollicitando, & pollicitando * eorum animos lactans? CR. sanŭs ne es?
SI. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?
PA. Perii: metuo, ut ſubſtet hoſpes. CH. ſi Simo hunc noris ſatis,
Non ita arbitrere: bonus eſt hic vir. SI. hic vir ſit bonus?
Itane adtemperate venit hodie in ipſis nuptiis,
* dif. Ut veniret * antehac numquam? eſt vero huic credundum Chremes?
PA. Ni metuam patrem, habeo prŏ illa rĕ illum quod moneam probe.
SI. Sycophanta. CR. hem. CH. ſic Crito eſt hic: mitte. CR. videat qui ſiet.
Si mihi pergit quae volt dicere; ea quae non volt audiet.
* m. Ego iſtaec moveo, aut curo? non tu * tuum malum aequo animo feres?
Nam [3] ego quae dixi, vera an falſa audieris, iam ſciri poteſt.
Atticus quidam olim navi fracta [4] ad Andrum eiectus eſt,
Et

NOTAE.

1 CH. *Eſt Simo hic*] Faern. atque alii verſum incipiunt ab *hic*. cum vero manifeſto vitio laboret, nulla mihi facilior, certiorque emendandi ratio viſa eſt, quam repetendo duo ultima verba prioris verſus; cum quod ſaepius monui, nulla frequentior erroris librariis occaſio fuerit quam earundem ſyllabarum aut vocum geminatio, quae fecit ut ſemel tantum ponerent, quae repetenda erant. Vide verſum duodecimum, ubi ſimilis eorundem verborum repetitio.

2 *Qua de re? SI. rogas?*] eadem verba habes I. II. 14.

3 *Ego quae dixi, vera an falſa audieris*] Cod. Bembinus, *dico*, & *audierim*. prius Faern. in textu poſuit, alterum non item: debuerat autem, ni fallor, aut neutrum ponere, aut utrumque. ego iuxta alios codd. *dixi* repoſui, quod *audieris* mihi videtur poſtulare, licet aliter cenſeat Faern.

4 *Ad Andrum*] Codd. fere omnes *apud*. & ita eſt I. III. 17. ſed perinde eſt.

5 *Qui eum recepit*] Poteſt eſſe I. t a. *qui* non eliſo. quod forte melius.

6 *Is ibi mortuus*] Quomodo hic & ſequentes verſus uſque ad *Quid eam tum*, in libro Bembino ordinentur, vide apud Faernum. mihi indubium eſt ordinari debuiſſe eo, quo hic ſunt modo; atque ita video reſtituiſſe Muretum, uſque ad *utinam*; in iis vero quae ſequuntur manifeſte errat.

Et ĭſtaec una parva virgo'. tŭm ille egens forte adplicat
Primum ad Chryſidis patrem ſe'. SI. fabulam inceptat. CH. ſine
CR. Itane vero? obturbat. CH. perge'. CR. tum is mihi cognatus fuit,
*m. 5 Qui * eum recepit. ibi ego audivi ex'illo ſeſe eſſe Atticum.
6 Is ibi mortuus eſt. CH. ĕiŭs nomen? CR. nomen tam cito tibi?
*dif. Phania. CH. hem, perii. CR. verum hercle o'pinor * fuiſſe Phaniam. 26
I. t. a. Hoc'certo ſcio, Rhamnuſium ſe ai'ebat eſſe. CH. o Iuppiter.
CR. Eadem'haec Chreme, multi alii in Andro'tum audivere. CH. utinam id [quidem]
T. d. c. Sit, quod ſpero. eho, dic mihi,
*m. T. t. h. 7 Quid eam tum? * ſuam ne=eſſe aiebat'? CR. non. CH. cuiam igitur? CR. fratris filiam. 30
I. t. a. CH. Cer'te meaſt. CR. quid a=is? SI. quid tŭ ais'? PA. arrige auris Pamphile
SI. Qui credis? CH. Phania illic, frater'meŭs fuit. SI. noram & ſcio.
CH. Is hĭnc'bellum fugiens, meque in Aſiam'perſequens, proficiſcitur;
Tŭm illam relinquere hic eſt veritus'. po'ſtilla nunc primum audio
Quid il'lo ſit factum. PA. vix ſum aput me, ita'animus commotuſt metu, Spe,

NOTAE.

errat. Ego nihil in verbis aut verborum ordine mutavi, niſi quod *quidem* interpoſuerim poſt *utinam id.* eſt enim aliquid vitii, niſi me omnia fallunt, in verbis hiſce ab *utinam*———ad *dic mihi.* nec alia ſuccurrit ſanandi via, niſi *quidem* inſeras poſt *utinam,* ut Ad. IV. I. 2. aut poſt *id*; legaſque---*utinam quidem*

Id'ſit quod---vel--- *utinam id quidem*

Sit quod---aut pro *ſit* legas *ſiet*, & pro *eho, ehodum.* hoc modo,---*utinam id ſiet,*

Quod ſpero. ehodum dic mihi. Sed haec ratio minus placet, cum mea quidem ſententia *ſit* & *quod* diſiungi nefas ſit. Eſt ſane & alia rem expediendi ratio, ſi pro *id ſit* legamus *ſit id*, quod in vetuſtis libris eſſe notat Glareanus, & *ſit* mutemus in *ſiet*; tum enim *utinam ſiet* verſum recte claudet, & *id* initium erit ſequentis: ſed prius malim.

7 *Quid eam tum*] Hic verſus eſt vel Iambicus t. a. ut ſequentes, ſed ſic numeri minus recte procedunt; vel Trochaicus tetr. (hyperc. ſi *filiam* ſit triſ. acatal. vero, ſi *i* in conſonam verſa, fiat diſyll.) ſin pro Iambico t. habeas, ita diſtinguendus eſt.

Quid e'am tum-? ſuam ne eſſe = aiebat-? CR. *non.* CH. *cuiam igitur?* CR. *fratris filiam. Suam* in monoſ. *aiebat* vero in diſyll. contracto.

4

Spe, gaudio, mirando hoc tanto", tam repentino bono.
SI. Ne iſtam multimodis tuam ĭnveniri" gaudeō. PA. credō pater.
CH. At' mihi unus ſcrupulus etiam reſtat", qui me male habet.
PA. dignus es
*m. Cum' *tua religione, [1] odium. nodum in" ſcirpo quaeris. CR. quid iſtŭc eſt?
CH. No'men non convenit. CR. fuit hercle huic" aliud parvae. CH. quod Crito?
Nun'quid meminiſti? CR. id quaero. PA. egon huius" memoriam patiar meae
Volu'ptati obſtare=, [2] cŭm ego poſſim in" hac re medicari mihi?
Non patiar. [3] heus Chreme, quod quaeris", Paſibulaſt. CR. ipſaſt. CH. eaſt.
PA. Ex ipſa milies audivi. SI. om"nis nos gaudere hoc Chreme,
Te credo, credere. CH. ita me Dĭ ament", credo. PA. quid reſtat pater?
SI. Iam dudum res reduxit me ipſa in"gratiam. PA. o lepidum patrem.
De ux'ore, ita ut poſſedi, nihil mu"tat Chremes. CH. cauſa optumaſt:
Niſi' quid pa-ter ait=aliud. PA. [4] nempe. SI. id" ſcilicet. CH. dos, Pamphile, eſt,
Decem talenta. PA. accipio. CH. propero ad" filiam. eho, mecum Crito:
Nam illam me credo haut noſſe. SI. cur non" illam huc transferri iubes?
PA. Recte admones. Davo ego ĭſtuc dedam" iam negoti. SI. non poteſt.
PA. Qui'?

NOTAE.

1 *Odium*] Multi codd. *odio*. Sed Bemb. Vat. & Dun. *odium*, quo modo videtur legiſſe Donatus, & probant Rivius, & G. Fabrit. *ut in* dignus, *&c. ſit interruptio quaedam, &* ἀποσιώπησις, *deinde ſeparatim inferatur odium,* κατ' ἄυξησιν pro, *odioſo*. Rivii verba ſunt.

2 *Cum ego poſſim*] Editt. Venet. & Lugdun. *egomet*, & ita unus e Rivii codd. quae lectio & verſui & ſenſui perquam commoda.

3 *Heus Chreme, quod quaeris*] Recte obſervavit T. Faber, quod nos doctiſſima eius filia in notis ad locum monuit, non *Chre-*

PA. Qui'? SI. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. PA. quidnam? SI. vinctus eſt.

PA. Pater, non recte vinctuſt. SI. haut ita iuſſi. PA. iubĕ ſolvi obſecro.

SI. Age fiat. PA. at 5 matura. SI. eo intro. PA. o fauſtum & felicem diem.

SCAENA V.

CHARINUS. PAMPHILUS. DAVUS.

CHARINUS.

I. t. a. PRO'VISO quid agat-Pamphilus-: atque eccum. PA. aliquis forſan me putet

T. t. c. Non putare hoc verum: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.
6 Ego Deum vitam propterea ſempiternam eſſe arbitror,
* diſ. Quod volŭptates * eorum propriae ſunt: nam mihi immortalitas
Partaſt, ſi nulla aegritudo huic gaudio interceſſerit. 5
Set quem ego-mihi po=tiſſimum optem nunc, cŭi haec narrem, dari?

CH. Quid illud gaudi eſt? PA. Davom video. nemoſt, quem mallem omnium:
Nam hunc ſciō mea ſolide ſolum gaviſurum gaudia.

SCAENA VI.

DAVUS. PAMPHILUS. CHARINUS.

DAVUS.

T. t. c. PAMPHI-LUS ubinam=hic eſt? PA. Dave. DA. quis homoſt? PA. ego ſum. DA. o Pamphile.

I PA. Neſcis

NOTAE.

Chremetem, ſed *Critonem* fuiſſe, qui verum Glycerii nomen quaereret; unde neceſſario legendum videtur, vel *Crito*, quod ille voluit, vel *quaerit*, quod minima mutatione rem expediet.

4 *Nempe.* SI. *id ſcilicet*] Donatus videtur legiſſe, *Nempe.* SI. *ſcilicet.* abſque *id.* & mox, pro *Pamphile Pamphilo. e* & *o* in fine vocum facillime miſcentur.

5 T. Faber legi vult, *at mature.* ſc. fiat. ut Eun. II. I. 2. ſed nihil neceſſe eſt. codd. omnes *matura*; & ita Terentius ipſe Phorm. IV. V. 4. *Atque ita opus facto eſt. at matura.* & in hac ipſa fabula. IV. II. 32. eadem voce uſus eſt.

6 *Ego deum*] Faern. *deorum.*

PA. Neſcis quid mihi obtigerit? DA. certe[1]: ſet quid mihi obtigerit, ſcio.

PA. Et quidem - ego. DA. more hominum evenit[11], ut quod ſim nactus mali,

Priŭs reſciſceres tu, quam ego illud[1], quod tibi evenit boni.

*m. PA. Mea Glycerium * ſuos parentes[11] repperit. DA. factum bene. CH. hem. 5

PA. Pater amicus ſummus nobis[11]. DA. quis? PA. Chremes. DA. narras probe.

PA. Nec mora ulla eſt=, [1] quin eam ŭxorem[11] ducam. CH. nŭm ille ſomniat

Ea, quae vigilans voluit? PA. tum de[11]puero, Dave? DA. ah deſine:

[2] Solus eſt quem diligant Di[11]. CH. ſalvus ſum, ſi haec vera ſunt.

[3] Conloquăr. PA. quis homoſt? o Charine, in[11]tempore ipſo mihi advenis. 10

m. I. t. a. CH. Bene[1]factum. PA. audiſtin? CH. omnia. age, me in[11] tuis ſecundis reſpice.

T. t. c. Tuus eſt nunc Chremes: facturum[11]quae voles, ſcio ĕſſe omnia.

PA. Memini: atque adeo longumſt, nos illum[11]expectare, dum exeat.

Sequere

NOTAE.

1 *Quin*] Licet etiam corripere *quin*.

2 *Solus eſt quem*] Miror hanc lectionem omnibus placuiſſe, cum mihi multo venuſtius videatur, *ſolus es*. ut Phorm. V. VI. 14. *ab diis ſolus diligere Antipho*. & ſic legit unus e codd. Leng.

3 *Conloquar*] Codd. fere omnes *Adibo & colloquar*. aut *ut colloquar*, aut *Adibo, colloquar*. cum autem utrumque verſus non patiatur, editt. omiſerunt *Adibo*. Ego vero malim omitti *colloquar*, cum *adibo* ſine *colloquar* ſatis ſit, & Terentio frequens; *colloquar* contra, ante ſe *adibo* poſtulet; & tunc verſus erit I. t. a. qualis ſequens. utrumque ſtare non poteſt, niſi deleatur *ipſo mihi*, quod in omnibus eſt codd.

4 *Intus apud Glycerium nunc eſt*] Neſcio cur Faern. hic praetulerit cod. Bembini lectionem, in quo deeſt *eſt*, & pro *apud*, *ad* legitur, cum altera lectio longe praeſtet, & verſui ſit aptior. ſecunda enim in *abi*, ſemper Terentio conpitur, quod forte non obſervarat Faernus.

5 *Propera, adcerſe*] Alii *propere adcerſe*. ſed prior lectio melius animum morae impatientem exprimit.

6 Ω. *Plaudite*] Quid ſibi velit iſtud Ω, inter eruditos non convenit. alii volunt coaluiſſe ex duobus ο, & ω denotari ὁ, vel ὁλῶ ὁχλῶ, i. e. hiſtrionum Grex. alii volunt eſſe G. maiuſculum Longobardico charactere ſcriptum, eodem ſenſu. alii cenſent Librariorum fuiſſe notam, qua

5 finem

Sequere hac me. 4 intus apŭd Glycerium ‖ nunc eſt. tu Dave abĭ domum.

* m. 5 Propera, adcerſe, hinc qui auferant * eam ‖. quid ſtas? quid ceſſas? DA. eo.

Ne exſpectetis, dum exeant huc ‖: intus deſpondebitur:
Intus tranſigetur, ſi quid ‖ eſt quod reſtet. 6 Ω. Plaudite.

NOTAE.

finem operi impoſitum indicarent. Nos in re tam obſcura, nec ſi qua ex his ſententiis amplectenda ſit ſatis novimus, neque novi quicquam afferre poſſumus. Eographii ſententiam vide in notis Faerni. quod ad primam attinet, ut cetera mittam, Latinis Graeca miſceri parum veriſimile eſt. ſecunda ſpecioſa quidem, cum ultimi fabularum verſus apud Plautum ſaepe a Grege pronuntientur; ſed cum hoc non perpetuum ſit, ſaepe enim ab interlocutorum aliquo extrema fabulae proferuntur, nec unquam aliter fit apud Terentium, hoc ſignum, ſi gregem indicet, in his ſaltem fabulis τῷ *plaudite* praeponi non debuerat. haec faciunt, ut in tertiam ſententiam magis propendeam, quae eſt eruditiſſimae Daceriae. ſed eſt cur haec etiam an vera ſit addubitem. nam ſi haec a librariis eſſet operis abſoluti nota, non ante ſed poſt *plaudite*, nec in Terentio ſolo, ſed aliis etiam in codicibus poſita inveniretur.



EUNUCHUS TERENTII.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. L. POSTUMIO ALBINO L. CORNELIO MERULA AEDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO L. ATILIUS PRAENESTINUS [1] MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI TIBIIS DUABUS DEXTRIS. GRAECA MENANDRU. ACTA II. M. VALERIO C. FANNIO COS.

Fabulae interlocutores.

PHAEDRIA adulescens.
PARMENO servus.
THAIS meretrix.
GNATO parasitus.
CHAEREA adulescens.
THRASO miles.
PYTHIAS ancilla.
CHREMES senex.
[2] ANTIPHO adulescens.
DORIAS ancilla.
DORUS eunuchus.
SANGA servus.
SOPHRONA nutrix.
LACHES senex.

NOTAE.

1 *Modos fecit Flaccus Claudi*] Haec verba in Faern. & aliis posita sunt post ACTA II. loco manifeste alieno : in suam igitur sedem iam reposui. Pro *modos fecit* nonnulli codd. habent *modulavit*, quod alterius glossema esse arbitror, cum alias semper in hisce titulis formula sit, *modos fecit*, nec difficile sit videre, utra fuerit alterius interpretatio.

2 *Antipho adulescens*] Haec persona in Faern. per incuriam omissa est.

C. SUL-

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. SOROREM falso dictitatam Thaidis,
Id ipsum ignorans miles advexit Thraso,
Ipsique donat. erat haec civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phaedria, ac rus ipse abit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phaedriae, puellulam
Cum deperiret dono missam Thaidi,
Ornatu eunuchi induitur: suadet Parmeno:
Introiit, vitiat virginem. set Atticus
Civis repertus frater eius, conlocat
Vitiatam ephebo: Phaedriam exorat Thraso.

P. TERENTII

EUNUCHUS.

PROLOGUS.

I. tr. Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, & minime multos laedere,
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimavit esse, sic existimet,
Responsum, non dictum esse, quia laesit prior.
1 Qui bene vertendo, & easdem scribendo male,

1 Ex

NOTAE.

1 *Qui bene vertendo*] Laborant interpretes in hoc versu explicando, quos vide. pessime vero mea quidem sententia rem expedit Donatus, qui *bene* pro *valde* poni vult, quem tamen secuta est doctiss. Daceria. hoc enim pacto, *bene* & *male*, non re ipsa, sed sono tenus invicem opponuntur, quo nihil frigidius, neque Terentio magis indignum. In verbis nulla est lectionis varietas, nisi quod pro *easdem scribendo* codices plerique habeant, *eas describendo*. sed prior est cod. Bemb. lectio, & sic etiam Eographius; & mihi quidem longe concinnior videtur, seu numerorum rationem spectes, sive Latinitatem, cui *easdem* hic loci melius convenire putem quam *eas*: nec fabulas *describere*, quod sciam, dicitur, sed *scribere*. sic apud *Plautum*. Asin. prolog. v. 11. *Demophilus* SCRIPSIT, *Plautus vertit*. & Casin. v. 32. *Diphilus*
Hanc Graece SCRIPSIT, *post id rursum denno*
Latine Plautus.
Et Terentius, in ipso limine Andriae.
Poeta, quum primum animum ad SCRIBENDUM *appulit*.
Sed utrovis modo legas, quid verba velint, explicate dicere perquam difficile est, ut satis patet ex interpretum dissensu; cum *bene vertere* & *male scribere* διύσατα illis esse viderentur; nec capere potuerunt, quo animo noster adversario suo *bene vertendi* laudem tribuat, cum alterum neget. Ego vero omnem hanc difficultatem ex ignorantia

[1] Ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit:
[2] Atque in Theſauro ſcripſit, cauſam dicere
Prius, unde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quam ille qui petit, unde is ſit theſaurus ſibi:
Aut unde in patrium monumentum pervenerit.
* m. * Dehinc, ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet,
Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi,
Is ne erret, moneo: & deſinat laceſſere.
Habeo

NOTAE.

rantia rerum & perſonarum unice oriri habeo mihi perſuaſiſſimum, locumque hunc, tum, cum recitaretur, facillimum fuiſſe, ita ut quivis e plebe intelligeret, nec facetia aut acumine deſtitui. Nullus enim ſcriptor a captandis verborum aculeis hoc noſtro eſt alienior. Si unus igitur atque alter apud ipſum occurrant, certi eſſe poſſumus non fuiſſe longe quaeſitos, obſcuros, frigidos, ſed faciles, argutos, lepidos, quique ſponte ſua ſcribenti ſe ingererent. & hoc ſaepe quidem uſu venire ſolet, in Comoediis praeſertim, ut ea, quae omnibus acutiſſima & ſale plena viſa ſunt, cum recens eſſet ſcriptum; poſt tempus tamen, rebus nempe & perſonis quae tanguntur non amplius cognitis, frigida & obſcura evadant: id quod huic loco opinor contigiſſe. quod autem unum excogitare potui, ne amplius difficilis & illepidus videatur, hoc eſt. L. ſcilicet ille Lavinius, a quo ſe laedi conqueritur noſter, vetuſtiſſimus fuit tum temporis Poeta, & ut antiquiſſima quaeque ſolent in maximo apud populum pretio eſſe, ſumma laude eum inclaruiſſe arbitror. Quam illis etiam temporibus novae fabulae prae veteribus ſorderent, videmus in Prol. Caſin. Plautin. v. 5.

Qui utuntur vino VETERE, *ſapientes puto,*
Et qui libenter VETERES *ſpectant fabulas.*
Nam, nunc novae quae prodeunt Comoediae,
Multo ſunt nequiores, quam nummi novi.

Hunc igitur opinor multas dediſſe fabulas de Graecis verſas, quod unum poetarum tunc temporis opus fuit, & *bene vertendi* laudem ſibi ſoli arrogaſſe; in novos autem poetas iniquiorem, ut fere fit, cenſuram exercuiſſe; maligne, invide, acerbe carpere, exagitare, & illa etiam, quae laude digna, vitio vertere. In his hic noſter fuit, qui adoleſcens admodum fabulas docere coepit. Hunc igitur, creſcentem illius famam aegre ferens, Poeta vetus praecipue inſectatus eſt, ut indoctum, & Graeca vertendi imperitum; ut qui Graecas *fabulas contaminaret, et ex multis paucas* Latinas *faceret*; quod quidem a culpa tantum aberat, ut ab aequis omnibus in laude eſſet merito ponendum. ſed malevolo illi aliter viſum eſt. Hunc noſter, ut a calumniando deterreret, invicem criminatur; ſed quia ipſe novus, ille vetus & in populo iam diu celebris, parcius agit, & quaſi invitus quicquam in illo reprehenderet, oſtendit, quicquid ſibi laudis vere, aut ſaltem populo iudice, arrogare potuerit Lavinius, id omne libenter ſe concedere; & cum *bene vertendi* laude inclaruiſſet, id ultro ei tribuit: ſed hac aequanimitatis ſpecie viam ſibi parat ad gravius vulnus inferendum ſequentibus verbis, *eaſdem ſcribendo male.* quo laudem omnem qua ſe tantopere efferebat, uno verbulo evertit. Quorſum enim *bene vertit*, ſi *male ſcribat*? *male* vero *ſcribere* oſtendit exemplo recenti, ſumpto ex fabula quam vetus ille tunc nuper dederat. quas duas res, ut ut ἀσύϛατοι videantur, ſi propius inſpicias, & commode inter-

Habeo alia multa, quae nunc condonabitur,
Quae proferentur poſt, ſi perget laedere
Ita, ŭt facere inſtituit. quam nunc acturi ſumus
Menandri Eunuchum, poſtquam AEdiles emĕrunt,
Perfecit, ſibi ut inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occeptaſt agi.
Exclamat, furem, non poetam, fabulam
Dediſſe, 3 & nihil dediſſe verborum tamen:
Colacem eſſe Naevi, & Plauti veterem fabulam:

NOTAE.

interpreteris, ſimul ſtare poſſe deprehendes. *Bene vertit* enim, qui boni interpretis officio fungitur; Graeca Latinis, ita ut par fuit, reddendo: *bene* autem fabulam *ſcribere* longe alia res eſt. Hoc igitur, ni fallor, dicere voluit Terentius. Lavinii fabulas ſi ut verſiones ſpectes, & *bene verti* contendas, eſto; hanc illi laudem non negat: ſed ſi in ſe ſpectentur, certe non *bene ſcriptae* ſunt: fabulam enim *bene ſcribere*, eſt inter alia omnes eius partes recte atque ordine diſponere, & in primis id cavere, *ut ſervetur ad imum, qualis ab incepto proceſſerit*. Hac in parte vetus ille, & merito & ſaepe culpandus erat, qui in aliis criminandis rigidus adeo & iniquus cenſor fuit. ſciendum enim eſt Latinos poetas in Graecis vertendis, non ita ſerviliter interpretes egiſſe, ut nihil ſibi permitterent, ſed addendo, detrahendo, mutando, invertendo, ſuo ſibi ingenio, prout ipſis viſum eſt, liberius indulſiſſe. hoc igitur Terentius in vetere illo poeta criminatur; ipſum ſcilicet, utcunque boni interpretis ſibi laudem arroget, cum ab auctore ſuo recedat, nec iam interpretis ſed ſcriptoris partes agat, ab ingenio nihil poſſe, iudicioque deſtitui, quoties ipſe ſibi praeit, ducemque ſuum, quem vertendum ſumpſerat, relinquit. haec ni fallor vera huius loci mens, in quo enarrando prolixior fui, ut optimum ſcriptorem ab ineptae & frigidae calumniae infamia vindicem.

1 *Ex Graecis bonis*] Ut metro conſulant, praepoſitionem G. Fabrit. Muret. aliique ab extremo prioris verſus abſorberi volunt. ſed melius forte fuerit ſecundam in *bonis* corripere, quod licuiſſe plurimis exemplis conſtat.

2 *Atque in Theſauro*] Faern. *Thenſauro*, & mox, *Thenſaurus*. ſed ad locum nihil annotavit; quod miror, cum tanta ſit codicum varietas, atque alii *de theſauro*, alii *a theſauro*, plerique e L. *a theſauris*, habeant, quod nonnulli putarunt ex *theſauro is* conflatum. ſed optimi codd. *in thes.* & ſic etiam Donatus, qui monet inſuper, *Veteres theſaurum ſecundum Graecos ſine* n. *ſcripſiſſe*, & ita ſcribendum docet etiam Flavius Caper. Hos auctores ſecutus, *n*, quod eſt in Faern. omittendum putavi. ſed hoc levius eſt: gravior quaeſtio eſt de loci huius ſenſu; utrum nempe *Theſaurus* hic ſit nomen fabulae, an *Phaſmatis* pars. Plures veterem interpretem ſecuti, fabulam a *Phaſmate* diverſam eſſe voluerunt; contra Daceria, inſigniorem quandam ipſius partem fuiſſe cenſet, cuius ſententiam veriſſimam puto. parum enim credibile eſt Lavinium Menandream fabulam totam corrupiſſe; aut Terentium, novum poetam, voluiſſe tantum ſibi ſumere, ut ſcriptum integrum damnaret, nihil in eo vitii allegans; cum interea *Theſaurum* ex uno tantum loco criminetur, hominiſque parcentis viribus ſpeciem modeſte induat; *Habeo alia multa*, dicens, *quae nunc condonabitur, Quae proferentur poſt*, &c.

3 *Et nihil dediſſe verborum tamen*] Nempe de ſuo: cum ipſa etiam verba, ſi Lavinio credas, aliunde ſumpſerit, ex Naevio ſc. & Plauto.

Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis.
Si id eſt peccatum, peccatum inprudentiaſt
Poetae: non quo furtum facere ſtuduerit.
Id ita eſſe, vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri eſt: in ea eſt paraſitus Colax,
Et miles glorioſus: eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam,
Ex Graeca: ſet eas fabulas factas prius
Latinas, [1] ſciſſe ſeſe, id vero pernegat.
Quod ſi perſonis iſdem uti aliis non licet:
Qui magis licet [2] currentem ſervum ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſervum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare aequum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,
Quae veteres factitarunt, ſi faciunt novi.
Date operam, & cum ſilentio animum attendite,
Ut pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

NOTAE.

1 *Sciſſe ſeſe*] Sic Faern. ut & alii, cum ſe ipſo teſte codices non habeant niſi unum *ſe*; propter verſum ſc. geminandum cenſuit; ſed nihil opus erat iſta geminatione, cum *me*, *te*, *ſe*, ſequente vocali ſaepius produci ſoleant, neglecta ſynaloepha. vid. Hec. I. I. 11.

2 *Currentem ſervum*] Ita Faern. ex c. Bemb. quod cur praetulerit, neſcio, cum omnes alii fere codices habeant numero plurali *currentes ſervos*, (quae lectio magis convenit cum *bonas matronas*, & *meretrices malas*) *ſervum* vero ſingulari numero occurrat paulo poſt; quae eiuſdem vocis repetitio altera lectione praecavetur.

ACTUS I. SCAENA I.

PHAEDRIA adulescens. PARMENO servus.

PHAEDRIA.

I. tr. UID igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum adcersor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit: revocat: redeam? non, si me obsecret.
1 Si quidem hercle possis, nihil prius, neque fortius: 5
Verum si incipies, neque pertendes naviter,

NOTAE.

1 *Si quidem hercle possis*] Haec usque ad v. 12. Phaedriae tribuit Faernus, codices, opinor, suos secutus; & sic etiam Donatus, qui haec dicit esse διαλογισμὸν *quasi ad alterum*. Muretus contra, haec omnia Parmenonis esse censet usque ad v. 25. alii fere omnes cum Erasmo, *Si quidem hercle*, &c. usque ad v. 25. Parmenoni tribuunt, praeter versum undecimum, quem Phaedriae ascribunt. ego re altius perpensa accedo ad eos, qui volunt omnia Phaedriae esse usque ad *Here, quae res*, eo inductus his praecipue rationibus. primo, haec *Here quae res*, clarissime liquet verba esse hominis orationem incipientis; is vero est Parmeno; versus igitur proxime praecedens Parmenonis esse non potest, & proinde Phaedriae necessario ascribendus. isto autem versu Phaedria non Parmenonem sed seipsum alloquitur. quorsum enim iubeat Parmenonem *iterum atque iterum cogitare*? non servi, sed sui ipsius cogitata erant, quae sola ipsum amoris laqueis irretitum & iam iam perditum expedire potuerunt. oratio ad eum est, de quo versu praecedente dictum est, *Peristi, eludet, ubi te victum senserit*, hoc est, ad seipsum. Si vero qui inquit, *Proin tu*, idem est, qui dixit, *Peristi*, omnia ab initio huc usque Phaedriae sint, necesse est. adde, quod, *Si quidem hercle possis*, & *Here, quae res*, non eiusdem esse personae diversi eorum sensus aperte docent. Prima enim sunt hominis subtiliter deliberantis, quasi in re gravissima, ad quam se partem verteret: altera sunt hominis graves istas adolescentis amore perditi deliberationes ridentis, omnesque irritas & inanes esse, nisi amorem quo tenetur penitus excutiat, pulchre monstrantis. porro idem suadet Horatii locus, Serm. II. 3. Parmenonis partes ab his verbis, *Here quae res*, plane incipientis. postremo, nisi *Si quidem hercle*, &c. Phaedriae tribuas, vix satis causae videtur fuisse, quamobrem Cicero de Natur. Deor. III. 29. huc respiciens diceret, *Quid levitates comicae, parumne semper in ratione versantur? parumne subtiliter disputat ille in Eunucho, Quid igitur faciam*? non enim subtilis admodum Phaedriae est secum disputatio, si haec illi subtrahas, & alienae personae affingas. Haec sunt quae suadent a Faerno in personarum designatione non esse recedendum.

Atque ubi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam venies: indicans
Tĕ a'mare, & ferre non poſſe; actumſt. ilicet.
Periſti. eludet, ubi te victum ſenſerit.
* m. * Proin' tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.
PA. Ere', quae res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet ullum, eam conſilio regere non potes.
In amore haec omnia inſunt vitia: iniuriae,
Suſpiciones, inimicitiae, indutiae,
Bellum, pax rurſum: incerta haec ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Ego ne' illam? quăe ĭllum? quae me? quae non? ſine modo,
Mori me malim: ſentiet qui vir ſiem:
Haec verba, una mehercle falſa lacrimula,
Quam ocu'los terendo, miſere, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet: & te ultro=accuſabit: ĕt=dabis ei
Ultro ſupplicium. PH. o indignum facinus: nunc ego
Et ĭl'lam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio:
Et taedet: & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Vivus, videnſque pereo: nec quid agam, ſcio.
PA. Quid a'gas? niſi ut te redimas captum quam queas
Mini'mo: ſi nequeas paululo, at quanti queas:
Et ne te adflictes. PH. itane ſuades? PA. ſi ſapis.
Neque, praeterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet', addas: & ĭllas, quas habet, recte feras.
Set ĕcca' ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, haec intercipit.

SCAE-

NOTAE.

1 *Anime mi, mi Phaedria*] Faern. alterum *mi* omiſit, & verſu & ſenſu reclamante. utrumque enim, & *anime*, & *Phaedria*, ſuum ſibi *mi* adiungi poſtulat. quod ad primum, vid. Andr. IV. II. 2. Heaut. II. IV. 26. & Plauti Caſ. I. I. 46. Curc. I. II. 3. Menaech. II. III. 11. Rud. I. VIII. 1. Sed fruſtra exempla ſunt in re tam manifeſta; nec quod ad alterum, minus certa res eſt. in hac ipſa enim ſcae-

na

SCAENA II.

THAIS meretrix. PHAEDRIA. PARMENO.

THAIS.

MISERAM me, vereor nĕ illud gravius Phaedria
Tulerit, neve aliorsum, atque ego feci, acceperit,
Quod heri 'intromissus non est. PH. totus Parmeno
Tremo, horreōque, postquam aspexi hanc. PA. bono animo es:
Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.
TH. Quis hĭc 'loquitur? ehĕm, tun-hic eras mi Phaedria?
* tris. Quid hĭc 'stabas? cur non recta * introibas? PA. ceterum
De exclusione verbum nullum. TH. quid taces?
PH. Sane, quia vero hae mihi patent semper fores,
Aut quia sum aput te primus. TH. missa istaec face.
PH. Quid missa? o Thais, Thais, utinam esset mihi
Pars aequa amoris tecum, ac pariter fieret,
Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet;
Aut egŏ istuc abs te factum nihili penderem.
TH. Ne crucia te obsecro - ' anime mi, [mi] Phaedria.
Non pol, quo quemquam plus amem, aut plus diligam,
* m. * Eo 'feci: set ita erat res: faciundum fuit.
PA. Credo, ut fit, misera prăe amore exclusti hunc foras.
TH. Sicine agis Parmeno? age: set, huc qua gratia
Te accersi iussi, ausculta. PH. fiat. TH. dic mihi
Hoc primum, potin est hic tacere? PA. egone? optume.
Verum 'heus tu, hac lege tibi meam adstringō fidem:
Quae vera audivi, taceo, & contineo optume:
Sin falsum, aut vanum, aut fictumst, continuo palamst:

Plenus

NOTAE.

na ter est *mi Phaedria*. sic alibi *mi Pamphile*, *mea Thais*, *mi Clinia*. Blandimenta denique amatoria, si vocativum hunc tollas, blandimenta esse desinent. versus autem sine gemino *mi* neutiquam stare potest. Ad Andriam plus semel observavi, ubi vox aut syllaba geminanda sit, solenne esse librariorum erratum, alteram omittere.

Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.
* m. * Proin' tu, taceri ſi vis, vera dicito.
TH. Sami'a mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
PA. Poteſt taceri hoc. TH. ibi tum matri parvolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. PH. civem ne? TH. arbitror:
Certum non ſcimus: matris nomen & patris
Dicebat ipſa: patriam, & ſigna cetera
* dif. Neque * ſciebat, neque per aetatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat: e praedonibus,
Unde emerat, ſe audiſſe, abreptam e Sunio.
Mater ubi accepit, coepit ſtudioſe omnia
1 Docere, educere, ĭtă ut ſi eſſet filia.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego' cŭm ĭllo, quo cum-tum uno rĕm habebam-hoſpite,
Abii' huc: qui mihi re-liquit haec, quae habeo-, omnia.
PA. Utrumque hoc falſumſt: effluet. TH. quĭ iſtuc? PA. quia
Neque tu uno eras contenta, neque ſolus dedit:
Nam hic' quoque bonam, magnamque partem ad te attulit.
TH. Itaſt: ſet ſine me pervenire quo volo.
Interea miles, qui mĕ amare occeperat,
In Cariam eſt profectus: te interea loci
Cognovi. tu te ſcis, poſt illa quam intumum
Habeam te: & mea conſilia ut tibi credam omnia.
PH. Ne hoc' quidĕm tacebit-Parmeno. PA. o, dubium ne id eſt?
TH. Hoc agite amabo. mater mea ĭllic mortuaſt
Nuper: ĕius frater aliquantum ad rem eſt avidior.
Is' ubĭ hanc forma videt honeſta virginem,
Et fidibus ſcire; pretium ſperans, ilico

Pro-

NOTAE.

1 *Docere, educere*] Sic v. 76. *eduxit mater pro ſua.* Miror Faernum codd. ſuis obſecutum, poſuiſſe, *educare*, quod verſus nullo modo pati poteſt. eundem errorem alias librarii errarunt in hac ipſa voce, & ſaepius conſimilem in voce *parere*, pro qua v. 69. *parare*. & ſic etiam V. II. 32. & Andr. IV. V. 2.

2 *Cupio aliquos*] Primus pes eſt proceleuſmaticus: & ſic eſt *benefici'*, ſi in ditrochaeos verſum diſtinguas; quod pronuntiandum, quaſi ſecunda *e* elideretur.

3 *Niſi*

Producit: vendit. forte fortuna adfuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Inprudens harum rerum, ignaruſque omnium.
Is venit: poſtquam ſenſit me tecum quoque
Rĕm ha'bere, fingit cauſas ne det ſedulo:
*m. *Ait', ſi fidem habeat, ſe iri praepoſitum tibi
Aput me; ac non id metuat, nĕ, ubi acceperim,
Seſe relinquam; velle sĕ illam mihi dare.
Verum id vereri. ſet, ego quantum ſuſpicor,
Ad virginem animum adiecit. PH. etiam ne ampliùs?
TH. Nihil': nam quaeſivi. nunc ego eam mi Phaedria,
Multae ſunt cauſae, quamobrem cupiam abducere:
Primum, quod ſoror eſt dicta: praeterea ut ſuis
Reſtituam, ac reddam. ſola ſum: habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum. quamobrem Phaedria
2 Cupio 'aliquos parere amicos beneficio meo.
Id a'mabo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine il'lum priores partes hoſce aliquot dies
Aput me habere. nihil reſpondes? PH. peſſuma,
Egŏn 'quicquam cŭm iſtis factis tibi reſpondeam?
PA. Eu noſter, laudo: tandem perdoluit: vir es.
* triſ. PH. Haut ego * neſciebam, quorſum tu ires. parvola
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:
Sorŏr 'dictaſt: cupio abducere, ut reddam ſuis:
Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique,
Ego ĕx'cludor: ille=recipitur. qua gratia?
3 Niſi 'illum plus amas=, quam me: & iſtam nunc times,
Quae ad'vectaſt, nĕ illum talem praeripiat tibi.
TH. 4 Egon id timeo? PH. quid te ergo aliud ſollicitat? cedo.

Num

NOTAE.

3 *Niſi illum plus amas*] Cod. Dun. *niſi ſi*, quod rectius arbitror, ut IV. III. 20. III. III. 18. V. II. 63. Et Andr. I. V. 14. *Repudiatus repetor: quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor.* Et ſic ſaepe alias.

4 *Egon id timeo?*] Ut conſtet metrum, vel *ego* legendum, vel tollendum *id*, quod malim, ut Phorm. V. IX. 10. *Egon timeo?* P. *recte ſane: quando nihil times*; *id* ex iſtis eſt particulis, quae facile ſe in textum ingerunt explicationis gratia; verſus autem cetera fruſtra moventur.

Num ſolus ille-dona dăt-? [1] nuncubī meam
Benignitatem ſenſiſti [2] in te claudier?
Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quaeſivi? porro eunuchum dixti velle te,
Quia ſolae utuntur his reginae: repperi.
Heri minas viginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria,
Ob haec facta abs te ſpernor. TH. quid iſtic Phaedria?
Quamquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume: verumtamen,
Potius quam te inimicum habeam, faciam ut iuſſeris.
PH. Utinam iſtuc verbum ex animo, ac vere diceres;
Potius quam te inimicum habeam: ſi iſtuc crederem
Sincere dici, quidvis poſſem perpeti.
PA. Labaſcit, victus uno verbo quam cito.
TH. Ego non ex animo miſera dico? quam ioco
Rem voluiſti a me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas ſolum. PH. sĭ quidem biduum.
Verum ne fiant iſti viginti dies.
TH. Profecto non plus biduum, aut, PH. aut? nihil moror.
TH. Non fiet: hoc modo ſine te exorem. PH. ſcilicet
Faciundumſt quod vis. TH. [3] merito tĕ ămo. PH. bene facis.
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:
Ita'facere certumſt: mos gerunduſt Thaidi.
Tu Parmeno-huc fac illi=adducantur. PA. maxume.

PH. In

NOTAE.

1 *Nuncubi meam*] Faern. *num ubi*. metri opinor cauſa, cum neſciret *dat* ſequente conſona potuiſſe corripi. in iſta vero lectione *nŭm* non eliditur.

2 *In te claudier*] Quidam codd. *interclaudier*. male. Sic enim Andr. III. III. 41. *Nolō tibi ullum commodum in me claudier*.

3 *Merito te amo. PH. bene facis*] Non interpoſita Phaedriae perſona, a Thaide haec dici in Palatino obſervat, probatque G. Fabrit. cum Terentium &, ſi ipſi credimus, Plautum in conſimilibus locis autores habeamus. ſic enim in Adelph. V. VIII. 23. *bene facis: Merito te amo*: & veriſſima eſt Donati obſervatio, *bene facis*, & *bene feciſti*, eſſe gratias agentis. & ſic etiam eſt, *recte facis*. vid. III. II. 10. & V. VIII. 54. & 61. ſed exemplum quod Fabrit. ex Plauto adducit, non ſatis quadrat

PH. In hŏc 'biduum [1] Thais vale. TH. mi Phaedria
Et tu: numquid vis aliud? PH. egone quid velim?
Cum milite iſto praeſens, abſens ut ſies:
Dies noctesque mĕ ames: me deſideres:
Me ſomnies: me exſpectes: de me cogites:
Me ſperes: me te oblectes: mecum tota ſis:
Meŭs 'fac ſis poſtremo animus, quando ego ſum tuus.
TH. Me miſeram, forſitan hic mihi [2] parvam habeat fidem,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ego pol, quae mihi ſum conſcia, hoc certo ſcio,
Neque me finxiſſe falſi quicquam, neque meo
Cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phaedria:
Et quidquid huius feci, cauſa virginis
Feci: nam me eius [3] ſpero fratrem propemodum
Iam repperiſſe, aduleſcentem adeo nobilem:
Et is 'hodie venturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intro, atque exſpectabo, dum venit.

NOTAE.

drat: graviterque errat, cum verba invertenda cenſet, legique vult, *bene facis, merito te amo.* quod numeros penitus corrumpit. cum Pal. vero codice conſentit Dun. & lectionem hanc alteri merito praeferendam arbitror, non tantum ob rationem modo allatam, ſed quia ſi Phaedriae verba iſta *bene facis* tribuuntur, & orationis ejus ſeriem male interturbant, & idem verbum ab eodem paucisſimis interpoſitis inconcinne repetetur, *ita facere certum eſt.*

1 *Thais vale.* TH. *mi Phaedria, & tu*] Nequeo a me impetrare, quin putem excidiſſe *vale* ante *mi Phaedria.* cum ſic & numeri meliores, & oratio elegantior, & affectuum plenior, adeoque Thaide dignior.

2 *Parvam habeat fidem*] Quidam codd. *parum*, quam lectionem ſequitur Pareus, firmatque exemplis ex Plauto & Terentio allatis. ſed in omnibus illum falli ipſa verſus menſura oſtendit, quae ubique exigit, ut legatur *parvam.*

3 *Spero fratrem*] Plures & optimi codd. e Leng. *fratrem ſpero.*

ACTUS II. SCAENA I.

PHAEDRIA. PARMENO.

PHAEDRIA.

T. t. a. FAC, ita ut iussi, deducantur ‖ isti. PA. faciam. PH. at diligenter.
PA. Fiet. PH. at mature. PA. fiet ‖. PH. satine hoc mandatumst tibi? PA. ah
I. d. a. [1] Rogi'tare, quasi dif-ficile sit.
T. t. c. Utinam tam aliquid invenire ‖ facile possis Phaedria,
Quam hoc peribit. PH. ego quoque una ‖ pereo, quod mihi est carius :
I. d. h. Ne is'tuc tam iniquo patiare animo.
I. t. a. PA. Mini'me : quin effectum dabō. set ‖ numquid aliud imperas?
T. t. c. PH. Munus nostrum ornato verbis ‖, quod poteris : & istum aemulum,
I. d. a. Quod 'poteris, ab ea pellito.
T. t. a. PA. [2] Memini, tamětsi nullus moneas ‖. PH. ego rus ibo, atque ibi manebo.

PA. Cen-

NOTAE.

[1] *Rogitare, quasi difficile sit*] Haec omnia usque ad v. 10. miris modis turbarunt Editores, quotquot Faernum vel ducem non habuerunt, vel ducentem deseruerunt. Faern. rectissime omnia ordinavit, si excipias versum 6. quem arbitratus est trochaicum esse tetr. hyperc. sed ut talem versum conficiat, in omnibus dipodiis caesuras facit, contra versus trochaici naturam. neque dubitari potest, quin versus 6 & 7, si verba recte se habeant, aliter constituendi sint, hoc modo.

Ne is'tuc tăm iniquo = patiare animo.
PA. *Mini'me quin effec = tum dabō. Set* ‖ *numquid aliud imperas*? Prior est Iamb. dim. hyp. seu maius bisegmentum Iambici tetr. acat. quales multi apud Plautum, licet in Terentio hic sit unicus. est sane cur suspicer quaedam hic excidisse, quae versum facerent Iamb. tetr. acat. est enim Phaedria vel minimae moraе mire impatiens; quare vix credam illum non quaedam addidisse, quibus cessantem, ut sibi visum erat, Parmenonem urgeret amplius,

PA. Cenſeō. PH. ſet heus tu. PA. quid vis"? PH. cenſen poſſe me offirmare, &
T. t. c. 3 Perpeti, ne redeam interea"? PA. te ne? non hercle arbitror:
I. t. a. Nam aut 'iam revertere; aut mox noctu" te 4 adigent horſum inſomnia.
PH. Opŭs 'faciam, ut defetiger uſque, in"gratiis ut dormiam.
PA. Vigi'labis laſſus: hoc plus facies". PH. ah, nihil dicis Parmeno.
5 Eiiciunda hercle haec eſt mollities" animi: nimĭs me indulgeo.
Tandem non ego ĭlla caream, ſi ſit" opŭs, vel totum triduum?
PA. hui,
T. t. c. Univorſum triduum? vidĕ" quid agas. PH. ſtat ſententia.
PA. Di boni, quid hŏc morbi eſt? adeon" homines immutarier
•dif. Ex amore, ut non cognoſcas" * eundem eſſe? hoc nemō fuit
Minus ineptus, magĭs ſeverus" quiſquam, nec magĭs continens.
Set quis hic eſt, qui huc pergit? attat", hĭc quidem eſt paraſitus Gnatho
Militis: ducit ſecum una" virginem dono huic: papae,
Facie honeſta. mirum, ni ego me" turpi-ter hodie hic dabo
• m. Cum * meo decrepito hoc eunucho. haec" ſuperat ipſam Thaidem.

NOTAE.

us, atque impelleret. putem igitur huiuſmodi quicquam deeſſe. *Sed age, in te nihil ſit morae.* vel, *ſed ne ceſſes, obſecro.* qualia verba, quod ſequitur, *minime, quin*, &c. multo melius exciperet, quam ea quae iam proxime praecedunt. Quod ſi *minime* in mendo ſit, & pro eo legamus *men*? quam correctionem lectori ſubtimide exhibeo, nulla alia mutatione opus fuerit.

2 *Memini, tamĕtſi*] Plerique codd. *au memini.* quam lectionem ſi recipias, *au* ad praecedentem verſum reiiciendum erit, aut verſus erit I. t. h.

3 *Perpeti*] Particulam &, quam ad finem praecedentis verſus adieci, huic praepoſuit Faernus.

4 *Adigent horſum inſomnia*] Legitur etiam, teſte Donato, *adiget*, ut ſit *inſomnia* numeri ſingularis. ut apud Plautum, Merc. I. I. 25.

Sed amori accedunt etiam haec, quae diximus,
Inſomnia, *aerumna, error, terror,* & *fuga.* nec veteres modo, ſed & A. Gellius hac voce uſus eſt, l. 6. c. 4. *quoſdam inſomnia cruciatos interiſſe* memorans. atque hanc lectionem cum F. Fabritio meliorem cenſeo, cum hic, ut ait ille, non de ſomniis, ſed de vigili agatur.

5 *Eiiciunda*] Faern. *eiciunda.* ſed dimenſio verſus geminum *i* poſtulat.

SCAENA II.

GNATHO parasitus. PARMENO.

GNATHO.

T. t. c. Dĭ ĭmmortales, [1] homini homo quid "praestat? stulto intellegens
Quid ĭnterest? hoc adeo ex hac re "venit in mentem mihi:
* m. Conveni hodie adveniens quendam "* mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haut inpurum, itidem patria "qui [2] abligurrierat bona:
Video sentum, squalidum, aegrum ", pannis, annisque obsitum.
Quid ĭstuc, inquam, ornati est? quoniam "misĕr, quod habui, pĕrdidi: hem
Quo redactus sum? omnes noti me", atque amici deserunt.
Hic ego ĭllum contempsi prae me"; quid homo, inquam, ignavissume?
* m. Ităn parasti te, ut spes nulla "relliqua in te [3] * siet tibi?
* dis. Simŭl consilium cum re amisti "? viděn me ex * eodem ortum loco?

4 Qui

NOTAE.

1 *Homini homo quid*] Aut duo sunt anapaesti, *h* consonae vim obtinente, quod apud Terentium parcius fit, aut tribrachys & spondeus, secunda in *homo* producta. atque huic pedum distinctioni favere videatur, quod dicitur Phorm. V. III. 7.— *vir viro quid praestat:* sed versus iste est I. t. c. hic vero T. t. c. secundam autem in *homo* nonnunquam produci videas ex scaena sequente. v. 67. quod & alias saepe fit. sed non omittendum est Priscianum p. 1201. & Nonium in *Praestare*, legere, *homo homini.*

2 *Abligurrierat*] Ita recte Faern. cum gemino *r*. secunda enim in *ligurio*, contra quod putavit R. Steph. brevis est, quod ipsa derivatio ἀπὸ τῦ λιγυρῦ satis indicat. & inde fit quod optimi codices, cum ista syllaba producenda est, *r* geminant. res vero extra dubium ponitur hoc versu V. IV. 14. *Quae cŭm amatore suo cum cenant, liguriunt.* ubi *liguriunt* est proceleusmaticus; sic enim versum istum legendum esse ad locum monstrabo.

3 *Siet tibi*] Sic Donat. & omnes codd. praeter Bemb. quem sequi maluit Faern. legendo pro *siet*, *esset*, quod quamobrem elegantius putaret, nescio.

4 *Qui color, nitor, vestitus*] Sic Donatum legisse ex eius interpretatione constat; *Color*, inquit, *ad sentum, nitor ad squalidum, vestitus ad pannis annisque obsitum; habitudo corporis ad aegrum referatur.* Color est vultus, nitor cutis. nec in hac lectione quicquam incommodi, nisi quod accentus bis cadat in ultimas syllabas, easque ὁμοιοτελεύτους. sed F. Fabrit. observat esse qui legant, *Qui color, nitŏr*

qui

4 Qui color, nitor, veſtitus, quăe habitudo eſt corporis?
Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil deſit tamen.
At ego infelix 5 neque ridiculus eſſe, neque plagas pati
Poſſum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.
m. Olim iſti * fuit generi quondam quaeſtus-apŭt ſaeclum prius.
Hoc novum eſt aucupium: ego adeo hanc primus inveni viam.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt; hos conſector: hiſce ego non parō me ut rideant,
6 Set iis ultro adrideo, & eorum ingenia admiror ſimul:
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque:
7 Negăt quis-, nego: ait, aio: poſtremo imperavi egomet mihi,
Omnia adſentari. is quaeſtus nunc eſt multo uberrimus.
PA. Scitum hercle hominem; hic homines prorſum 8 ex ſtultis inſanos facit.
I. t. c. Dum haec loquimur, interea loci ad macellum ubi adventamus, Con-

NOTAE.

qui veſtitus, quae lectio videtur haud paulo melior, cum *nitor* commode ad *veſtitum* referri poſſit. ita verſus in tres partes diſpeſcetur ratione vultus, veſtitus, corporis, ſingulis pronomine ſuo eleganter praepoſito; quod vero in numeris inſuave eſt, tolletur. ſed cum codd. refragentur, nihil muto.

5 *Neque ridiculus eſſe, neque plagas pati*] Qui tales paraſitos graphice depictos videre velit, Plautum adeat, in cuius fabulis magnam ſaepe partem faciunt. Eſt vero in Capt. locus, III. I. 10. huic noſtro tam ſimilis, ut eum in animo Terentium habuiſſe cum haec ſcriberet, merito exiſtimes.

Ita iuventus iam RIDICULOS *inopeſque abs ſe ſegregat.*
Nihil moratur iam Laconas imi ſubſelli viros,
PLAGIPATIDAS.

6 *Sed iis ultro arrideo*] Faern. *ſed his*, & ſic Priſc. p. 1187. 1201. 1203. Sed & verſus & oratio ipſa *iis* poſtulare mihi videntur. *h* enim rarius apud Terentium vim conſonae obtinet; & cum praeceſſerit *hiſce*, ut *iis* ſequatur, conſtructionis ratio, ni fallor, exigit. Editio antiq. habet *is*, i. e. *iis*. quam frequenter in his vocubis errent librarii, dixi ad initium Andriae.

7 *Negăt quis, nego*] Sic Peniculus Plautinus, Men. I. II. 52.

Sed quid ais? PE. *egone? id enim quod tu vis, id aio, atque id nego.*

8 *Ex ſtultis inſanos facit*] *Lego fidenter*, FAXIT, *inquit T. Faber.* Miror quicquam tam abſurdum a viro tanti acuminis excidere potuiſſe, cum verſus apertiſſime oſtendat veram lectionem eſſe *facit.* cum patre tamen tota ſentit filia, doctiſſ. Daceria: alter ſc. de metris Comicis parum admodum, altera nihil intellexit.

SCAENA II.

GNATHO parasitus. PARMENO.

GNATHO.

T. t. c. Dĭ ĭmmortales, [1] homini homo quid "praestat? stulto intellegens
Quid ĭntĕrest? hoc adeo ex hac re "venit in mentem mihi:
* m. Conveni hodie adveniens quendam "* mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haut inpurum, itidem patria "qui [2] abligurrierat bona:
Videō sentum, squalidum, aegrum ", pannis, annisque obsitum.
Quid ĭstuc, inquam, ornati est? quoniam "misĕr, quod habui, perdidi: hem
Quo redactus sum? omnes noti me", atque amici deserunt.
Hic ego illum contempsi prae me"; quid homo, inquam, ignavissume?
* m. Ităn parasti te, ut spes nulla "relliqua in te [3] * siet tibi?
* dis. Simŭl consilium cum re amisti "? vidĕn me ex * eodem ortum loco?

4 Qui

NOTAE.

1 *Homini homo quid*] Aut duo sunt anapaesti, *h* consonae vim obtinente, quod apud Terentium parcius fit, aut tribrachys & spondeus, secunda in *homo* producta. atque huic pedum distinctioni favere videatur, quod dicitur Phorm. V. III. 7.— *vir viro quid praestat:* sed versus iste est I. t. c. hic vero T. t. c. secundam autem in *homo* nonnunquam produci videas ex scaena sequente. v. 67. quod & alias saepe fit. sed non omittendum est Priscianum p. 1201. & Nonium in *Praestare*, legere, *homo homini*.

2 *Abligurrierat*] Ita recte Faern. cum gemino *r*. secunda enim in *ligurio*, contra quod putavit R. Steph. brevis est, quod ipsa derivatio ἀπὸ τῆς λιγυρᾶς satis indicat. & inde fit quod optimi codices, cum ista syllaba producenda est, *r* geminant. res vero extra dubium ponitur hoc versu V. IV. 14. *Quae' cŭm amatore suo cum cenant, liguriunt.* ubi *liguriunt* est proceleusmaticus; sic enim versum istum legendum esse ad locum monstrabo.

3 *Siet tibi*] Sic Donat. & omnes codd. praeter Bemb. quem sequi maluit Faern. legendo pro *siet*, *esset*, quod quamobrem elegantius putaret, nescio.

4 *Qui color, nitor, vestitus*] Sic Donatum legisse ex eius interpretatione constat; *Color*, inquit, *ad sentum, nitor ad squalidum, vestitus ad pannis annisque obsitum; habitudo corporis ad aegrum referuntur.* Color est vultus, nitor cutis. nec in hac lectione quicquam incommodi, nisi quod accentus bis cadat in ultimas syllabas, easque ὁμοιοτελεύτους. sed F. Fabrit. observat esse qui legant, *Qui color, nitŏr*

qui

4 Qui color, nitor, veſtitus‖, quãe habitudo eſt corporis?
Omnia habeo, neque quicquam habeo‖: nihil cum eſt, nihil deſit tamen.
At ego infelix 5 neque ridiculus‖ eſſe, neque plagas pati
Poſſum. quid tu his rebus credis‖ fieri? tota erras via.
m. Olim iſti * fuit generi quondam‖ quaeſtus-apŭt ſaeclum prius.
Hoc novum eſt aucupium: ego adeo hanc‖ primus inveni viam.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos‖ ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt; hos conſector: hiſce ego‖ non parō me ut rideant,
6 Set iis ultro adrideo, & eorum‖ ingenia admiror ſimul:
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum‖ ſi negant, laudo id quoque:
7 Negăt quis-, nego: ait, aio: poſtremo‖ imperavi egomet mihi,
Omnia adſentari. is quaeſtus‖ nunc eſt multo uberrimus.
PA. Scitum hercle hominem; hic homines prorſum 8 ex‖ſtultis inſanos facit.
t. t. c. Dum haec 'loquimur, interea loci ad ma‖cellum ubi adventamus, Con-

NOTAE.

qui veſtitus, quae lectio videtur haud paulo melior, cum *nitor* commode ad *veſtitum* referri poſſit. ita verſus in tres partes diſpeſcetur ratione vultus, veſtitus, corporis, ſingulis pronomine ſuo eleganter praepoſito; quod vero in numeris inſuave eſt, tolletur. ſed cum codd. refragentur, nihil muto.

5 *Neque ridiculus eſſe, neque plagas pati*] Qui tales paraſitos graphice depictos videre velit, Plautum adeat, in cuius fabulis magnam ſaepe partem faciunt. Eſt vero in Capt. locus, III. I. 10. huic noſtro tam ſimilis, ut eum in animo Terentium habuiſſe cum haec ſcriberet, merito exiſtimes.

Ita iuventus iam RIDICULOS *inopeſque abs ſe ſegregat.*
Nihil moratur iam Laconas imi ſubſelli viros,
PLAGIPATIDAS.

6 *Sed iis ultro arrideo*] Faern. *ſed his*, & ſic Priſc. p. 1187. 1201. 1203. Sed & verſus & oratio ipſa *iis* poſtulare mihi videntur. *h* enim rarius apud Terentium vim conſonae obtinet; & cum praeceſſerit *hiſce*, ut *iis* ſequatur, conſtructionis ratio, ni fallor, exigit. Editio antiq. habet *is*, i. e. *iis*. quam frequenter in his voculis errent librarii, dixi ad initium Andriae.

7 *Negăt quis, nego*] Sic Peniculus Plautinus, Men. I. II. 52.

Sed quid ais? PE. *egone? id enim quod tu‖ vis, id aio, atque id nego.*

8 *Ex ſtultis inſanos facit*] *Lego fidenter*, FAXIT, *inquit T. Faber.* Miror quicquam tam abſurdum a viro tanti acuminis excidere potuiſſe, cum verſus apertiſſime oſtendat veram lectionem eſſe *facit*. cum patre tamen tota ſentit filia, doctiſſ. Daceria: alter ſc. de metris Comicis parum admodum, altera nihil intellexit.

1 Concurrunt laeti mi obviam cup'pedinarii omnes:
2 Cetarii, lanii, coqui, far'tores, piſcatores,
Quibus' & re ſalva & perdita pro'fueram, & proſum ſaepe:
Salutant: ad cenam vocant: ad'ventum gratulantur.
Ille'ubi miſer famēlicus 3 vidēt'me eſſe tanto honore, &
Tam facile victum quaerere, ibi homo'coepit me obſecrare,
Ut ſibi liceret diſcere id de'me: ſectari iuſſi,
Si potis eſt tanquam philoſophorum habĕnt' 4 diſciplinae ex ipſis
Vo'cabu-la, para-ſiti 5 itidem ut Gna'thonici vocentur.
PA. Viděn'otium & cibŭs 6 quid facit ali'enus. GN. ſet ego ceſſo

Ad

NOTAE.

1 *Concurrunt laeti*] Olim ſcilicet paraſitorum erat obſonari: Sic Ergaſilus apud Plaut. Capt. III. I. 14.

Ipſi obſonant, quae paraſitorum ante erat provincia.

2 *Cetarii*] Vix eſſe poſſit luculentius argumentum, quam craſſa fuerit eruditorum in metris Comicis ignorantia, quam quod verſui integro, omnibuſque ſuis numeris abſoluto etiamnum pergant aſſuere ad finem *aucupes*, quod non minus abſurde fit, quam ſi Virgiliano cuivis idem attexas, cum menſura verſus tam aperte reſpuat, & ante tot annos Faernus delendum eſſe clariſſime oſtenderit. aſcititiam autem vocem huc opinor irrepſiſſe ex loco Plautino huic gemino Trin. II. IV. 6. *Piſcator, piſtor abſtulit, lanii, coqui, Olitores, myropolae, aucupes.*

3 *Videt me eſſe tanto honore*] Ex optimorum codicum conſenſu ita legendum eſſe patet. Sed Faern. *eſſe* omiſit, ut verſui nempe conſuleret; ſed tali adiumento nihil opus, cum ſecunda in *videt* ante conſonam corripi poſſe infinita eiuſdem licentiae exempla probent, nec longe abſit unum, v. ſc. 32. huic prorſus ſimile, de quo mox. *et* vero, cum verſus ſequentis ſcanſio huic adiici poſtulet, aſcribendum quoque ei putavi.

4 *Diſciplinae ex ipſis*] Sic omnes fere codd. ſed Faern. *diſciplinam*. ſic liber Bemb. quemadmodum, inquit, legit & Donatus: Sed ipſa Donati verba ſatis probant in ſcriptura erratum eſſe, & Donatum ipſum ſcripſiſſe, *diſciplinae*; ad haec enim verba, *ex ipſis vocabula*, haec annotat, *ut Pythagorica, Platonica. Hoc igitur non eſt conſequens ad illud quod vult dicere, niſi forte* DISCIPLINAM *pro diſcipulis poſuerit*. Haec Donatus. pone igitur *diſciplinam*. eſſe pro *diſcipulis*, tum ex ipſius ſententia conſequens erit. Itane vero? Scribe igitur, *habent diſcipulos*, hoccine erit conſequens? nihil abſurdius. ſed ſi legas, *habent diſcipuli*, omnia recte procedunt; aut ſi eius loco, *diſciplinae: diſciplinae* igitur ſcripſit Donatus, non *diſciplinam*. ut vero *diſciplinae* hic locum habeat, non ſenſu receptiſſimo, pro *doctrinis* accipiendum eſt, ſed pro *ſectis*, quo ſenſu ſaepius ſumi apud Ciceronem pluribus oſtendit Tan. Faber. ſed merito quaeras, cur Terentius ipſe non hic poſuerit *diſcipuli* potius quam *diſciplinae*? ratio, opinor, fuit, quod non tam ſinguli diſcipuli, quam diſcipulorum greges, nomina ſua a magiſtris traxerint. quod ſi utrumvis ponere pari verborum proprietate noſter poterat, inde ſcire licet, licentiam hanc, qua ſecundam in *habĕnt*, etiam ſequente conſona, corripit, nihil in ſe habere inſuave aut ingratum, praeterque iſtius temporis morem atque conſuetudinem; quod ab harum rerum ſtudioſis diligenter animadvertendum. Exemplum vero eiuſdem licen-

Ad Thaidem hanc deducere, & ro'gare ad cenam ut veniat?
7 Set Parmenonem ante oſtium Tha"idis triſtem video
Rivalis ſervum: 8 ſalva res eſt". nimirum homines frigent.
Nebulonem hunc certumſt ludere. PA. 9 hiſce hoc" munere arbitrantur
* m. * Suam Thaidem eſſe. GN. plurima ſa"lute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnathō. quid" agitur? PA. ſtatur. GN. video.
Num quidnam quod nolis vides? PA. te". GN. credo: at numquid aliud?

PA. Qui

NOTAE.

centiae in eadem voce habes, II. III. 93.

5 *Itidem ut*] Sic omnes fere codd. nullus *item ut*, quod poſuit Faern. ſic, quod habetur in Bemb. *ita ut*, emendandum arbitratus. quam lectionem verſui melius convenire non diffitendum eſt.

6 *Quid facit*] Sic cod. Dun. & plures e Leng. Faern. *faciat*. Sed verſus ratio manifeſte oſtendit *facit* eſſe veram lectionem; quam agnoſcit etiam Donatus, aeque ac *faciat*: & ſic etiam Faern. ipſe in notis legendum docet. vid. Phorm. II. III. 11.

7 *Sed Parmenonem*] Verſus plane laborat, nullum vero a codicibus ſubſidium. quidam ſecundam in *Thaidis* produci volunt, quos non improbat Faern. quod miror, cum iſta ſyllaba neceſſario corripiatur, & Donatus moneat legi etiam, *Thais*; unde patet, putaſſe eum, quod ad menſuram, perinde eſſe, utrovis modo legas. Muretus pro *Thaidis* legendum cenſet *meretricis*; eius vero gloſſam eſſe *Thaidis*. T. Faber, Guyetum ſecutus, *ego* inſeri vult poſt *Th.* quod editiones neſcio quas habere affirmat. Sed iſtud *ego* nec codices agnoſcunt, & nimis otioſum eſt quam ut hic locum habeat. quod ad me attinet, pudet dicere, quoties quantumque de hoc loco reſtituendo cogitarim; multis emendandi rationibus ſeſe ſubinde ingerentibus, quarum, etſi quaedam primo arriſerint, nulla diu placuit, neque ex omni parte ſatisfecit. nec *Thaidis*, nec *Thais*, quicquid adiicias ad verſum complendum, hic poſitum placet: non poſterius, quia Terentius ſemper triſyllabum facit in obliquis caſibus; non prius, quod prima in *Thaidis* ſemper per totam fabulam producta ſit, ſecunda vero ſemper brevis: adde quod verſus, ſi nomen hoc poſitu legatur, neſcio quomodo languere videatur, & eſſe ſine nervis. hinc in eam tandem deveni ſententiam, ut putem in ordine verborum peccatum eſſe, & pro *ante oſtium Thaidis*, legi oportere, *Thaidis ante oſtium*, ultima in *Thaidis* producta, quod ea ſyllaba dimetrum claudatur, in *oſtium* vero duabus ultimis, quale ſaepe fit, in unam ſyllabam contractis. Sic & verſus ſanabitur, & quod in verſu enerve viſum eſt, tolletur. haec igitur emendandi ratio re probe expenſa mihi prae ceteris arridet.

8 *Salva res eſt*] Si in ſequentibus cum Eraſmo, Mureto, aliiſque, legas *nimirum hic*, quae ſane lectio mihi plurimum placet, *res eſt* in monoſyllabum contrahetur, quod ſaepe fit. ſic Plaut. Merc. V. II. 16.

Cogitō, quonam ego illum curram quaeritatum. CH. *certa re'ſt.*

9 *Hiſce hoc*] Ita legit Priſcian. p. 948. *inveniuntur*, inquit, *etiam nominativum pluralem*, hiſce, *proferentes antiqui, ut Terentius in Eun.* Hiſce hoc munere, &c. *in quo videntur Euphoniae cauſa* s *interpoſuiſſe.* ſic etiam Donat. & liber Bemb.

PA. Qui dum? GN. quia-triſtis ĕs-. PA. nihil quidem. GN. ne ſis: ſet quid videtur
Hoc tibi mancupium? PA. non malum hercle. GN. uro hominem. PA. ut [2] falſus animi eſt.
GN. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe? PA. hoc nunc dicis,
Eiectos hinc nos: omnium rerum heus viciſſitudo eſt.
GN. Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam;
* diſ. Ne ſurſum * deorſum curſites; neve uſque ad lucem vigiles:
Ecquid beō te? PA. men? papae. GN. ſic ſoleo amicos. PA. laudo.
GN. Detineo te: fortaſſe tu profectus alio fueras.
PA. Nuſquam. GN. tum tu igitur paululum da mihi operae: fac ut admittar
Ad illam. PA. age modō, nunc tibi patent [3] forĕs hae, quia iſtam ducis.
GN. Nuncquem evocari hinc vis foras? PA. ſine biduum hoc praetereat:
Qui mihi nunc uno digitulo forĕs aperis fortunatus,
Ne tu iſtas faxo calcibus ſaepe inſultabis fruſtra.
GN. Etiam nunc hic ſtas Parmeno? eho numnam hic relictus cuſtos,
Nequis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſet?
PA. Facete dictum: mira vero militi quae placeant.
Set video erilem filium minorem huc advenire.
* triſ. Miror, quid ex- * Piraeo-abierit: nam ibi cuſtos publice eſt nunc.
* diſ. Non temere eſt: & properans venit: * neſciō quid circumſpectat.

NOTAE.

1 *Nihil quidem*] Faern. *equidem*. Sed omnes codd. Boecleri, & optimi e Lengianis, *quidem*. quo verſus numeris conſulitur optime, ut in quarta ſede ſit Iambus.

2 *Falſus animi*] Omnes fere codd. *animo*; ſed Donat. *animi*.

3 *Forĕs hae*] Poſſis etiam verſum dimetiri producendo ultimam in *fores*, & corripiendo primam in *iſtam*. ſed alterum praeſtare quivis videat, qui ad verborum emphaſin animum advertat. adde quod *fores* ultima producta, & in verſu ſequente *foras*, ſonum ingratum admodum efficerent. ultimam autem in *fores* corripi eſt frequentiſſimum.

SCAENA III.

CHAEREA aduleſcens. PARMENO.

CHAEREA.

Γ. m. c. OCCIDI.

I. t. a. Neque virgo eſt uſquam: neque ego, qui illam e ‖ conſpectu amiſi meo.
Ubi quaeram? ubi inveſtigem? quem per ‖ conter? quam inſiſtam viam?

* m. Incertus ſum. una haec ſpes eſt; ubi ubi eſt ‖, * diu celari non poteſt.

* m. O faciem pulchram: deleo omnes ‖ * dehinc ex animo mulieres:
Taedet cotidianarum harum ‖ formarum. PA. ecce autem alterum, 6

T. t. c. 1 Neſcio quid dĕ amore loquitur ‖: o infortunatum ſenem.

I. t. a. 2 Hic vero eſt, qui ſi occeperit, lu ‖ dum iocumque, [ſat ſcio,]
Dicet fuiſſe illum alterum, praeut ‖ huius rabies quae dabit.

*m. CH. 3 Ut ĭllum dii * deaeque ſenium perdant ‖, qui me hodie remoratus eſt; 10
Meque adeo qui reſtiterim; tum autem ‖ quĭ ĭllum floccifecerim.

T. t. a. Set ĕccum Parmenonem. ſalve ‖. PA. quid tu es triſtis? quidve es alăcris?

NOTAE.

1 *Neſcio quid*] Si codices faverent, π. *neſcio Qui* praeponerem, quo verſus ceteris ſimilis evaderet.

2 *Hic vero eſt*] Nihil certius quam verſum ſequentem a π. *dicet* incipiendum eſſe, huic vero ad numeros complendos deeſſe creticum. lacunam autem verbis hiſce, *ſat ſcio*, ſupplere nullus dubito, cum ſit tam familiaris Terentio in locis conſimilibus locutio. vid. III. II. 34. Et Adelph. III. II. 41. III. III. 6. IV. I. 10. *Scio*, ſimplex, ſive coniunctum cum *ſat*, *ſatis*, *certo*, *ſatis certo*, &c. Terentio commode παρέλκει, ad iuſtam verſus menſuram complendam ſaepe utiliſſimum. *Dicet* vero Faernus Bembinum codicem ſecutus legendum cenſet, non *dices*, quod alii codices; cui quidem lectioni favere videtur ſimilis locutio. III. V. 19. --- *primam dices, ſcio, ſi videris*. ſed *dicet* huic loco magis convenit, cum Parmeno neminem alloquatur.

3 *Ut ĭllum dii deaeque ſenium perdant*] Codd. fere omnes, *ſenem omnes*. nihil intereſt ratione verſus utrum legas, ſed prius merito praefert Donat. nam *plus*, inquit, *dixit ſenium, quam ſenem*.

T. t. c. Unde is? CH. ego ne? [1] neſcio hercle‖, neque ŭnde eam, neque quorſum eam:

I. d. a. [2] Ita prorſum oblitus ſum mei.

I. t. a. PA. Qui'quaeſo? CH. amŏ-. PA. hem. CH. nunc=Parmenō tē‖ oſtendes, qui vir ſies.

Scis te mihi ſaepe pollicitum eſſe‖: Chaerea, aliquid inveni
Modo'quod ames: in ea re utilitatem ego‖ faciam ut cognoſcas meam:
Cum in cellulam ad te=patrĭs penum omnem‖ congerebam clanculum.
PA. Age inepte. CH. hoc hercle factumſt. [3] fac ſis‖ nunc promiſſa appareant.
Sive adeo digna res eſt, ubi tu‖ nervos intendas tuos,
Haut ſimilis virgoſt virginum nos‖trarum: quas matres ſtudent
Demiſſis umeris eſſe, vincto‖ pectore, ut gracilae ſient.
Siqua eſt habitior paulo, pugilem eſſe‖ aiunt: deducunt cibum:
Tamĕtſi bona eſt natura, reddunt‖ curatura iunceas:
[4] Itaque'ergo amantur. PA. quid tua iſtaec‖? CH. nova figura oris. PA. papae.
CH. [5] Colŏr'verus, corpus ſolidum & ſuci‖plenum. PA. anni? CH. anni? ſedecim.

l m. c. PA. [6] Flos ipſe.

I. tr. CH. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario

Fac

NOTAE.

1 *Neſcio hercle‖ neque ŭnde eam*] Primam in *unde* corripi poſſe patet non ſolum ex plurimis locis Plautinis, ſed & ex Heaut. V. II. 25.

Abiit: vah, rogaſſe vellem‖. CL. *quid?* SY. *ŭnde mihi peterem cibum.* vide etiam Andr. IV. IV. 15. ſed quibus haec metrorum diſtinctio minus placet, poſſunt *neque* retrahere ad *hercle*, ut *hercle neque* ſit dactylus.

2 *Ita prorſum*] Omnes fere codd. *Ita prorſus ſum oblitus mei.*

3 *Fac ſis*] Lib. Bemb. *faxis*. Et ſic vetus quidam Grammaticus apud Putſch. p. 1916. Sed male. *faxis* enim nuſquam apud Plautum aut Terentium imperativi vim obtinet.

4 *Itaque ergo amantur.* PA. *quid tua iſthaec*] Si per codices liceret, haec omnia *Parmenoni* tribuerem. vix enim locum habere poſſunt in ore hominis quotidianas quas vocat formas acriter vituperantis. Sed optime conveniunt Parmenoni heri ſui faſtidium ridenti & improbanti; & niſi illi tribuas, *quid tua iſthaec*, abrupte nimis dici videtur.

5 *Colŏr verus*] Qui ſecundam in *color* corripi poſſe non noverunt, ut verſum conſtituerent, alterum *anni* contra optimorum codicum fidem omiſerunt. nullus autem in Terentio locus eſt, ubi magis ſentiri poſſit, quantum licentiarum ignorantia ſervato etiam metro numeros corrumpat. Sic enim verſus, qui nunc eſt ſuaviſſimus

* m. Fac tradas: * mea nihil refert, dum potiar modo.
I. t. c. PA. Quid, virgo cuiaſt? CH. neſcio hercle. PA. un' deſt? CH. tantundem. PA. ubi habitat?
CH. Ne id' quidem. PA. ubi vidiſti. CH. in via. PA. 7 qua ‖ ratione amiſiſti?
I. tr. CH. Id equidem adveniens mecum ſtomachabar modo:
8 Nec quemquam eſſe-ego hominem=arbitror, cui=magĭs bonae
Felicitates omnes adverſae ſient.
PA. Quid' hoc eſt ſceleris? CH. perii. PA. quid factumſt? CH. rogas?
Patris cognatum atque aequalem Archidemidem
9 Noſtin? PA. quid ni? CH. is, dūm hanc ſequor, fit mihi obviam.
PA. Incommode hercle. CH. immo enĭmvero infeliciter:
Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.
Illum liquet mihi deierare, his menſibus
Sex, ſeptem prorſum non vidiſſe proxumis,
Niſi nunc, cum minime vellem, minimeque opŭs fuit.
Eho', non ne hoc monſtri ſimileſt? quid ais? PA. maxume.
CH. Continuo adcurrit ad me, quam longe quidem,
Incurvus, tremulus, labiis demiſſis, gemens:
Heus, heus, tibi dico Chaerea, inquit. reſtiti.
Scin quid ego te volebam? dic. cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? ut diligenter nunties

NOTAE.

mus, incedet. *Co'lor ve-rus cor=pus ſoli-dum & ſuc=ci ple* ‖ ubi accentus ſemper cadit in ultimas ſyllabas, & ſingula verba miſere diſtrahuntur, quo nihil auribus accidere poſſit ingratius.

6 *Flos ipſe*] Haec extra verſum poſui, cum ſequenti praepoſita, ut apud Faern. alioſque omnes, trimetrum corrumpant, & ſeptenarium faciant; quod genus verſus etſi uno aut altero loco neceſſario admittendum videatur, vitandum certe, cum commode fieri poſſit. Alii peſſimo conſilio, ut verſum ad trimetrum reducant, delevere tria *vel*, in quibus conſiſtit omnis fere verſus elegantia. quæ vero iſtis ademptis ſuperſunt, verſum inficetum admodum efficiunt. *Flos' ipſe hanc-tu mi= hī vi-clam pre=cario.*

7 *Qua ratione amiſiſti*] Manifeſtum eſt Donatum legiſſe *amiſti*, cum dicat per ſyncopen poſitum pro *amiſiſti*; ſed ſic verſus non conſtat, niſi quicquam exciderit. unde legiſſe eum ſuſpicor, *qua ratione autem amiſti*?

8 *Nec quemquam eſſe ego hominem*] In verborum collocatione multum variant Codices. praetulerim, *nec quenquam ego hominem eſſe*; quo modo videtur legiſſe Donatus.

9 *Noſtin*?] Faern. ut metro conſulat, *noviſtin*? ut in lib. Bemb. ſed omnes alii fere codd. *noſtin*. & hoc eo magis interroganti accommodum, quo brevius. & ſic alias ſemper Terentius. Vid. V. 58, 60. Et II. V. 15. Adelph. V. II. 5. Phorm. V. II. 5. Stat verſus, non elidendo *dum*.

Patri, advocatus mane mihi esse ut meminerit.
Dum haec dicit, abiit hora. rogo num quid velit.
Recte, inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem,
Illa'se se interea commodum huc advorterat
1 In hănc'nostram plateam. PA. mirum, ni hanc dicit, modo
Huic quae datast dono. CH. huc cum advenio, nulla erat.
PA. Comites secuti scilicet sunt virginem?
CH. Verum; parasitus cum ancilla. PA. 2 ipsast: ilicet:
Desine: iam conclamatumst. CH. alias res agis.
PA. Istuc ago equidem. CH. nostin quae sit? dic mihi: aut
3 Vidistin? PA. vidi, novi: scio, quo abducta sit.
CH. 4 Eho'Parmenō mi, nostin? & scis=ubi siet?
*m.T.t.c. PA. Huc deductast ad meretricem ‖ Thaidem; * ei dono datast.
CH. Quis is est tam potens cum tanto ‖ munere hoc? PA. miles Thraso
Phaedriae rivalis. CH. duras ‖ fratris partis praedicas.
PA. 5 Immo enĭm si scias quod donum huic ‖ dono contra conparet,
6 Tum magis id dicas. CH. quod nam quaeso hercle ‖? PA. eunuchum. CH. illum ne obsecro
Inhonestum hominem, quem mercatus ‖ est 7 he=rĭ, senem, mulierem?
PA. Istunc ipsum. CH. homō quatietur ‖ certe cum dono foras.
Set ĭstam Thaidem non scivi ‖ nobis vicinam. PA. haut diust.
CH. Pe-

NOTAE.

1 *In hanc nostram*] Frustra, ut versui consulant, verborum ordinem immutant, leguntque, *in nostram hanc*. *Hanc* enim, ut & *hunc* & *hinc*, corripi posse pluribus ex locis patet. Vid. Andr. IV. II. 25. Phorm. II. III. 23. Eun. III. II. 10. Andr. V. IV. 32. Adelph. V. III. 30.

2 *Ipsa est: ilicet*] Omnes Boecleri codd. & optimi quique e Leng. *scilicet*. sic etiam Erasmus, Muret. alii. Et sic verius legi opinor, cum *desine* invenuste inseri videatur inter *ilicet* & *conclamatum est*.

3 *Vidistin?*] Faern. *Aut* huic versui praepositi; sed in scansione ad praecedentis finem necesse est reiicias.

4 *Eho Parmeno mi nostin?* CH. *& scis ubi siet?*] Faern. & alii, *nostin?* PH. *novi.* CH. *& scis.* Et tum versus constat corripiendo ultimam in *Parmeno*; sed id contra Terentii morem est, & numeri minus recte procedunt. *Eho'Parmenŏmi nos=tin no-vi & scis=.novi* igitur delendum censeo; quod & alias in MSS. inepte insertum in locis consimilibus observavi; neque hic commode locum habet. dixerat enim Parmeno versu proxime prae-

CH. Perii, numquam ne etiam mĕ illam ‖ vidiſſe? ehodum dic mihi:
Eſt ne, ut fertur, forma? PA. ſane. CH. at ‖ nihil ad noſtram hanc. PA. alia res.
CH. Obſecro hercle Parmenō, fac ŭt ‖ potiar. PA. faciam ſedulo, ac
Dabo operam, adiuvabo: nunquid ‖ me aliud? CH. quo nunc is? PA. domum,
Ut mancipia haec, ită ut iuſſit ‖ frater, ducam ad Thaidem.
CH. O fortunatum iſtum eunuchum ‖, qui quidem in hanc detur domum!
PA. Quid ita? CH. rogitas? ſumma forma ‖ ſemper conſervam domi
I. t. a. Videbit, conloquetur: aderit ‖ una in unis aedibus:
Cibum non numquam capiet cŭm ea: in ‖ terdum propter dormiet.
PA. Quid ſi nunc tute fortunatus ‖ fias? CH. quare Parmeno?
Reſponde. PA. capias tu ĭllĭus veſtem ‖. CH. veſtem? quid tum poſtea?
PA. [8] Prŏ illo te ducām. CH. audiō. PA. tĕ ĕſſe ‖ illum dicam. CH. intellego.
PA. Tŭ illis fruare commodis, quibŭs ‖ tŭ illum dicebas modo:
Cibum una capias, adſis, tangas ‖, ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque te quiſquam ‖ novit, neque ſcit qui ſies.
[9] Praeterea forma, & aetas ipſaſt ‖, facile ut pro eunucho probes.
CH. Dixti

NOTAE.

praecedente, *novi*, *ſcio*, *quō abducta ſit*. quid aptius ad hoc reſponderi poterat, quam, *Eho' Parmenō mi*, *noſtin*, *& ſcis ubi ſiet*? res, ni fallor, manifeſta. vid. v. 83.

5 *Immo enim*] Sic omnes fere codd. recte. Faern. *enim* omiſit.

6 *Tum magis id dicas*] Cum Faerno cenſeo *id* ſubditicium eſſe. elegantius enim omitti videtur, ut Phorm. V. VI. 38. *quo magĭs credas*, alias *is* in *magis* eliditur, & *id* corripitur.

7 *Heri ſenem*] Ultimam in utrovis corripere poſſis, nam ſecunda in *heri* corripitur etiam, Hec. III. V. 16. altero vero nihil eſt frequentius, ſed prior licentia huic loco commodior.

8 *Prŏ illo te ducam*] Ultima in *ducam* non eliditur, cum quod ſequitur & a diphthongo incipiat, & ab alia perſona dicatur; ſed ſi per codices liceret, mallem *deducam*, ut v. 92. *deducar*.

9 *Praeterea*, &c.] Lectio huius verſus fruſtra ſollicitatur. ad *probes* monet Donatus ſubaudiendum eſſe *te*; ſed haec locutio tam dura videtur, ut ſuſpicer *te* excidiſſe ab initio ſequentis verſus; cui quidem verſui deeſt ſyllaba, ut par ceteris reddatur.

T. t. c. CH. Dixti pulchre: numquam vidi‖ melius consilium dari. 85
Age eamus intro: nunc iăm orna me‖, abduc, duc quantum potes.
PA. Quid agis? iocabar equidem. CH. garris‖. PA. perii, quid ego egi miser?
Quo trudis? perculeris iam tu me‖. tibi equidem dico, mane.
CH. Eamus. PA. pergin? CH. certumst. PA. vidĕ ne‖ nimium calidum hoc sit modo.
CH. Non est profecto: sine. PA. at enim istaec‖ in me cudetur faba. CH. ah. 90
PA. Flagitium facimus. CH. an ĭd flagitiumst‖, si in domum meretriciam
Deducar, & illis crucibus quae nos‖ nostramque adulescentiam
Habĕnt‖ despicatam, & quae nos semper‖ omnibus cruciant modis,
* m. Nunc referam gratiam: atque * eas itidem‖ fallam, ut ab illis fallimur?
[1] An potius haec patri aequum est fieri, ut‖ a me ludatur dolis?
Quod qui rescierint, culpent; illud‖ merito factum omnes putent. 96
PA. Quid ĭs‖ tic? si certumst facere, facias‖: verum ne post conferas
Culpam in me. CH. non faciam. PA. [2] iubes ne‖? CH. iubeo, cogo, atque impero;

[3] Num-

NOTAE.

1 *An potius haec patri aequum est fieri*] Sic Bembinus & antiqui omnes, si Faerno fides, sensu longe optimo; sed omnes L. & Boecleri Codices *pati*, sensu, ut mihi quidem videtur, nullo; nam quod sequitur, *quod qui rescierint, culpent*, ad verba proxime praecedentia referendum est: sensus vero qui inde exurgit, manifeste repugnat ei, quod dicere voluit Chaerea: *eum* enim *in culpa esse, qui meretrices fallat*, haec verba volunt; Chaerea contra, non qui fallat, sed qui ab iis se falli impune patiatur. Faernianam igitur lectionem toti amplectimur; sed monendum est T. Fabrum pro *haec, hoc* legere, sed nullius codicis auctoritate; nec quicquam probationis affert, nisi, *nunquam aliter Latini.*

2 *Iubesne*? CH. *iubeo, cogo, atque impero*] Codd. fere omnes, *iubeo, immo cogo, atque impero.* Et sic etiam Nonius in *Cogere*; quam lectionem si recipias, *iubesne* pronuntiandum, ac si scriptum esset *iuben*? verum si codd. permitterent, *immo* libentius ante *iubeo* ponerem. *iubĕn*? *immo iubeo, cogo, atque impero.* sed melius, ni fallor, abest.

3 *Numquam defugiam*] Haec in omnibus codd. Parmenonis verba sunt; sed res ipsa contra clamat, lubetque Chaereae

5 tri-

3 Numquam defugiam auctoritatem[1]. ſequere. PA. Di vortant bene.

ACTUS III. SCAENA I.

THRASO miles. GNATHO. PARMENO.

THRASO.

I. tr. MAGNAS vero agere gratias Thais mihi?
*m. GN. Ingentis. TH. * ain tu, laetaſt? GN. non tam ipſo quidem
Dono, quam abs te datum eſſe: id vero ſerio
Triumphat. PA. huc proviſo, ut ubi tempus ſiet,
Deducam. ſet ĕccum militem. TH. eſt iſtuc datum
Profecto, ut grata mihi ſint quae facio omnia.
GN. Advorti hercle animum. TH. vel rex ſemper maxumas
Mihi agebat, quidquid feceram: aliis non item.
GN. Labore 4 alieno magno partam gloriam
Verbis ſaepe in ſe tranſmovet, quĭ habet ſalem:
5 Quod ĭn'te eſt. TH. habes. GN. rex te ergo in oculis. TH. ſcilicet.

GN. [1] Geſtire.

NOTAE.

tribui. Sic igitur Muretus, Faern. alii. *defugere* enim *auctoritatem* eſt infitiari ſe facti auctorem fuiſſe. hanc huius locutionis vim eſſe ex Plauti Poenulo perquam manifeſtum eſt. I. I. 17.

AG. *Si tibi lubido eſt,*——
——*Auctor ſum, ſino.*
Mi. *Si auctoritatem poſtea defugeris,*
Ubi diſſolutus tu ſies, ego pendeam.

nec quicquam opportunius a Chaerea dici poterat, quo Parmenonem haerentem & timidum ad lubidini ſuae obſequendum adigeret, *non faciam, non defugiam. non te deſeram, ne metuas, me vide, fidenter te mihi credas; quicquid evenerit, meo periculo fiet, non tuo, quem me iubente & cogente hoc quicquid eſt facinoris feciſſe conſtanter dicam.* Si haec verborum mens eſt, Chaerae ſoli convenire poſſunt; eius autem eſſe, vox ſequens etiam oſtendit. Servusne enim hero, an herus ſervo dixerit, *ſequere*? herus certe, ſi quid video.

4 *Alieno magno*] Codd. Leng. & Parei fere omnes, *magnam.*

5 *Quod in te eſt*] Alii, *Qui*, ſed alteram veram eſſe lectionem extra dubium poſuit Rivius. *Ita enim*, inquit ille, *Donatus, Servius, Acron, Priſcianus, Non. Marcellus, alii. Quod* autem eſt *quae res*; quod genus loquendi pluribus exemplis probavit G. Fabritius.

GN. [1] Geſtire. TH. [2] verum: credere omnem exercitum,
Conſilia. GN. mirum. TH. tum ſicubi eum = ſatietas
Hominum, aut negoti ſi quando odium ceperat,
Requieſcere ubi volebat, quaſi: noſtin? GN. ſcio.
Quaſi ubi illam expueret miſeriam ex animo. TH. tenes.
Tum me convivam ſolum abducebat ſibi. GN. hui,
Regem elegantem narras. TH. immo ſic homoſt
Perpaucorum hominūm. GN. immo nullorum arbitror,
Si tecum vivit. TH. invidere omnes mihi,
Mordere clanculum: ego non flocci pendere:
Illi invidere miſere, verum unus tamen
Inpenſe, elephantis quem Indicis praefecerat;
Is ubi moleſtus magis eſt, quaeſo, inquam, Strato,
* m. * Eo ne es ferox, quia habes imperium in beluas?
GN. Pulchre mehercle dictum & ſapienter. papae,
Iugularas hominem. quid ille? TH. mutus ilico.
GN. Quid ni eſſet? PA. di veſtram fidem. hominem perditum,
Miſerumque: & illum ſacrilegum. TH. quid, illud, Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,
Numquam tibi dixi? GN. numquam: ſed narra obſecro.
Plus milies audivi. TH. una in convivio
Erat hic, quem dico, Rhodius aduleſcentulus:
Forte habui ſcortum: coepit ad id adludere,
Et me inridere. quid ais, inquam, homo inpudens?

[3] Lepŭs

NOTAE.

6 *Geſtire*] In tanto codd. conſenſu nihil muto; ſed mihi perſuaſiſſimum eſt veram lectionem eſſe, *geſtare*. quo modo legit cod. Dun. & duo alii melioris notae e codd. L. & ſic arbitror legiſſe Donatum, cum ad haec annotet, tantam eſſe militis importunitatem, *ut non ſinat verba impleri, quin praefeſtinet*, SCILICET & VERUM *dicere*. Si verba igitur impleas omiſſo *ſcilicet*, integra oratio erit, *rex te in oculis geſtare*, ut Adelph. IV. V. 75. *Hic non amandus? hicine non* GESTANDUS *in ſinu eſt?*
Et quidni *geſtare* legas, cum ſi non ita legeris, hoc ipſum verbum, aut aliud ἰσοδύναμον neceſſario ſabaudiendum ſit? ſed Faern. codd. ſuos ſecutus praetulit *geſtire*, id eſt, *laetari*, *gaudere*, quoties ſc. te videret.

2 *Verum*] Faern. *vero*, ſed *verum*, ni fallor, loco magis convenit, ut mox *mirum*. & ſic codd. plerique omnes.

3 Lepŭs tute es, ĕt pulpa-mentum quaeris. GN. ha, ha, hae.
TH. Quid eſt? GN. facete, lepide, laute, nihil ſupra.
* m. * Tuum ne' obſecrō te, hoc dictum erat? vetŭs credidi.
TH. Audieras? GN. ſaepe; & fertur in primis. TH. meumſt.
GN. 4 Dolĕt' dictum inprudenti aduleſcenti, & libero,
PA. At te Di perdant. GN. quid ille quaeſo? TH. perditus.
Riſu omnes qui aderant, emoriri: denique
Metuebant omnes iam me. GN. non iniuria.
TH. Set heus tu, purgon ego me de iſtac Thaidi
Quod eam mĕ amare ſuſpicataſt? GN. nihil minus.
Immo auge magĭs ſuſpicionem. TH. cur? GN. rogas?
Scin, ſi quando illa mentionem Phaedriae
Facit, aut ſi laudat, te ut male urat? TH. ſentio.
GN. Id ut ne fiat, haec res ſolaſt remedio.
Ubi' nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. ſi quando illa dicet, Phaedriam, in-
5 -tromittamus commiſſatum: tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. ſi laudabit haec
Illius formam: tŭ hŭius contra. denique
Par pro pari referto, quod eam mordeat.

N TH. Si

NOTAE.

2 *Miſerumque.*] Sic ſcena ſequente, v. 33.

——*domini pauperis*
Miſerique, de eodem dictum eſt.

3 *Lepus tute es.*] Notum illud Martialis.

Inter aves turdus,——
Inter quadrupedes gloria prima LEPUS.

a lumbis vero & clunibus lautiſſimus. atque hinc *pulpamentum* proprie admodum de *lepore* dicitur, cum vox ea a pulpa ducta ſit, ſed & hoc nomine cibi quivis lautiores veniunt. Sic Plaut. Stich. V. IV. 31.

Nimĭs vellem aliquid PULPAMENTI:

& Mil. III. 1. 59.

Neque praeripio PULPAMENTUM.

& Pſeud. IV. I. 37.

Lepido victu, vino, unguentis, & interpocula PULPAMENTIS.

Atque eodem fere ſenſu uſurpatur etiam Plauto *pulmentum*. Mil. II. III. 78.

Primus ad cibum vocatur, primo PULMENTUM *datur.*

Vid. etiam Curc. I. I. 90. ubi pro *pulpamentum* legendum eſt *pulmentum*. in poſteriore autem verſus parte neſcio an non pro *ha ha hae*, rectius legeremus *ah ah eh.* ut And. IV. IV. 15.

4 *Dolet dictum.*] Haec verba plures codices Thraſoni tribuunt, quod melius puto; ſic enim optime Gnatho narrantem excipit dicendo, *Quid ille quaeſo?* quae minus recte cohaerent cum *Dolet &c.* ſi haec etiam Gnathonis ſint.

5 *-tromittamus.*] Faern. *Intromittamus.* ſed in ſcanſione *in* ad praecedentem verſum adjiciendum.

TH. Si qui'dem mĕ amaret, tŭm ĭſtuc prodeſſet Gnatho.
GN. Quando illud quod tu das, exſpectat atque amat,
Iam dudum tĕ amat: iamdudum illi facile fit,
Quod doleat: metuit ſemper, quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas.
TH. Bene dixti: ac mihi ĭſtuc non in mentem venerat.
GN. Ridiculum: non enĭm cogitaras: ceterum
Idem hŏc' tute melius quanto inveniſſes Thraſo?

SCAENA II.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATHO. PYTHIAS ancilla.

THAIS.

I. tr. AUdire vocem viſa ſum modo militis.
Atque eccum. ſalve mi Thraſo. THR. o Thais mea,
*m. *Meum' ſuavium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſtac? PA. quam venuſte: quod dedit
Principium adveniens. THA. plurimum merito tuo.
GN. Eamus ergo ad cenam: quid ſtas? PA. hem alterum:
Ex homine hunc natum dicas. THR. ubi vis, non moror.
PA. Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam.
Ituran Thais quopiam es? THA. ehĕm Parmeno,
Bene' feciſti: hodie itura. - PA. quo? THA. quid, hŭnc = non vides?
PA. Video'; & me taedet. ubi vis dona adſunt tibi
A Phaedria. THR. quid ſtamus? cur non imus hinc?
PA. Quaeſo

NOTAE.

1. *Haut noſtris ſimilia.*] *Aut* Faerno *melius videtur, ut perſeveret*, inquit, *ironia per particulam diſiunctivam*. quod & T. Fabro placet. mihi contra *aut* frigidum videtur, & non *aut* ſed & dicendum erat, ſi Thraſo voluit quod illi volunt. *haut* vero vel *haud* eſt codicum fere omnium lectio, & ſic Priſcian. p. 983. vid. II. III. 22.

2 *Honeſtuſt.*] Faern. *honeſtus eſt.* multi codd. omittunt *eſt*, quod placet.

3 *Periclum.*] Faern. *periculum.* ſed verſus *periclum* exigit. hic autem locus docet, quaenam Graecorum veterum eſſet in pueris inſtituendis ratio: cui gemina ſunt iſta Xenophontis, initio libelli de Lac. Rep. εὐθὺς δὲ πέμπουσιν (οἱ ἄλλοι Ἕλληνες) εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν. καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Sic etiam Ariſtoteles Politic l. 8. c. 3. Ἔστι δὲ τέτταρα κι-

PA. Quaeſo hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quae volumus, convenire & conloqui.
THR. Perpulchra credo dona, [1] haut noſtris ſimilia.
PA. Res indicabit. heus iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi, ocius. procede tu huc.
Ex Aethiopia eſt uſque haec. THR. hic ſunt tres minae.
GN. Vix. PA. ubi tu es Dore? accede huc: hem eunuchum tibi
Quam liberali facie, quam aetate integra?
THA. Ita' me Di ament, [2] ho-neſtuſt. - PA. quid tŭ ais Gnatho?
Numquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo?
Tacent: ſatĭs laudant. fac [3] periclum in litteris,
Fac in palaeſtra, in muſicis: quae liberum
Scire aequom eſt aduleſcentem, ſollertem dabo.
THR. Ego illum eunuchum, [4] si opŭs ſiet, vel ſobrius.
PA. Atque haec qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat
*m. Te vivere, et * ſua cauſa excludi ceteros,
Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtentat: neque tibi obſtat, quod quidam facit:
Verum ubi moleſtum non erit, ubi tu voles,
Ubi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur.
THR. Apparet ſervum hunc eſſe domini pauperis
Miſerique. GN. nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,
Quĭ ha'beret qui pararet alium, hunc perpeti.
PA. Tăce' tu: quĕm ego - eſſe infra infimos omnis puto
Homines: nam qui huic animum adſentari induxeris,
E flamma petere te cibum poſſe arbitror.
THR. Iam ne imus? THA. hos prius introducam, & quae volo

NOTAE.

χεδὸν, ἃ παιδεύειν εἰώθασι, γράμματα, καὶ γυμνασικὴν, καὶ μουσικήν· καὶ τέταρτον ἔγιοι γραφικήν. Magnum vero operae pretium fuerit legiſſe quae Plautus de puerili inſtitutione, verſibus bene multis, in Bacch. III. III. 17. atque haec, ni fallor, abunde probant falli eruditiſs. Iſ. Voſſium, qui in Notis ad Melam, p. 64. *literas* pro *numeris* hic poni vult, ut *intelligatur Arithmetica, & ſcientiae Mathematicae, quae numerorum beneficio indigent.* cum *literae* idem ſint quod γεάμματα. γεάμματα vero Graecis longe aliud ſint ac ἡ ἀριθμητικὴ.

4 *Si opus ſiet.*] Sic omnes fere codices & Donat. & lectionem hanc probat etiam Faernus, licet in textu poſuerit *ſit*, quae Bem. codicis lectio eſt.

Simul imperabo: [1] post continuō exeo.
THR. Ego hĭnc' abeo, tu istanc opperire. PA. haut convenit
Una ire cŭm amica imperatorem in via.
THR. Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.
GN. Ha ha' hae. THR. quid rides? GN. istud quod dixti modo:
Et illud de Rhodio [2] dictum cum in mentem venit.
Set Thais exit. THR. abĭ: praecurre ut sint domi
Parata. GN. fiat. THA. diligenter Pythias
Fac cures, si Chremes huc forte advenerit,
Ut ores, primum ut maneat: si id non commodumst,
Ut redeat: si id non poterit, ad me adducito.
PY. Ita' faciam. THA. quid? quid aliud volui dicere?
Ehĕm' curate istam diligenter virginem:
Domi ăd'sitis, facite. THR. eamus. THA. vos me sequimini.

SCAENA III.

CHREMES. PYTHIAS ancilla.

CHREMES.

I. tr. PROFECTO quanto magis magisque cogito,
Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum:
Ita me video ab ea astute labefactarier,
Iam tum cum primum iussit me ad se adcersier.
Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.
Ubi veni, causam, ut ibi manerem, repperit:
* m. * Ait' rem divinam fecisse, & rem seriam

Velle

NOTAE.

1 *Post continuo exeo.*] Legitur & *postea* Donato teste, & sic plures codd. quod versui magis convenit. si *post* legas, nulla in *continuo* fiet elisio. Donati ipsius in textu citando lectio est, *Post huc*, sed illud *huc* versui fulciendo videtur intrusum.

2 *Dictum cum in mentem.*] Ita recte cod. Bemb. nisi pro *venit*, legas *venerat*. sed a plerisque codd. *cum* abest, quasi versum impediret, cum re vera adiuvet; particula enim ista omissa, & *venit* erit praeteriti temporis, & caesura incommode cadet in ultimam v. *Rhodio*.

3 *Periisse.*] Faern. cum uno *i*.

4 *Malam rem hinc ibis.*] Faern. *ubis*, quod versum impedit. quidam codd. *abĭ*.

Donat.

Velle agere mecum. iam tŭm erat ſuſpicio,
Dolo malo haec fieri omnia. ipſa accumbere
Mecum; mihi ſe ſe dare: ſermonem quaerere.
Ubi friget, huc evaſit, quam pridem pater
Mihi &' mater mortui eſſent. dico, iam diu.
Rus Sunii & quod haberem, & quam longe a mari.
*m. Credo * ei placere hoc, ſperat ſe a me avellere.
Poſtremo & qua inde parva 3 periiſſet ſoror;
Et quis cŭm ea una; quid habuiſſet cum perit,
Et quis eam poſſet noſcere. haec cur quaeritet?
Niſi' ſi illa forte, quae olim periit parvola
Soror, hanc ſe intendit eſſe, ut eſt audacia.
Verum ea ſi vivit, annos nataſt ſedecim:
Non maior: Thais, quăm ego ſum, maiuſculaſt.
Miſit porro orare, ut venirem, ſerio.
Aut dicat quod volt, aut moleſta ne ſiet.
Non hercle veniam tertio. heus heus, ecquis hic?
Ego ſum Chremes. PY. o capitulum lepidiſſimum.
CH. Dico ego mihi inſidias fieri? PY. Thais maximo
Te orabat opere, ut cras redires. CH. rus eo.
PY. Fac amabo. CH. non poſſum, inquam. PY. at tu aput nos hic mane,
Dum redeat ipſa. CH. nihil minus. PY. cur mi Chremes?
CH. 4 Malam rem hinc ibis. PY. ſi iſtuc ita certumſt tibi,
Amabo, ut illuc tranſeas ubi illaſt. CH. eo.
PY. Abi' Dorias, cito hunc deduce ad militem.

NOTAE.

Donat. videtur legiſſe, *ibis*, haec enim ipſius interpretatio; *hoc adverbialiter dixit, quemadmodum dicimus, domum ibis.* & ſic habet Cod. Dun. & alii optimae notae. & ad eundem modum Adelph. III. III. 79. *Tu rus hinc ibis*, ſed ibi quoque alii corrupte, *abis*. quidam codd. *malam in rem*, & in Dun. *in* ſupraſcriptum eſt. & ſic alias Terent. ut Andr. II. I. 17. *Abin hinc in malam rem.* & Phorm. V. VIII. 37. *I. in malam rem.* ſed manifeſtum eſt Donatum abſque *in* legiſſe, nec de altera lectione lectorem monet. forte pro *abis*, legendum *ubi, ſis.*

SCAE-

SCAENA IV.

ANTIPHO adulescens.

ANTIPHO.

I. t. c. * m. † m. HEri' aliquot adulescentuli co"imus ' in Piraeo
In hunc diem ut de symbolis es"semus. Chaeream * ei † rei
Praefecimus: dati anuli: locŭs", tempus constitutumst.
Praeteriit tempus, quo in loco dic"tumst, parati nihil est.
Homo ipse nusquamst: neque sciō quid " dicam, aut quid coniectem.
Nunc ' mihi hoc negoti ceteri de"dere, ut illum quaeram.
2 Ibo ad eum, visam, si domist. quis"nam hinc ab Thaide exit?
Is 'est, an non est? ipsus est. quid hŏc " hominis? quĭ hic 3 ornatust?
Quid illud mali est? nequeo satis mi"rari neque conicere.
Nisi quidquid est, procul hinc lubet priŭs " quid sit scisci tari.

SCAENA V.

CHAEREA. ANTIPHO adulescens.

CHAEREA.

T. t. c. NUmquis hic est? nemo est. numquis " hinc me sequitur? nemo homost.

Iam

NOTAE.

1 *In Piraeo.*] Notum est hunc versum laudari a Cicerone ad Attic. l. 7. ep. 3. ubi legitur in omnibus codd. *in Piraeum.* sed nihilominus ex contextu ipso Terentii, ni fallor, liquet veram lectionem esse *in Piraeo*, cum *in hunc diem* ad *coimus* referendum sit, monstretque idem illud valere, quod *consensimus, pepigimus*, quomodo interpretatur Donatus. quod ad Ciceronem attinet, aut codices in vitio sunt, aut ipse memoria lapsus est: cum utrumvis legas, aeque faveat sententiae quam tuetur; praepositionem sc. huic voci, *non ut oppido, sed ut loco*, praeponere licuisse, auctore Terentio, optimo Latinitatis magistro.

2 *Ibo ad eum, visam.*] Faern. cum Erasmo & aliis, *Idque adeo visam.* sed nihil ad locum annotavit. Pall. omnes Parei, meliores libri G. Fabritii, & e Lengianis optimi, *Ibo ad eum*, quos sequendos duxi.

3 *Ornatust.*] Faern. *ornatus est.* sed duae ultimae syllabae in unam contrahendae sunt, ut constet versus. tres e codd. Pall. habent *quid hic*, vel *quid hoc ornati est.* & plures e Leng. post *hominis* habent *est*, quod versum specie adiuvat, re corrumpit.

4 *Quid ĕst, quod laetus.*] Hic unicus locus est, ubi verborum ordinem absque codicum auctoritate immutare ausus sum. sed aequus lector, spero, condonabit, cum viderit, eo me ratione versuum plane coactum, qui hac mutatione admissa optime procedunt, alias uterque laborat.

Iam ne erumpere hoc licet mihi ‖ gaudium? pro Iuppiter,
I. t. c. Nunc ′ eſt profecto interfici, cum ‖ perpeti me poſſum,
Ne hoc gaudium contaminet vita ‖ aegritudine aliqua.
I. t. a. Sed neminem ne curioſum in‖tervenire nunc mihi,
Qui me ſequatur quoquo eam, rogi‖tando obtundat, enicet:
Quid geſtiam, aut quid laetus ſim, quo ‖ pergam, unde emergam, ubi ſiem
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quaeram ‖, ſanus ſim an ne inſaniam.
I. t. c. AN. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam ‖ video velle, inibo.
T. t. a. Chaere-a, quid eſt=quod ſic geſtis ‖? quid ſibi hic veſtitus quaerit?
Γ. t. c. 4 Quid ĕſt, quod laetus=ſis? quid tibi vis ‖? quid me adſpectas? quid taces?
I. t. c. Satĭn ′ ſanus? CH. 5 o feſtus dies homi‖nis: amice ſalve:
6 Nemoſt hominum quem ego nunc magis cupe‖rem videre, quam te.
I. t. a. AN. Narra iſtuc quaeſo quid ſiet. CH. immo ego ‖te obſecro hercle ut audias.
Noſtin hanc, quăm amat frater? AN. novi ‖, nempe opinor Thaidem.

CH. Iſtam

NOTAE.

rat. Sic enim in Faerno ſe habent.

Quid eſt, quod laetus ſis? quid tibi vis ‖? ſatin ſanus? quid me aſpectas?
Quid taces? CH. o feſtus dies hominis! amice ſalve.

in primo horum ſi cetera ſana ſunt, pro *ſatin* legendum eſt *ſatine*. eſt enim verſus T. t. a. non I. t. c. quod ille putavit: ſecundo vero, cum *taces* ſpondei locum implere nequeat, difficilius remedium adhibetur; & niſi legas pro *taces*, *tacitus*, neceſſe eſt ab initio aliquid exciderit, & legendum vel *aut quid*, vel *quidve*, quorum neutrum ſatis mihi facit. alii, qui Faernum non ſequuti ſunt, peſſime hunc & ſequentes duos ordinarunt hoc modo.

Quid eſt, quod laetus ſis? quid tibi vis? ſatine ſanus? quid me
Aſpectas? quid taces? o feſtus dies hominis! amice,
Salve; nemo eſt, quem ego magis nunc cuperem videre quam te.

Sic Eraſm. & Steph. Muretus etiam, niſi quod tertium ſic conſtituerit. *Salve: nemo omnium eſt quem ego magis nunc cuperem videre:* verſus autem ſic ordinati ſunt Iambic. t. c. qui vero Mureti lectioni addunt, *quam te*, quem verſum efficere velint, neſcio.

5 *O feſtus dies hominis.*] O aeque jucunde mihi ac *feſtus dies*. ſic Plaut. Caſin. 1. 42. ——*meus feſtus dies,*
Meŭs pullus paſſer, mea columba, mi lepus.

6 *Nemo eſt hominum.*] Sic IV. VI. 19. *Egŏn for-mido=loſus? nemoſt ‖ hominum qui vivat, minus.*

CH. Iſtam' ipſam. AN. ſic com-memineram. CH. [1] hodie quaedam
*m. eſt * ei dono data
Virgō. quid ego eius tibi nunc faciem praedicem, aut laudem
Antipho,
Cum ipſum me noris quam elegans for'marum ſpectator ſiem?
*m. In hac commotus ſum. AN. * ain tu? CH. primam dices, ſcio, ſi
videris.
Quid multa verba? amare coepi: forte fortuna domi
Erät' quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus etiam dum ad eam, ſummonuit me Parmeno
Ibi' ſervus, quod ego arripui. AN. quid id eſt? CH. tacitus, citius
audies;
Ut veſtem cŭm eo mutem, & prŏ illo iubeam mĕ [2] illoc ducier.
AN. Pro eunuchon? CH. ſic eſt. AN. [3] quid ex ea re tandem ut
caperes commodi?
CH. Rogas? viderem, audirem, eſſem una qua cum cupiebam
Antipho.
Num parva cauſa, aut parva ratioſt? traditus ſum mulieri.
Illa ilico ubi me accepit, laeta vero ad ſe abducit domum:
Conmendat virginem. AN. cui? tibĭ ne? CH. mihi. AN. ſa-tis tuto
tamen.
CH. Edicit ne vir quiſquam ad eam adeat: & mihi ne abſcedam,
imperat.
In interiore parte ut maneam ſolus cum ſola: adnuo
Terram intuens modeſte. AN. miſer. CH. ego, inquit, ad cenam
hinc eo:

Abducit

NOTAE.

1 *Hodie quaedam.*] Sic optimi ex L. codd. quae melior collocatio. ſed Faern. *quaedam hodie.*

2 *Illoc ducier.*] Sic cod. Bemb. alii codd. *deducier*, quos ſequitur Faern. ſed verſus reſpuit, niſi *illŭc de* pro anapaeſto habeas, quod durius. Et Faern. alteram lectionem proculdubio praetuliſſet, ſi *cum* non oportere elidi obſervaſſet.

3 *Quid ĕx ea re.*] *Ex* corripi poſſe, plura exempla oſtendunt. vid. II. II. 59. & Adelph. I. I. 15. & V. IX. 31.

4 *Atque in.*] Septem e codd. Leng. *& per.*

5 *Per impluvium.*] Prima in *impluvium* corripitur etiam Phorm. IV. IV. 26.

6 *Feci, ea lubens.*] Locus manifeſto mendoſus, quod vel ipſa verſus ratio oſtendit; ut mirer neminem animadvertiſſe ante T. Fabrum, qui ſenſus, non verſus ductu,

feci

Abducit ſecum ancillas: paucae ||, quae circum illam eſſent, manent
Noviciae puellae. continuo || haec adornant ut lavet.
Adhortor properent. dum apparatur ||, virgo in conclavi ſedet
Suſpectans tabulam quandam pictam: ibi || inerat pictura haec, Jovem
Quo pacto Danae miſiſſe aiunt || quondam in gremium imbrem aureum.
Ego'met quoque id ſpectare coepi: & || quia conſimilem luſerat
Jam olim' ille ludum, inpendio magis || animus gaudebat mihi;
*m. * Deum' ſe ſe in hominem convertiſſe, [4] atque || in alienas tegulas
Veniſſe clancu=lum [5] per ĭnpluvium || fucum factum mulieri.
At quem deum? qui templa caeli || ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud || vero ita [6] feci, ac lubens.
l. t. c. Dum haec mecum reputo, adcerſitur la||vatum interea virgo:
*dif. [7] It', lavit, rediit; * deinde eam in lectum || illae conlocarunt.
Sto exſpectans, ſi quid mihi imperent, venit || una, heus tu, inquit, Dore
Cape hoc flabellum, [8] ventulum huic ſic || facito, dum lavamur:
Ubi nos laverĭmus,' ſi voles, la||vato. accipio triſtis.
AN. Tum equidem iſtuc os tuum inpudens vi||dere nimium vellem,
Qui eſſet ſtatus, [9] flabellulum te||nere te aſinum tantum.
CH. Vix elocutaſt hoc, foras ſimul || omnes proruunt ſe;
Abeunt lavatum, perſtrepunt; ita || ut fit, domini ubi abſunt.

O Inte-

NOTAE.

feci ferri non poſſe ſenſit; neque enim Chaerea hic narrat, quid feciſſet, ſed quid tum ſecum meditaretur. ſed emendandi rationem non recte iniit vir acutiſſ. non enim *faciam*, quod ille voluit, legendum, ſed *fecerim*, quod ad *feci* proxime accedit, cum *er*, & *m*, librarii non ſcribere ſolerent, ſed notulis ſupra poſitis indicare.

7 *It', lavit, rediit.*] Faern. *redit*. Miror Faernum, aeque ac alios, in verſu dimetiendo haeſiſſe, & putaſſe, primam ſyllabam in praecedentem verſum reiiciendam eſſe: cum ſit optimus I. t. c. verba enim *It, lavit, redit*, non ſunt praeſentis, quod in errorem eos induxit, ſed praeteriti temporis.

8 *Ventulum huic.*] Septem optimi e Leng. codd. & *ventulum*.

9 *Flabellulum.*] Omnes codd. *flabellum*. ſed verſus, invitis codicibus, *flabellulum* legi poſtulat.

Interea ſomnus virginem obpri‖mit. ego limis ſpecto
Sic per flabellum clanculum: ſimul‖ alia circumſpecto
Satine explorata ſint. video eſſe‖. peſſulum oſtio obdo.
AN. Quid tum? CH. quid, quid tum? fatue. AN. fateor‖. CH. an ego occaſionem
Mihi oſtentam, tantam, tam brevem, tam op‖tatam, tam inſperatam
Amitterem? tum pol ego is eſſem‖ 1 vero, qui ſimulabar.
AN. Sane hercle ut 2 dicis. ſet = interim de ‖ ſymbolis quid actumſt?
CH. Paratumſt. AN. frugi es: ubi? domin? CH. immo ‖ apŭt libertum Diſcum.
AN. Perlongeſt; ſet tanto ocius prope‖remus: muta veſtem.
CH. Ubi mutem? perii: nam domo exu‖lō nunc: metuo fratrem
Ne intus ſit: porro autem, pater ne‖ rure redierit iam.
AN. Eamus ad me, ibi proxumumſt ubi ‖ mutes. CH. recte dicis.
Eamus: & de iſtac ſimul quo ‖ pacto porro póſſim
Potiri, conſilium volō capere ‖ una tecum. AN. fiat.

ACTUS IV. SCAENA I.

DORIAS ancilla.

T. t. a. ITA me Dĭ ament, quantum ego illum ‖ vidi, non nihil timeo miſera,
T. t. c. Ne quam ille hodie inſanus turbam ‖ faciat, aut vim Thaidi.

Nam

NOTAE.

1. *Vere, qui ſimulabar.*] Codd. Leng. fere omnes, *Vere, qui aſſimulabar.*

2. *Dicis, ſed interim.*] Quibus haec ſcanſionis ratio minus placet, poſſunt primam in *interim* corripere, ut Heaut. V. I. 9.

3 *Occipit.*] Codd. Leng. omnes, *incipit.*

4 *Aegre.*] In *aegre* nulla eſt eliſio. *puer* autem aut monoſyllabum eſt, aut ſecunda, licet ſequatur conſona, corripitur. vid. Adelph. IV. VII. 10. & Phorm. I. I.

I. t. a. Nam ' poſtquam iſte advenit Chremes adu"leſcens, frater virginis,
T. t. a. Militem rogat ut illum admitti " iubeat: ille continuo iraſci,
Neque negare audere: Thais " porro inſtare ut hominem invitet.
Id faciebat retinendi illius " cauſa: quia illa, quae cupiebat.
T. t. c. De ſorore eius indicare, ad e"am rem tempus non erat;
I. t. a. In'vitat triſtis. manſit. ibi illa " cum illo ſermonem 3 occipit.
T. t. c. Miles vero ſibi putare ad"ductum ante oculos aemulum:
Voluit facere contra huic 4 aegrē " : heus, inquit, puer =, Pamphilam
T. t. h. 5 Adcerſe, ut delectet hic nos". illa exclamat, minime gentium:
T. t. c. In convivium illam? miles " tendere inde ad iurgium.
Interea aurum ſibi clam mulier " demit, dat mihi ut auferam:
Hoc eſt ſigni, ubi primum poterit", ſe illinc ſubducet ſcio.

SCAENA II.

PHAEDRIA

I. tr. DUM rus eō, coepi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo eſt moleſtiae,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem: quid opuſt verbis? dum haec puto,
Praeterii inprudens villam. longe iam abieram,
Cum ſenſi: redeo rurſum, male vero me habens:
Ubi ad ipſum veni deverticulum, conſtiti:
Occepi mecum cogitare, hem, biduum hic
Manendumſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil eſt. quid? nihil? ſi non tangendi copia eſt,
Eho 'ne videndi quidem erit? ſi illud non licet,

NOTAE.

I. I. 16. & ſic ſaepe apud Plautum. niſi vero haec licentia in conſuetudine fuiſſet, facillime vitari potuiſſet ponendo *puer* ante *inquit*.

5 *Adcerſe*] Hic verſus uno pede longior eſt Trochaico t. c. unaque ſyllaba excurrit ultra tetrametrum acat. quales ſunt And. III. II. 29. Heaut. IV. III. 37. V. III. 12. & Adelph. IV. II. I.

Saltem hoc licebit. certe extrema linea
Amare, haut nihil eſt. villam praetereo ſciens.
Set' quid hŏc, quod timida = ſubito egreditur Pythias?

SCAENA III.

PYTHIAS, DORIAS, ancillae. PHAEDRIA.

PYTHIAS.

T. t. a. UBI ego ĭllum ſceleroſum miſera, atque ‖ inpium inveniam? aut ubi quaeram?
Hocine tam audax facinus facere eſſe ‖ auſum? PH. perii: hoc quid ſit vereor.
T. t. c. PY. Quin etiam inſuper ſcelŭs, poſtquam ‖ ludificatuſt virginem,
I. t. a. Veſtem' omnem miſerae diſcidit, tum ip‖ſam capillo conſcidit.
I. d. a. PH. Hem. PY. qui nunc ſi detur mihi, 5
I. t. a. Ut ego' unguibus facile illi in oculos ‖ involem venefico?
T. t. c. PH. Neſcio quid profecto abſente ‖ nobis turbatumſt domi.
I. t. a. Adibo. quid ĭſtuc? quid feſtinas ‖? aut quem quaeris Pythias?
PY. Ehĕm' Phaedria, [1] ego quem quaeram? [2] in hinc quo ‖ dignus cum donis tuis
I. d. a. [3] Tam lepidis? PH. quid ĭſtuc eſt rei? 10
I. t. a. PY. Rogas me? eunuchum, quem dediſti ‖ nobis, quas turbas dedit?
T. t. c. [4] Vĭrginem, - quăm erae = dono dederat ‖ miles, vitiavit. PH. quid
* m. * ais?
PY. Perii. PH. temulenta es. PY. utinam ‖ ſic ſint qui mihi male volunt.
I. t. a. DO. Au obſecrō mea Pythias, quod ‖ iſtuc nam monſtrum fuit?
PH. Inſanis:

NOTAE.

1 *Ego quem quaeram?*] Donat. *egŏn quem quaeram?*

2 *In hinc.*] i. e. *iſne hinc.* Sic IV. IV. 47. *in intro.* Sed plures codices ibi, ut & hic, legunt non *in* ſed *i.*

3 *Tam lepidis.*] Septem e Leng. codd. *illepidis.* ſed *lepidis* lectio elegantior.

4 *Vĭrginem, - quăm herae.*] Syllabam cujus vocalis brevis eſt, ante duas conſonas, quarum prima eſt *r*, corripi poſſe ad Andr. obſervavi. poteſt etiam pro dactylo haberi, cum ultimae ſyllabae vocalis brevis ſit. Ennius etiam in plurali ultimam corripuit primo Annal.

Virgines namſibi quiſque domi Romanus habet eas.

aut *i* medium eliditur.

5 *Scies.*] Cod. Dun. & alii duo e Leng. omneſque Boecleri, *ſcias.* utrumque recte dicitur.

PH. Insanis: quĭ ĭstuc facere eunuchus ‖ potuit? PY. ego ĭllum nescio

I. tr. Qui fuerit: hoc quod fecit, res ipsa indicat:

I. t. a. Virgo ipsa lacrumat, neque cum rogites ‖, quid sit audet dicere.
Ille autem bonŭs vir nusquam apparet ‖. etiam hoc misera suspicor,
Ali'quid domo abeuntem abstulisse ‖. PH. nequeo mirari satis,
Quō ' ille abire ignavos possit ‖ longius: nisi si domum
Forte ad nos rediit. PY. vise amabo ‖, num sit. PH. iam faxō 5 scies.
DO. Perii ', obsecrō tam infandum facinus ‖ mea tu, ne audivi quidem.
PY. At ' pol ego amatores 6 mulierum esse ‖ audierăm eos = maxumos,
Set nihil potesse: verum miserae ‖ non in mentem venerat:
Nam illum ' aliquo concluſisſem, neque ĭlli ‖ commisissem virginem.

SCAENA IV.

PHAEDRIA. DORUS. PYTHIAS. DORIAS.

PHAEDRIA.

I. tr. EXI foras sceleste: at etiam restitas
Fugitive? prodi male conciliate. DO. obsecro. PH. oh,
Illud vidē os ut sibi distorsit carnufex.
Quid hŭc ' tibi reditiost? quid vestis mutatio?
Quid narras? paulum si cessassem Pythias,
Domĭ non offendissem ‖, ita iām 7 ornarat fugam.
PY. 8 Habĕn' hominem amabo? PH. quid ni habeam? PY. o factum bene.

DOR. Istuc

NOTAE.

6 *Mulierum esse audieram.*] 7 codd. optimi e Leng. *audieram mulierum esse.* quae collocatio nescio an altera melior sit. tum autem *eos* erit monosyllabum.

7 *Ornarat.*] Sic cod. Bemb. sed legendum, opinor, *adornabat*, ut Donatus, & codices Faerni, & Parei; vel *adornarat*, quomodo legunt plures & meliores e Leng.

8 *Habĕn.*] Faern. *habesne*, sed pronuntiandum ut *haben.* omnes autem Parei & Leng. codd. habent, *O factum bene.* & in Bembino etiam *o* superadditum. ut Faern. annotavit ad Andr. V. VI. 5. sic etiam ibi legitur in plerisque, licet Faernus *o* & hic & illic omittat. in Andr. I. I. 78. omitti haud potuit, cum ipsa versus ratio addi postulet.

DOR. Iſtuc pol vero bene. PY. ubi eſt? PH. rogitas? non vides?
PY. Videam'? obſecrō quem? PH. hunc = ſcilicet. PY. quis hic eſt homo?
PH. Qui ad' vos deductus hodieſt. PY. hunc oculis ſuis
Noſtrarum numquam quiſquam vidit Phaedria.
PH. Non vidit? PY. an tu hunc credidiſti eſſe obſecro
Ad nos deductum? PH. [1] namque alium habui neminem. PY. au,
[2] Nec comparandus hic quidem - ad illumſt, ille erat
Honeſta facie, & liberali. PH. ita viſus eſt
Dudum, quia varia veſte exornatus fuit:
Nunc tibi videtur foedus, quia illam non habet.
PY. Tace obſecrō: quaſi vero paulum interſiet.
Ad nos deductus hodie eſt aduleſcentulus
Quem tu videre vero velles Phaedria.
[3] Hic eſt viētus, vetŭs, veternoſus, [4] ſenex,
Colore muſtellino. PH. hem, quae haec eſt fabula?
*m. * Eo' redigis me, ut quid egerim, egomet neſciam.

Eho

NOTAE.

1 *Namque alium.*] Sic codd. Bemb. & Dun. alii fere, *nam quem*? quos ſequitur Faern. ſed *namque* mihi ſimplicius videtur, & ſermoni aptius. eo uſus eſt Terent. And. I. I. 40.

2 *Nec comparandus.*] Priſc. p. 1012. *conferendus h. q. cum illo. comparare* nuſquam alias hoc ſenſu eſt apud Terentium.

3 *Hic eſt vietus, vetus.*] Alii *vetus, vietus.* ſed Donatum hoc ordine verba legiſſe ex ſerie interpretationis quam adiecit, apparet. quae, ſi numeros ſpectes, melior collocatio; ſecunda enim in *vietus* producitur, ut apud Lucret. l. 3. *cecidiſſe vietam.* & ſic ſit neceſſe eſt, ſi ſit a *vieo*. non ſum neſcius Horatium videri corripuiſſe Epod. 12. *Qui ſudor vietis?* ſed ibi forſan per craſin duae vocales in unam contrahuntur, ſed quicquid iſti loco fiat, hic, ut apud Lucr. produci ipſe verſus poſtulat, cum alias accentus bis caderet in ultimas ὁμοιοτελεύτους, quod maximopere vitandum eſt.

4 *Senex, colore muſtellino.*] Hic, ſi Donato credas, *erravit Terentius, non intelligens Menandricum illud,* ἔτός ἐσιν γαλεώτης γέρων, cum γαλεώτης non *muſtella* ſit, ſed *ſtellio*, a quo muſtella, quae γαλῆ dicitur, plurimum diſtat. Turnebus contra, non facile patiens doctos ſcriptores inſcitiae infimulari, L. XII. c. 10. Donatum alioſque veteres grammaticos falli contendit, cum iſtius verbi ſignificationem intra tam arctos limites concludi volunt, exiſtimatque γαλεώτην non *ſtellionem* tantum, ſed muſtellam etiam ſignificare, hoc praecipue fretus argumento, quod piſces muſtellini generis γαλεοὶ & γαλεῶται vocentur, nomen vero piſces a terreſtrium animantium ſimilitudine non raro tuliſſe conſtet. ſunt ſane γαλῆ γαλεὸς & γαλεώτης cognata nomina. ſed γαλῆν felem ſeu muſtellam, γαλεὸν piſcem muſtellini generis, γαλεώτην ſtellionem ſignificare contra Turnebum uno ore docent eruditi. vid. Salm. Plin. Exercit. p. 532. edit. Ultr. & Boch. Hieroz. I. IV. 7. quae

Eho tu', emin ego te? DOR. ē-miſti. PY. iubĕ mihi denuo
* triſ. * Reſpondeat. PH. 5 rogă. PY. ve-niſtin hodie ad nos? negat. 25
At ĭlle ' alter venit annos natus ſedecim:
Quem ſecum adduxit Parmeno. PH. agedum hoc mihi expedi
Primum: iſtam, quăm habes, unde habes veſtem? taces?
Monſtrum hominis, non dicturus? DOR. venit Chaerea.
PH. Fraterne? DOR. ita. PH. quandō? DOR. hodie. PH. quam dudum? DOR. modo. 30
* m. PH. Qui cum? DOR. cum Parmenone. PH. noras ne * eum prius?
DOR. 6 Non.
* diſ. PH. Unde igitur fratrem meum ĕſſe * ſciebas? DOR. Parmeno
Dicebat eŭm eſſe-, is dedit mihi hanc. PH. occidi.
DOR. Meam ĭpſe ' induit: poſt una ambo abierunt foras.
T.t.c. PY. Jam ſatĭs credis ſobriam eſſe me ", & nihil mentitam tibi? 35
Jam ſatĭs certumſt virginem viti"atam eſſe? PH. age nunc belua,
Credis huic quod dicat? PY. quid ĭſti " credam? res ipſa indicat.
PH. Con-

NOTAE.

7. quae ſi vera ſunt, Menander Eunuchum γαλεώτην nuncupat a faciei maculis, ut lentiginoſum inſtar ſtellionis, a maculis ſeu ſtellis ſic dicti. non tamen inde ſequetur Terentium ex inſcitia hic erraſſe; nil vetat enim quo minus putemus eum ſcientem a Menandro deceſſiſſe, & maluiſſe Eunuchum cum *muſtella*, quam cum *ſtellione* comparare, ob foedum & inhoneſtum colorem, ſc. ſublividum, quod Romanis forte auribus magis ſe probavit. ſed aliud etiam latet in his verbis non praetereundum. ſi Donatus Menandrum recte laudavit, & bene eſt interpretatus, non unum hic, ſed geminum errorem erravit Terentius, ut acute obſervavit Tan. Faber, ſiquidem haec Menandri ad literam vertere ſecum conſtituerat; cum γέρων non ſubſtantive, quomodo Terentius reddidit, ſed adjective hic ſumatur. unde mihi ſuborta eſt ſuſpicio in Menandri forte verbis erratum eſſe, & pro γαλεώτης γέρων, legi debere, γαλεώδης γέρων, quae lectio Terentium ab omni erroris ſpecie ſimul ſemelque liberaret. hac enim admiſſa, Menandri verba non poterant melius reddi, quam a Terentio factum eſt. ſed de his plus ſatis; cum erraverit necne in voce graeca vertenda, de pulcherrimae fabulae laude nihil eo detrahatur.

5 *Rogă.*] Secunda in *roga* corripitur etiam Hec. IV. I. 43.

Rogă ve - litne uxorem an non: sĭ " eſt ut dicat velle ſe.

& ſic Plautus Men. V. IX. 47.

Ubi lubet, rogă; reſpondebo ", nihil reticebo, quod ſciam. & ſaepe alias.

6 *Non.*] Faern. atque alii, *non* ſequenti verſui appoſuerunt, ſed extra verſum eſſe res ipſa docet, nec verbis opus. Codices vero omnes, praeter Bemb. & Baſilic. ſolitarium illud *non* ad integrum verſum explent hoc modo,

Non. nec quis eſſet, unquam audieram dicier.

ſed ut Faern. obſervavit, homini minime verboſo ſimplex *non* magis convenit.

PH. Concede iſtuc paululum. audin ‖? etiam nunc [1] paulum. ſat eſt.
Dic dum hoc rurſum, Chaerea tuam ‖ veſtem detraxit tibi?
DOR. Factum. PH. & eaſt indutus? DOR. factum. PH. & ‖ pro te huc deductuſt? DOR. ita.
PH. Iuppiter magne, o ſceleſtum atque ‖ audacem hominem. PY. vae mihi:
Etiam nunc non credis ĭndignis ‖ nos eſſe inriſas modis?
PH. Mirum ni tu credas quod ĭſte ‖ dicat. quid agam neſcio.
Heus negato rurſum. poſſum ne ‖ ego hodie ex te exculpere
Verum? vidiſtine fratrem ‖ Chaeream? DOR. non. PH. non poteſt
Sine malo fateri, video ‖: ſequere hac: modo ait, modo negat.
Ora me. DOR. obſecrō te vero ‖ Phaedria. PH. [2] ĭn intro nunc
*dif. *iam?
DOR. [3] Oi ei. PH. alio pacto honeſte ‖ quŏmodo hinc = abeam neſcio:
Actumſt ſiquidem. tu me hic etiam ‖ nebulo ludificabere?
PY. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc ‖ technam, quam me vivere.
DO. Sic eſt. PY. inveniam pol hodie ‖ parem ubi referam gratiam.
Set nunc, quid [4] faciendum cenſes ‖ Dorias? DOR. dĕ ĭſtac rogas
Virgine-? PY. ită, u-trum [5] taceam ne, an ‖ praedicĕm-? DOR. tu pol, [6] ſi ſapis,
Quod ſcis, neſcis, neque de eunucho ‖ neque de vitio virginis.
Hac re, & tĕ ŏmni turba evolves ‖, & ĭlli gratum feceris.

Id

NOTAE.

1 *Paulum.*] Faern. *paululum.*

2 *In intro nunc iam?*] Sic IV. III. 9. *in hinc*; ſed in utroque loco plerique codices habent, *i*, quo modo ſi legas, *i*, non elidit. hanc autem lectionem *nunc iam*, quae eſt veriſſima, ſolus e Faernianis liber Bembinus nobis conſervavit; deeſt etiam in Pall. Parei, & in octo codd. Leng. verſum vero iiſdem verbis claudit Terentius, Andr. II. I. 29. *audi nunc iam.*

3 *Oi ei.*] Haec Faern. praecedenti verſui attexuit, quo utrumque corrupit.

4 *Faciendum cenſes.*] Codd. optimi e Leng. & fere omnes Parei, *ſuades.*

5 *Taceam ne an praedicem?*] Hac lectione nihil certius, ſeu verborum proprietatem, ſeu codicum conſenſum ſpectes; ſed ut verſui conſulerent, alii *praedicem* in *praedicam* verterunt. Faernus, cum aliud ſuadeat loci ſenſus, aliud verſus, neſcivit quo modo ſe expediret, ſed codicum

Id modo dic, abiſſe Dorum. PY. ita ‖ faciam. DOR. ſet videon Chremem?
Thais iam aderit. PY. quid ita? DOR. quia cum inde ‖ abeo, iam tum inceperat
Turba inter eos. PY. aufer aurum hoc ‖: ego ſcibo ex hoc quid ſiet.

SCAENA V.

CHREMES. PYTHIAS.

CHREMES.

I. t. a. ATTAT data hercle verba mihi ſunt ‖: vicit vinum quod bibi.
Ac dum accubabam, quam videbar. ‖ mihi ĕſſe pulchre ſobrius?
Poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ‖ ſatis ſuum officium facit.
PY. Chremes. CH. quis eſt? ehĕm Pythias, vah ‖, quanto nunc formoſior 5
Videre mihi quam dudum? PY. certe ‖ tu quidĕm - pol multo hilarior.
CH. Verbum' hercle hoc verum erit, ſine cerere & ‖ libero friget venus.
T. t. c. 7 Set Thais multo ante venit ‖? PY. an abiit iam a milite?
I. t. a. CH. Iamdudum: aetatem. lites factae ‖ ſunt inter eos maxumae.
PY. Nihil dixit, ut ſequerere ſeſe ‖? CH. nihil, niſi abiens mihi innuit. 10

NOTAE.

codicum tamen lectionem fide ſumma retinuit. difficultas vero omnis orta eſt ex ignorata licentiarum ratione, iuxta quam ultima in *praedicem* corripitur: cuius generis plura iam exempla habuimus. nullus in re metrica error plura in Plauto Terentioque loca corrupit, quam quod viri alias eruditiſſimi neſcirent pedes qui iuxta vulgares proſodiae regulas revera Cretici ſunt, poſſe in Iambico & Tetrametro genere locum habere. ſed de hoc plura in prolegomenis de metris.

6 *Si ſapis, quod ſcis, neſcis.*] Sic Heaut. IV. IV. 26.

Tu neſcis, id quod ſcis Dromō, ſi ſapies.

7 *Set Thais multo ante venit.*] Legendum arbitror *multon*, quo pacto verſus ceteris par erit, & numeri meliores.

* trif. PY. Eho', non ne id ſat erat? CH. at * neſciebam id ‖ dicere illam, niſi quia
Correxit miles =, quod ĭntellexi ‖ minŭs: nam me extruſit foras.
I. tr. Set ĕccam ′ ipſam: miror ubi ego huic antevorterim.

SCAENA VI.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

THAIS.

T. t. a. CREDO equidem illum iam adfuturum eſſe ‖, ut ĭllam a me eripiat; ſine veniat.
Atqui ſi illam digito attigerit ‖ uno, oculi ilico effodientur.
*dif. 1 Uſque * adeo ego ĭllĭus ferre poſſum in‖eptiam, & magnifica verba,
Verba dum ſint: verum enĭm ſi ad rem ‖ conferentur, vapulabit.
CH. Thais, ego iam dudum hic adſum, TH. o ‖ mi Chremes, te ipſum exſpectabam:
Scin tu turbam hanc propter te eſſe ‖ factam? & adeo ad te adtinere hanc
Omnem rem? CH. ad me? 2 qui? quaſi iſtuc ‖. TH. quia, dum tibi ſororem ſtudeo
Reddere ac reſtituere, haec atque ‖ hŭiŭſmodi ſum multa paſſa.
I. d. a. CH. Ubi e′aſt? TH. domi aput mē. CH. hem. TH. quid eſt?
T. t. a. Educta ita, uti teque, illaque ‖ dignumſt. CH. quid ais? TH. id quod res eſt.
T. t. c. Hanc tibi dono do, neque repeto ‖ prŏ ĭlla quicquam abs te 3 pretî.
I. t. c. CH. Et ha′betur & 4 referetur Thais ‖, ita uti merita es, gratia.

TH.

NOTAE.

1 *Uſque adeo ego.*] *Adeo* hic dif. eſſe verſus ratio poſtulat; & ſic etiam videtur eſſe, And. V. III. 8.
Adeon' impotenti eſſe animo, ut praeter civium.
pro *ineptiam* vero alii *ineptias*. Et tum *ias* eſt monoſ.

2 *Qui? quaſi iſtuc.*] Sic codd. omnes. ſed libenter legerem *qui quaeſo iſtuc.* quod in ſe ſimplicius & Chremetis perſonae melius convenit. ſic Heaut. III. III. 1.
Quid ĭſtuc quaeſo?

T. t. c. TH. At enim cavĕ, ne priŭs, quam hanc a me ac‖cipias, amittas Chreme :
Nam haec eaſt, quam miles a me ‖ vi nunc ereptum venit.
I. t. c. Abĭ' tu, ciſtellam Pythias domo ‖ effer cum monumentis.
CH. Viděn' tŭ illum Thais ? PY. ubi ſitaſt ? TH. in ‖ riſco. odioſa ceſſas ?
T. t. c. CH. Militem ſecum ad te quantas ‖ copias adducere ?
Attat. TH. num formiduloſus ‖ obſecro es mi homo ? CH. apageſis.
Egŏn formidulosus? nemoſt ‖ hominum qui vivat, minus.
TH. Atque ita opuſt. CH. ah, metuo qualem ‖ tu me eſſe hominem exiſtumes.
TH. Immo hoc cogitato: qui cum ‖ res tibi eſt, peregrinus eſt :
Minŭs potens quam tu, minŭs notus‖, minus amicorum hic habens.
CH. Scio ĭſtuc. ſet tu quod cavere poſſis ‖, ſtultum admittereſt.
Malo ego nos proſpicere, quam hunc ul‖ciſci accepta iniuria.
Tŭ abi: atque obſera oſtium intus ‖, dŭm ego hinc tranſcurro ad forum :
Volo ego adeſſe hic advocatos ‖ nobis in turba hac. TH. mane.
CH. Melius eſt. TH. mane. CH. omitte, iam adero ‖. TH. nihil opus eſt iſtis Chreme.
Hoc modo dic, ſororem illam tŭam ĕſſe‖ : & te, parvam virginem
Amiſiſſe : nunc cognoſſe ‖. ſigna oſtende. PY. adſunt. TH. cape,
Si vim faciet, in ius ducito ‖ hominem: intellextin ? CH. probe.
TH. Fac animo haec praeſenti dicas‖. CH. faciam. TH. attolle pallium.
Perĭ: huic ipſi eſt opŭs patrono ‖, quem defenſorem paro.

NOTAE.

& Hec. IV. II. 12.
Quaeſo quid iſtuc conſilii eſt?
& Phorm. V. VIII. 42.
Quaeſo quid narras?
& abſque *quaeſo*, —— *qui iſtuc?* PA. *quia*, I. II. 41.

3 *Preti.*] Faern. *pretii.*
4 *Referetur Thais, ita uti.*] Priſcian p. 1213. refertur Thais tibi ut, *refertur* etiam Donat. & plures codd. *tibi* vero eſt etiam in Bemb. unde legendum arbitror, *referetur Thais tibi, uti merita es, gratia.*

SCAENA VII.

THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES. THAIS.

THRASO.

I. t. a. HANC'CINE ego ut contumeliam [1] tam in'signem in me accipiam Gnatho?
Mori me [2] satiust. Simaliō, [3] Do"nax, Syrisce sequimini.
Primum aedis expugnabo. GN. recte". THR. virginem eripiam.
GN. probe.
THR. Male mulcabo ipsam. GN. pulchre. THR. in medium huc "agmen cum vecti Donax,
Tu Simalio in sinistrum cornu", tu Syrisce in dexterum.
Cedo alios: ubi centuriost Sanga, & "manipulus furum? SA. eccum adest.
THR. Quid ĭg'nave? peniculon pugnare, [4] qui ĭs"tūc huc portes, cogitas?
SA. Ego ne'? imperatoris virtutem "noveram, & vim militum:
Sine sanguine [5] hoc fieri non posse": qui abstergerem volnera?
THR. Ubi alii? SA. qui, malum, alii? sōlus "Sanniō servat domi.
THR. [6] Tu hosce 'instrue hĭc: ego ero = post principia: inde "omnibus signum dabo.
GN. Illuc est sapere: ut hosce instruxit", ipsus sibi cavit loco.

THR.

NOTAE.

1 *Tam insignem in me.*] Multo meliore numero, inverso ordine verborum, legeretur, *in me" tam insignem.*

2 *Satiust.*] Faern. *satius est.*

3 *Donax.*] Prisc. p. 776. *Dorax*; & sic quidam codd. sed Donat. *Donax*, cui nomina haec ad contemptum mire composita esse videntur, & *Donax* ab arundine, veluti sit fragilis & inanis, nomen sortiri.

4 *Qui istuc huc.*] Vel *huc* delendum, vel quod malim, *istum huc*, legendum arbitror, ut V. IV. 22. *qui istum huc adduxit. peniculum* enim veteribus fuisse masculini generis opinor, ex isto Plautino, Men. I. I. 1.

Iuventus nomen fecit Peniculo *mihi: Ideo, quia mensam, quando edō, detergeo.*

Spongia vero oblonga secundum Festum erat, qua ad mensas detergendas utebantur; nec non ad calceamenta, iuxta Plautum in dicta fabula. II. III. 40.

PENICULO. ME. *qui iste est* PENICULUS? *qui extergentur baxeae?*

baxeae autem calceamenti genus.

5 *Hoc*

THR. 7 Idem hoc iam Pyrrhus factitavit". CH. viděn tu Thais, quam hic rem agit?
Nimirum consilium illud rectumst " de occludendis aedibus.
TH. Sane, quod tibi nunc vir videatur " esse hic, nebulo magnus est:
Ne metuas. THR. quid videtur? GN. fundam " tibi nunc nimis vellem dari,
Ut tu illos procul hinc ex occulto " caederes: facerent fugam.
T. t. c. THR. Set ĕccam Thaidem ipsam video ". GN. 8 quam mox inruimus? THR. mane:
Omniā prius experiri " quam armis, sapientem decet.
Qui scis an quae iubeam sine vi " faciat? GN. Di vostram fidem,
Quanti est sapere? numquam accedo " quin abs te abeam doctior.
THR. Thais, primum hoc mihi responde ": cum tibi dŏ istam virginem,
Dixtin 9 hos mi-hĭ dies soli " dare te? TH. quid tum postea?
THR. Rogitas? quae mihi ante oculos coram a"matorem adduxti tuum.
TH. Quid cum illoc agas? THR. & cŭm eo " clam te subduxti mihi.
TH. Lubuit. THR. Pamphilam ergo huc redde ", 10 nisi vi mavis eripi.
CH. 11 Tibi illam reddat, aŭt = tŭ illam tangas "? omnium. GN. ah quid agis? tace.

THR.

NOTAE.

5 *Hoc fieri non posse.*] Quidam codd. & Priscian. p. 870. *hoc non posse fieri.*

6 *Tu hosce instrue hic: ego ero*] Faern. *Tu hosce instrue: hic ego ero.* sed & sensus & scansio *hic* ad *instrue* adiungunt.

7 *Idem hoc iam.*] Sic omnes codd. alias lubens legerem, *Idem hoc* ' *etiam.* Pessime vĕro se dedit hic Doctiss. Daceria, cum pro *factitavit* legi vult *factitat*, ut rationibus sc. chronologicis de ætate Pyrrhi obsecundet, quo numeros penitus corrupit. vid. IV. VI. 16.

8 *Quam mox.*] Frequens Plauto locutio. *Quam mox mihi operam das?* Asin. II. IV. 43. *Quam mox recreas me?* Cas. III. VI. 16.

9 *Hos mihi dies.*] *Hos dies mihi*, omnes fere Leng. codd.

10 *Nisi vi.*] Alii, *nisi si*; sed melius *vi.* sic scaena praecedente, v. 14. *vi nunc ereptum venit.*

11 *Tibi illam = reddat, aŭt tŭ illam.*] Hinc clare liquet *aut* posse corripi. vid. And. I. III. 3. sed pro *tu illam*, omnes Leng. codd. *tu eam*, versus opinor, gratia.

*m. THR. Quid tu tibi vis? ego non tangam ‖ * meam? CH. tuam autem furcifer?
GN. Cavĕ ſis: neſcis cui maledicas ‖ nunc viro. CH. non tu hinc abis? Scin tu ut tibi res ſe habeat? ſi quicquam ‖ hodie hic turbae coeperis,
*dif. †m. Faciam ut huiŭs loci, * dieique ‖, † meique ſemper memineris.
*m. GN. Miſeret * tui me, qui hunc tantum hominem ‖ facias inimicum tibi.
*m. CH. Diminuam ego caput tuum hodie ‖, niſi abis. GN. * ain vero canis?
Sicine agis? THR. quis = tŭ homo es? quid tibi ‖ vis? quid cŭm
*m. illa * rei tibi eſt?
CH. Scibis: principio eam ĕſſe dico ‖ liberam. THR. hem. CH. civem Atticam. THR. hui.
*m. CH. * Meam ſororem. THR. os durum. CH. miles ‖ nunc adeo edicō tibi,
Ne vim facias ullam in illam ‖. Thais, ego eo ad Sophronam Nutricem, ut eam adducam, & ſigna oſ‖tendam haec. THR. tun me prohibeas
*m. * Meam ne tangam? CH. prohibebo inquam. GN. au‖din tu? hic furti ſe adligat:
*m. 1 * Satis hŏc tibi eſt. THR. idem hŏc = tŭ ais Thais ‖? TH. quaere qui reſpondeat.
THR. Quid nunc agimus? GN. quin redeamus ‖: iam haec tibi aderit ſupplicans
Ultro. THR. credin? GN. immo certe ‖: novi ingenium mulierum: Nolunt ubi velis: ubi nolis ‖ cupiunt ultro. THR. bene putas.
GN. Iam dimitto exercitum? THR. ubi vis ‖. GN. Sanga, ita ut fortes decet
Milites, domi, focique ‖, fac viciſſim ut memineris.

SAN.

NOTAE.

1 *Satis hoc tibi eſt.*] Aut verſus eſt I. t. a. aut pro *ſatis* legendum *ſat.* & *hoc* corripiendum, quod malim. mox pro *hoc tu ais*, codd. fere omnes L. *tu hoc ais.* ſed altera certe melior lectio.

2 *Vos me hac ſequimini.*] Haec verba ſex Leng. codd. Sangae tribuunt, non male.

3 *Quamobrem.*] Codd. plerique, *aut quamobrem.* quo modo ſi legas, *ad* ante *nos* corripitur.

4 *Sceleſta, ovem lupo.*] Si hanc licentiam vitare

SAN. Iamdudum animus eſt in patinis [1]. GN. frugi es. THR. [2] VOS me hac ſequimini.

ACTUS V. SCAENA I.

THAIS. PYTHIAS.

THAIS.

I. tr. PERGIN ſceleſta mecum perplexe loqui?
Scio', neſcio, abiit, audivi, ego non adfui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quidquid eſt?
Virgo conſciſſa veſte lacrumans opticet;
Eunuchus abiit: quamobrem? quid factumſt? taces?
PY. Quid tibi ego dicam miſera? illum eunuchum negant
Fuiſſe. TH. quis fuit igitur? PY. iſte Chaerea.
TH. Qui Chaerea? PY. iſte ephebus frater Phaedriae.
TH. Quid ais venefica? PY. atqui certo comperi.
TH. Quid is obſecro ad nos, [3] quamobrem adductuſt? PY. neſcio:
Niſi amaſſe credo Pamphilam. TH. hem, miſera occidi,
Infelix, ſiquidem tŭ ĭſtaec vera praedicas.
Num id' lacrumat virgo? PY. id opinor. TH. quid ais ſacrilega?
Iſtucine ĭn-terminata ſum hinc abiens tibi?
PY. Quid facerem? ita ut tu iuſti, ſoli creditaſt.
TH. [4] Sceleſta, ovem lupŏ - commiſiſti. diſpudet.
Sic mihi data eſſe verba. [5] quid illuc hominis eſt?
PY. Era' mea tacē, tace obſecrō, ſalvae ſumus:

Ha-

NOTAE.

vitare voluiſſet Terentius, nihil facilius erat; oportebat ſolum pro *ovem lupo*, *lupo ovem* ſcribere. unde liquet familiarem & quotidianam fuiſſe. ſunt quidam qui alio modo tollendam putant, *commiſiſti* nempe in *commiſti* contrahendo; ſed numeri ſic erunt peſſimi.

5 *Quid illuc hominis.*] *Quid illic* quidam codd. & ſic Donatus, quae mihi videtur melior lectio. ut alias, *quid hic hominis*. dicitur etiam *quid hoc*, aut, *quid illud hominis*. ſed *quid illuc hominis* nuſpiam dici memini.

Habemus hominem ipsum. TH. ubi is est? PY. hem ad 1 sinisteram.
2 Viden? TH. videō. PY. comprendi iubĕ, quantum potest.
TH. Quid illo faciemus stulta? PY. quid facias, rogas?
Vide amabo, si non, cum aspicias, os inpudens
3 Videtur, non est: — tum quae ĕiŭs — confidentiast?

SCAENA II.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

CHAEREA.

1. tr. APUT Antiphonem uterque, mater & pater,
Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
* tris. *Introire possem, quin viderent me. interim
Dum ante ' ostium sto, notus mihi quidam obviam
Vĕnit'. ubi vidi, ego med in pedes quantum queo
In angiportum quoddam desertum; inde item
In aliud, inde in aliud: ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Set est ne haec Thais, quam video? ipsast. haereo,
Quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
TH. Adeamus. bone vir Dore salve: dic mihi,
4 Aufugistin? CH. era, factum. TH. satin id tibi placet?
CH Non. TH. credin te inpune habiturum? CH. unam hanc noxiam.
Amitte:

NOTAE.

1 *Sinisteram.*] Faern. *simistram.* sed metrum postulat *finisteram* legamus, ex qua contrahitur *finistra*, ut ex *dextera dextra.*

2 *Viden?*] Faern *videsne.* sed *viden* pronuntiandum, ut IV. IV. 7. *haben* pro *habesne.* pro *comprendi* vero legere malim *comprehendi.*

3 *Videtur, non est.*] Haec verba, *non est*, nisi per interrogationem dicantur, aut Thaidi tribuenda sunt ancillae sermonem interturbantis, aut delenda sunt; quod quidem suadet Donati interpretatio, qui haec annotat, *non est impudens, inquit; non est nisi similis impudenti:* quasi diceret, *non inquit Pythias os esse impudens, sed videri tantum.* in Donati enim verbis distinguendum opinor post *non*: sed quicquid sit de lectionis integritate, non nisi absurdissime omnia eidem personae tribuuntur, nisi post *non est* interrogationis nota ponatur. & verbis istis versus certe facile carere potest.

4 *Aufugistin? CH. era factum.*] Versus nullo modo bene procedit, seu primam in *Aufugistin* ad versum praecedentem reiicias, seu integrum huic deputes, quod cuivis aures consulenti manifestum erit.

nec

Amitte: ſi aliam admiſero umquam, occidito.
*m. TH. Num * meam ſaevitiam [6] veritus es? CH. non. TH. quid igitur?
CH. Hanc metui ne me criminaretur tibi.
TH. Quid feceras? CH. paulum quiddam. PY. eho paulum impudens.
An paulum hoc eſſe tibi videtur, virginem
Vitiare civem? CH. conſervam eſſe credidi.
PY. Conſervam? vix me contineō [7] quin involem in
Capillum. monſtrum; etiam ultro deriſum advenit.
TH. Abĭn' hinc infana? PY. quid ita? vero debeam
Credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecero:
Praeſertim cum ſe ſervum [8] fateatur tuum.
TH. Miſſa haec faciamus. non te dignum Chaerea
Feciſti: nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.
Neque' edepol, quid nunc conſilii capiam, ſcio
De virgine iſtac, ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, ut eam non poſſim ſuis
Ita ut' aequum fuerat, atque ut ſtudui, tradere:
Ut ſolidum parerem hoc mihi beneficium, Chaerea.
*m. CH. At nunc * dehinc ſpero aeternam inter nos gratiam
Fore Thais. ſaepe ex hŭiŭſmodi re quapiam, &

NOTAE.

nec ſatis placet, *era*, *factum*. ſed ſi duo prima verba tranſponas, omnia bene ſe habebunt. Thais dixerat, *bone vir Dore ſalve: dic mihi*: priuſquam quid velit elocuta eſt, Chaerea pavidus, & officii plenus excipit, *era*, inquiens, ſc. *quid vis dicam*. illa pergit ea quae voluit dicere, *aufugiſtin*? ille uno iterum verbulo, *factum*. tum Thais, *Satin id tibi placet*? cui Chaerea, *non*. vides Chaeream, uſque dum animam recipiat, verba non niſi ſingula proferre; quod mire videtur perſonae ejus convenire. legi igitur velim, CH. *Era*. TH. *aufugiſtin*? CH *factum*. TH. *ſatin id tibi placet*? vid. V. V. 9. *factum* vero in reſponſionibus ſic nude ponere Terentio familiare eſt.

6 *Veritus es*?] Faern. dum ſe Bembini libri mancipium facit, omittit *es*, ſine quo verſus nequaquam ſuſtentari poteſt.

7 *Quin involem in*.] Non neceſſe erat *in* ad hunc verſum trahere, cum tot exemplis conſtet poſſe corripi ſequente conſona; malim igitur ſequenti verſui apponere.

8 *Fateatur tuum*.] Faern. interrogationis notam appoſuit, quam ſuſtuli, cum non per interrogationem, ſed per εἰρώνειαν, aſſeverandi forma, haec pronuntianda ſint.

Malo principio magna familiaritas
Conflataſt. quid ſi hoc quiſpiam voluit deus?
TH. Equidem pol - in eam partem accipioque, & volo.
CH. Immo ita quaeſo. unum hoc ſcito, contumeliae
Non me feciſſe cauſa, ſet amoris. TH. ſcio.
Et pol propterea magĭs nunc ignoſcō tĭbi.
Non adeo inhumano ingenio fum Chaerea,
Neque ita ' imperita, ut quid amor valeat, neſciam.
CH. Te quoque iam Thais, ita me dî bene ament, amo.
PY. Tum pol tibi-ab ĭſtoc era cavendum intellego.
CH. Non auſim. PY. nihil tibi quicquam credo. TH. deſinas.
CH. Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſies,
* dif. Ego me tuae commendo, & committo * fidei:
Te mihi patronam capio Thais: te obſecro:
Emoriar ſi non hanc uxorem duxero.
TH. Tamĕn ' ſi pater. CH. quid? ah volet, certo ſcio:
Civis modo haec ſit. TH. paululum opperirier
Si vis, iam frater ipſe hic aderit virginis:
* m. Nutricem adcerſitum * ĭit, quăe illam aluit parvolam:
In cognoſcendo tute ipſe aderis Chaerea.
CH. Ego vero maneo. TH. vin interea dum venit,
Domi opperiamur potius quam hic ante oſtium?
CH. Immo percupio. PY. quam tu rem actura obſecro es?
TH. Nam quid ita? PY. rogitas? hunc tu in aedis cogitas
*m. † dif. Re'cipere poſthac? TH. cur non? PY. crede hoc * meae † fidei,
Dabit hic pugnam aliquam denuo. TH. au, tace obſecro.
PY. Parum perſpexiſſe eĭŭs videre audaciam.
CH. [1] Non faciam - Pythias =. PY. non pol credo Chaerea,
Niſi ſi commiſſum non erit. CH. quin Pythias
Tu me ſervato. PY. neque pol ſervandum tibi
Quicquam dare auſim, neque te ſervare: apage te.

TH.

NOTAE.

1 *Non faciam - Pythias =.*] Vel *Pythias* dactylus eſt, ultima correpta, vel *i* in conſonam verſa ſpondeus.

2 *Si dis placet.*] Haec ſequentibus adjungit Priſcian. p. 1143. haec annotans. *rem cuius, quam ſperat, firmam eſſe oſtendit.*

TH. Adĕſt ' optume ipſe frater. CH. perii hercle: obſecro
Abeamus intro Thais: nolo me in via
Cum hac veſte videat. TH. quamobrem tandem? an quia pudet?
CH. Id ipſum. PY. id ipſum? virgo vero. TH. i prae. ſequor.
Tŭ ĭſtic mane, ut Chremem introducas Pythias.

SCAENA III.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA nutrix.

PYTHIAS.

I. tr. QUID, quid venire in mentem nunc poſſit mihi,
Quidnam qui referam ſacrilego illi gratiam,
Quĭ ' hunc ſuppoſuit nobis? CH. movĕ vero ocius
Te nutrix. SO. moveo. CH. video, ſet nihil promoves.
PY. Iam ne oſtendiſti ſigna nutrici? CH. omnia.
PY. Amabo, quid ait? cognoſcitne? CH. ac memoriter.
PY. Bene edepol narras: năm ĭlli faveo virgini.
Ite intro; iamdudum era vos exſpectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Videō: vidĕ ut - otioſus it, * ſi dis placet.
Sperō me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro de cognitione ut certum ſciam:
Poſt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum.

SCAENA IV.

PARMENO. PYTHIAS.

PARMENO.

I. tr. REVISO, quid nam Chaerea hic rerum gerat.
Quod ſi aſſu rem tractavit, di voſtram fidem,

NOTAE.

dit. ſi enim diviſſet, SI DIS PLACEAT, *dubitare ſe oſtendiſſet.* ſed magis placet Donati ſententia, qui praecedentibus annectit, & hoc ait, *proprium eſſe exclamantis propter indignitatem alicuius rei.*

Malo principio magna familiaritas
Conflataſt. quid ſi hoc quiſpiam voluit deus?
TH. Equidem pol - in eam partem accipioque, & volo.
CH. Immo ita quaeſo. unum hoc ſcito, contumeliae
Non me feciſſe cauſa, ſet amoris. TH. ſcio.
Et pol propterea magĭs nunc ignoſcō tĭbi.
Non adeo inhumano ingenio fum Chaerea,
Neque ita ' imperita, ut quid amor valeat, neſciam.
CH. Te quoque iam Thais, ita me dî bene ament, amo.
PY. Tum pol tibi ab ĭſtoc era cavendum intellego.
CH. Non auſim. PY. nihil tibi quicquam credo. TH. deſinas.
CH. Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſies,
* dif. Ego me tuae commendo, & committo * fidei:
Te mihi patronam capio Thais: te obſecro:
Emoriar ſi non hanc uxorem duxero.
TH. Tamĕn ' ſi pater. CH. quid? ah volet, certo ſcio:
Civis modo haec ſit. TH. paululum opperirier
Si vis, iam frater ipſe hic aderit virginis:
* m. Nutricem adcerſitum * ĭit, quăe illam aluit parvolam:
In cognoſcendo tute ipſe aderis Chaerea.
CH. Ego vero maneo. TH. vin interea dum venit,
Domi opperiamur potĭus quam hic ante oſtium?
CH. Immo percupio. PY. quam tu rem actura obſecro es?
TH. Nam quid ita? PY. rogitas? hunc tu in aedis cogitas
* m. † dif. Re'cipere poſthac? TH. cur non? PY. crede hoc * meae † fidei,
Dabit hic pugnam aliquam denuo. TH. au, tace obſecro.
PY. Parum perſpexiſſe eĭŭs videre audaciam.
CH. [1] Non faciam - Pythias =. PY. non pol credo Chaerea,
Niſi ſi commiſſum non erit. CH. quin Pythias
Tu me ſervato. PY. neque pol ſervandum tibi
Quicquam dare auſim, neque te ſervare: apage te.

TH.

NOTAE.

1 *Non faciam - Pythias =.*] Vel *Pythias* dactylus eſt, ultima correpta, vel *i* in conſonam verſa ſpondeus.

2 *Si dis placet.*] Haec ſequentibus adjungit Priſcian. p. 1143. haec annotans. *rem cuius, quam ſperat, firmam eſſe oſtendit.*

TH. Adĕſt ' optume ipſe frater. CH. perii hercle: obſecro
Abeamus intro Thais: nolo me in via
Cum hac veſte videat. TH. quamobrem tandem? an quia pudet?
CH. Id ipſum. PY. id ipſum? virgo vero. TH. i prae. ſequor.
Tŭ ĭſtic mane, ut Chremem introducas Pythias.

SCAENA III.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA nutrix.

PYTHIAS.

I. tr. QUID, quid venire in mentem nunc poſſit mihi,
Quidnam qui referam ſacrilego illi gratiam,
Quĭ ' hunc ſuppoſuit nobis? CH. movĕ vero ocius
Te nutrix. so. moveo. CH. video, ſet nihil promoves.
PY. Iam ne oſtendiſti ſigna nutrici? CH. omnia.
PY. Amabo, quid ait? cognoſcitne? CH. ac memoriter.
PY. Bene edepol narras: năm ĭlli faveo virgini.
Ite intro; iamdudum era vos exſpectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Videō: vidĕ ut - otioſus it, * ſi dis placet.
Sperō me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro de cognitione ut certum ſciam:
Poſt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum.

SCAENA IV.

PARMENO. PYTHIAS.

PARMENO.

I. tr. REVISO, quid nam Chaerea hic rerum gerat.
Quod ſi aſtu rem tractavit, di voſtram fidem,

NOTAE.

dit. ſi enim diviſſet, SI DIS PLACEAT, *dubitare ſe oſtendiſſet.* ſed magis placet Donati ſententia, qui praecedentibus annectit, & hoc ait, *proprium eſſe exclamantis propter indignitatem alicuius rei.*

Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno?
*m. * Nam ut' mittam, quod eĭ amorem difficillimum, &
Cariſſimum ab meretrice avara, virginem
Quăm a'mabat; eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio: tum hoc alterum,
Id veroſt, quod ego mihi putō palmarium
Me repperiſſe, quo modo aduleſcentulus
Meretricum ingenia, & mores poſſet noſcere,
Mature ut cum cognorit, perpetuo oderit.
Quae dum foris ſunt, nihil videtur mundius,
Nec magĭs compoſitum quicquam, nec magis elegans.
*m. 1 Quae cŭm amatore * ſuo cum cenant, liguriunt.
Harum videre inluviem, ſordes, inopiam,
Quam inho'neſtae ſolae ſint domi, atque avidae cibi,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent;
Noſſe omnia haec ſalus eſt aduleſcentulis.
PY. Ego' pol te prŏ iſtis dictis & factis ſcelus
Ulciſcar; ut ne inpune in nos inluſeris.
T. t. c. Pro deum fidĕm =, facinus foedum: o in"felicem aduleſcentulum,
O ſceleſtum Parmenonem", qui iſtum huc adduxit. PA. quid eſt?
PY. Miſeret me: itaque ut ne viderem " miſera huc effugi foras.
Quae futura exempla dicunt " in eum indigna? PA. O Iuppiter.
Quăe illaec turbaſt? numnam ego perii? ad"ibo. quid iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient"? PY. rogitas audaciſſime?
Perdidiſti iſtum, quem adduxti " pro eunucho aduleſcentulum,

Dum

NOTAE.

1 *Quae eŭm amatore ſuo.*] Sic omnes fere codices, & Donatus. ſed Faern. *ſuo* ſuſtulit, ut verſui conſuleret, quia tres antiquiſſimi eius codices *ligurriunt* per duo *r* ſcribunt. ſed hoc ipſum indicio eſt, ſecundam in *ligurire* poſitione ſolum produci: ſed melius multo procedit verſus, ſi *ſuo* inſeras, & *liguriunt* pro proleuſmatico habeas. nec ſane ſenſus facile *ſuo* patitur abeſſe. ſic Plautus Prol. Trucul. v. 14.

Nunquam ab amatore ſuo poſtulat id, quod datum eſt.

2 *Thaidi quae hodie.*] Sic Faern. ex libro Bemb. alii *hodie quae*. quae lectio verſui commodior.

Scio

Dum ſtudes dare verba nobis ‖. PA. quid ita? aut quid factumſt? cedo.
PY. Dicam: virginem iſtam, [2] Thaidi quae hodie dono dataſt,
[3] Scis eam hinc civem eſſe? & fratrem eius ‖ eſſe adprime nobilem?
PA. Neſcio. PY. atqui ſic inventaſt ‖: eam iſte vitiavit miſer.
[4] Ille ubi id reſcivit factum ‖ frater violentiſſimus,
PA. Quidnam fecit? PY. conligavit ‖ primum eum miſeris modis.
PA. [5] Conligavit? PY. atque equidem orante ‖, ut ne id faceret, Thaide.
PA. Quid ais? PY. nunc minatur porro ‖ ſeſe id quod moechis ſolet:
Quod ego numquam vidi fieri ‖, neque velim. PA. qua audacia
Tantum facinus audet? PY. quid ita ‖ tantum? PA. an non hoc maxumumſt?
Quis homo pro moecho umquam vidit ‖ in domo meretricia
Prendi quemquam? PY. neſcio. PA. at ne hoc ‖ neſciatis Pythias,
Dico, edico vobis, noſtrum eſſe ‖ illum erilem filium. PY. hem,
Obſecro-an is eſt? PA. ne quam in illum ‖ Thais vim fieri ſinat.
Atque adeo autem cur non egomet ‖ intro eō? PY. vidĕ Parmeno
Quid agas, ne neque illi proſis ‖, & tu pereas: nam hoc putant,
Quidquid factumſt, ex te eſſe ortum ‖. PA. quid igitur faciam miſer?
Quidve incipiam? ecce autem video ‖ rure redeuntem ſenem.

[1] Dicam

NOTAE.

3 *Scis eam hinc civem.*] Multi codd. *ſcis eam civem hinc*. quomodo ſi legas, *eam* erit monoſ.

4 *Ille ubi id reſcivit.*] Faern. omittit *id*, quia deeſt in libro Bemb. cui tamen, ipſo teſte, ſuperadditum eſt; reſtituendum igitur duxi.

5 *Conligavit?*] Liber Bemb. & alii plures, *Hem colligavit?* & ſane exclamandi particula hic, ſi uſquam, neceſſaria eſt. qua addita verſus erit I. t. a. quales Trochaicis miſceri ſaepe vidimus, aut *Hem* erit extra verſum, quod interdum fit.

1 Dicām - huic, an - non? dicam herclĕ 1: etsi mihi magnum malum
Scio paratum: set necesse est 1: huic 2 ut subveniat. PY. sapis.
Ego abeo intro: tŭ istī narra 3 omne 1 ordine, ut factum siet.

SCAENA V.

LACHES. PARMENO.

LACHES.

*m. l. tr. EX' * meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque ă'gri neque urbis odium me umquam percipit.
Ubi satias coepit fieri, commutō locum.
4 Sed ĕstne' ille noster Parmeno? & certe ipsus est.
Quem praestolare Parmeno hic ante ostium? 5
PA. Quis ho'most? ehĕm, salvom te advenire ere gaudeo.
LA. Quem praestolare? PA. perii: lingua haeret metu.
LA. Hem, quid ĕst quod trepidas? satine salve? dic mihi.
PA. Ere', primum te arbitrari, quod res est, velim.
Quidquid hŭius factumst, culpa non factumst mea. 10
LA. Quid? PA. recte sane interrogasti. oportuit
Rem praenarrasse me. emit quendam Phaedria
Eunuchum, quem dono huic daret. LA. cui? PA. Thaidi.
LA. Emit? perii hercle, quanti? PA. viginti minis.
LA. Actumst. PA. tum quandam fidicinam amat hic Chaerea. 15
LA. Hem quid? amat? an scit iăm ille quid meretrix siet?
An in' astu venit? aliud ex alio malum.
PA. Ere' ne me spectes: me inpulsore haec non facit.
LA. Omitte de te dicere. ego te furcifer

Si

NOTAE.

1 *Dicam-huic an-non.*] Ut versus sustentetur, nulla fiet elisio in primo *dicam*, uti nec in *hercle*, quod Plauto frequens.

2 *Ut subveniat.*] Si per codd. liceret, libenter legerem *subveniam*. cum enim Parmeno Chaeream in discrimen hoc adduxerat, ipsius quoque opera liberandus erat; quae Parmenonis mens prima personа fortius quam tertia exprimi videtur.

3 *Omne ordine.*] Cum omnes fere codd. habeant *omnem ordinem*, istam vero lectionem sermonis usus non admittat, & nihilo ad eam propius accedat, quam *omne ordine*, praesertim si reputemus, *ne*

non

Si vivo. ſet iſtuc quidquid eſt, primum expedi.
PA. Is pro illo eunucho ad Thaidem deductus eſt.
LA. Pro eunuchon? PA. ſic eſt. hunc pro moecho poſtea
* quadrif. * Com'prehendere intus, & conſtrinxere. LA. occidi.
PA. Audaciam meretricum ſpecta. LA. numquid eſt
Aliud mali damnive quod non dixeris
* quadrif. * Reliquom? PA. tantum eſt. LA. ceſſo huc introrumpere?
PA. Non dubium eſt quin mihi magnum ex hac re ſit malum,
Niſi ' quia ; neceſſus fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe eventurum mali:
Nam iamdiu aliquam cauſam quaerebat ſenex
* m. Quamobrem ' inſigne aliquid faceret * iis; nunc repperit.

SCAENA VI.

PYTHIAS. PARMENO.

PYTHIAS.

I. t. c. NUMQUAM' edepol quicquam iamdiu quod ' magis vellem evenire
Mihi e'venit, quam quod modo ſenex intro ‖ ad nos venit errans.
* dif. Mihi ſolae ridiculo fuit, quae ‖ quid timeret * ſciebam.
PA. Quid hoc ' autemſt? PY. nunc id prodeo, ut con‖veniam Parmenonem.
Set ubi ' obſecro eſt? PA. me quaerit haec. PY. atque ‖ eccum video: adibo.
PA. Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid ‖ rides? pergin? PY. perii:
Defeſſa iam ſum miſera te ri‖dendo. PA. quid ita? PY. rogitas?

Nun-

NOTAE.

non ſolere plene ſcribi, ſed lineola ſupra poſita pingi, nullus dubito quin haec ſit vera lectio, & ſic expreſſe legitur in Pal. tertio, ſi Pareo credimus.

4 *Sed eſtne ille noſter?*] *Eſt ne* pronuntiandum quaſi ſcriptum eſſet *en'*. vid. Adelph. IV. II. 30. ſic Plaut. Moſt. I. III. 152:

Sed ĕſtne hic-meŭs ſodalis?

5 *Neceſſus.*] Sic cod. Bemb. ſed alii fere omnes, *neceſſe*, ut & Heaut. II. III. 119. ubi etiam Bemb. ſolus, *neceſſus*.

Nunquam pol hominem ſtultiorem ‖ vidi, nec videbo. ah,
1 Non poſſum ſatis narrare, quos lu‖dos praebueris intus.
At etiam primo callidum & di‖ſertum credidi hominem.
Quid? ilico ne credere ea quae ‖ dixi, oportuit te?
An poenitebat flagitii, te au‖ctore quod feciſſet
Aduleſcens, ni miſerum inſuper eti‖am patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fu‖iſſe, ubi veſtem vidit
Illam eſſe eum indutum pater? quid ĕſt ‖? iam ſcis te periſſe?
PA. Hem quid dixiſti peſſuma? an men‖tita es? etiam rides?
Ităn' lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos ‖ inridere? PY. nimium.
PA. Siquidem' iſtuc impune habueris. PY. ve‖rum. PA. reddam hercle. PY. credo.
Set in diem iſtuc Parmeno eſt for‖taſſe, quod minare.
Tu iam pendebis, qui ſtultum adule‖ſcentulum nobilitas
Flagitiis, & eundem indicas: u‖terque in te exempla edent.
PA. Nullus ſum. PY. hic - prŏ illo = munere tibi ho‖nos eſt habitus: abeo.
PA. Egomet meo indicio miſer, 2 quaſi ‖ ſorex hodie perii.

SCAENA VII.

GNATHO. THRASO.

GNATHO.

T. t. c. QUID nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc ‖ imus? quid coeptas Thraſo?
TH. Ego ne? ut Thaidi me dedam, & ‖ faciam quod iubeat. GN. quid eſt?
TH. Qui minŭs quam Hercules ſervivit ‖ Omphale? GN. exemplum placet. Utinam

NOTAE.

1 *Non poſſum ſatis narrare.*] Ex Faerni ſilentio putes omnes eius codices ſic legiſſe, quod vix credibile, cum codices Parei, G. Fabritii, Lengii fere omnes legant *non ſatĭs poteſt narrari*, aut *non potĕſt ſatis*, quarum lectionum utraque commoda eſt. ſic Phorm. II. II. 23. NON POTEST SATIS *pro merito ab illo tibi referri gratia.*

2 *Quaſi ſorex*] Primam in *ſorex*, contra quam putavit R. Stephanus, produci liquet ex hoc Plautino, Bacch. IV. VIII. 48. *Conſoſſiorem ſoricina nenia.*

3 *Hunc*

Utinam tibi commitigari ‖ videam ſandalio caput.
Set fores crepuerunt ab ea ‖. TH. perii. quid hoc autemſt mali?
3 Hunc ego numquam videram : & iam ‖ quid nam hic properans profilit?

SCAENA VIII.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO. THRASO.

CHAEREA.

I. t. a. O Populares, ecquis me vivit ‖ hodie fortunatior?
Nemo ′ hercle quiſquam : nam in me plane ‖ di poteſtatem ſuam
Omnem oſtendēre : cui tam ſubito ‖ tot congruerint commoda.
* diſ. PA. Quid hĭc laetus ′ eſt? CH. o Parmenō mi, o ‖ * mearum volŭptatum omnium
Inventor, inceptor, perfector ‖, ſcin me in quibŭs ſim gaudiis?
Scis Pamphilam meam ĭnventam civem? PA. au ‖ divi. CH. ſcis ſponſam mihi?
PA. Bene ′, ita me dĭ ament, factum. GN. audin tu, hic ‖ quid ait?
CH. tum autem Phaedriae
* m * Meo ′ fratri gaudeo eſſe amorem omnem ‖ in tranquillo : unaſt domus.
Thais patri ſe commendavit ‖ in clientelam & fidem :
Nobis dedit ſe. PA. fratris igitur ‖ Thais totaſt. CH. ſcilicet.
PA. Iam hoc ′ aliud eſt, quod gaudeamus ‖ : miles pellitur foras.
CH. Tu, frater ubi ubi eſt fac quamprimum haec ‖ audiat. PA. viſam domum.
TH. Numquid Gnathō tu dubitas quin ego ‖ nunc perpetuo perierim?

NOTAE.

3 *Hunc ego nunquam videram : & iam.*] Muretus, *hunc ego nunquam videram etiam:* quae videtur melior lectio. ſed errat, dum pro *quidnam hic properans* legit *quidnam properans hinc*, quod verſus reſpuit. ſive enim cum Faerno *hic*, ſive cum illo *hinc* legas, neceſſario collocandum eſt ante *properans*. pro *hic* vero vel *hinc* legendum puto *huc*: illa enim otioſa & inutilia, *huc* autem ita commodum, ut ſi non exprimas, neceſſe ſit ut ſubintelligas.

GN. Sine ' dubio opinor. CH. quid commemorem " primum, aut laudem maxume?
Illum ne qui mihi - dedit consilium ut " facerem; an me qui ausus sim
Incipere? an fortunam conlaudem", quae gubernatrix fuit,
Quae tot res, tantas, tam opportune in " unum conclusit diem?
* m. An * mei patris festivitatem & " facilitatem? o Iuppiter,
Serva obsecro haec bona nobis. PH. Di vo"stram fidem, incredibilia
T. t. c. Parmenō modo quae narravit". set ubi est frater? CH. praesto adest.
PH. Gaudeō. CH. satis credo. nihil est " Thaide hac frater tua
Dignius quod ametur: ita nostrae " omni est fautrix familiae.
* n. PH. Mihi illam laudas? TH. perii, quanto " minus * spei est, tanto magis amo.
Obsecrō Gnatho, in te spes est". GN. quid vis faciam? TH. perfice hoc,
Precibus, pretio, ut haeream in parte " aliqua tandem apud Thaidem.
GN. Difficile est. TH. si quid conlibuit ", novi te. hoc si effeceris,
Quodvis donum praemium a me op"tato, id optatum feres.
GN. Ita ne? TH. sic erit. GN. si efficio hoc ", postulo ut mihi tua domus
Te praesente, absente pateat "; invocato ut sit locus
Semper.

NOTAE.

1 *Periisti.*] Faern. *peristi.*

2 *Tu hercle.*] Primam in *hercle* posse corripi multis apud Plautum exemplis constat.

3 *Et libenter vivis, &*] Hactenus recte procedit versus, sed quid illo *enim* fiet, quod sequitur, nescio. nec hic expediunt quicquam interpretes. si pro *&* *enim*, *&* *etiam* legere liceret, ut Phorm. IV. III. 51. *&* *etiam nunc*, quae minima est mutatio, omnia plana essent; sed nullus cod. ita legit. Donatus adeo nihil adiuvat, ut interpretes fere omnes in errorem induxerit; qui non animadverterunt interpretationem eius esse mutilatam, & verba plura excidisse. sic enim ille, *&* *libenter vivis*, id est, *bonorum ciborum edax es.* quibus verbis non explicat quid sit *libenter vivis*, sed sequentia, *bene victitas*, quae sic optime est interpretatus: de priore autem versus parte nihil dixit. si *libenter vivere* esset *bonorum ciborum edacem esse*, Terentius bis idem insulse dixisset, quod absit ut de scriptore cultissimo putemus. ut verbo dicam quod sentio, *libenter vivis*, non absolute hic dicitur, sed, *cum illa*

libenter

Semper. TH. do fidem futurum. GN. ac'cingar. PH. quĕm ego hic audio?
O Thrasō. TH. ſalvete. PH. tu for'taſſe, quae facta hic ſient,
Neſcis. TH. ſcio. PH. cur te ergo in his ego ‖ conſpicor regionibus?
TH. Vobis fretus. PH. ſcis quam fretus ‖? miles edicō tibi,
Si te in platea offendero hac poſt ‖ umquam, quod dicas mihi
Alium quaerebam, iter hac habui ‖: [1] periiſti. GN. heia, haut ſic decet.
PH. Dictumſt. GN. non cognoſco veſtrum ‖ tam ſuperbum. PH. ſic erit.
GN. Prius audite paucis: quod cum ‖ dixerō, ſi placuerit,
Facitote. PH. audiamus. GN. tu con'cede paululum ĭſtuc Thraſo.
Principio ego vos credere ambos ‖ hoc mihi vehementer velim,
Mĕ hŭius quidquid facio, id facere ‖ maxume cauſa mea:
Verum sĭ idem vobis prodeſt ‖, vos non facere inſcitiaſt.
PH. Quid id eſt? GN. militem ego rivalem ‖ recipiundum cenſeo.
PH. hem,
Recipiundum? GN. cogita modo ‖. [2] tŭ hĕrcle cum illa Phaedria
[3] Et libenter vivis, & enim ‖ bene libenter victitas.
Quod des paululum eſt, neceſſe eſt ‖ multum accipere Thaidem,
Ut tuo amori ſuppeditare ‖ poſſit, ſine ſumptu tuo.
[4] Ad ŏmnia haec magis opportunus ‖, nec magis ex uſu tuo,

NOTAE.

libenter vivis, i. e *cum illa vivere amas, illius conſortio libenter uteris*; addit, & *libenter bene victitas*, i. e. *libens conviviis frueris, & genio indulges*. neque enim *bene* cum *libenter* ſumendum, quaſi valeret *valde*, ut in *bene ſaepe*, in illo Enniano,

——*Quicum bene ſaepe libenter*
Menſam, ſermoneſque ſuos, rerumque ſuarum
Comiter impertit.

Gell. XII. IV. ſed cum *victitas*. ſed quid huc facit *enim*? omnino nihil. nec in priore verſu ſatis placet iſtud *hercle*; unde mihi ſuborta eſt ſuſpicio, haec duo verba caſu quodam locum invicem commutaſſe, & legendum eſſe,

---*tŭ enim cŭm illa Phaedria*
Et libenter vivis, & hercle, bene, libenter, victitas.

in qua lectione nihil certe eſt quod reprehendas.

4 *Ad omnia haec.*] Si primam in *omnia* nolis corripi, verſus erit I. t. a. vel *ad* ad praecedentem verſum reiiciendum.

Nemo eſt. principio & habet quod det ‖: & dat nemo largius.
Fatuus eſt, inſulſus, tardus ‖, ſtertit noctesque & dies:
Neque iſtum metuas nĕ amet mulier ‖: facile pellas ubi velis.
PH. Quid agimus? GN. praeterea hoc etiam ‖ quod ego vel primum puto,
Accipit homo nemo melius ‖ prorſus, neque prolixius.
PH. Mirum nĭ illoc homine quoquo ‖ pacto opuſt. CH. idem ego arbitror.
GN. Recte facitis. unum etiam hoc vos ‖ oro, ut me in veſtrum gregem
* m. Recipiatis: [1] ſatĭs * dĭu hoc iam ‖ ſaxum vorſo. PH. recipimus.
CH. Ac libenter. GN. at ego pro iſto ‖ Phaedria, & tu Chaerea
Hunc comedendum, & deridendum ‖ vobis [2] propinō. CH. placet.
PH. Dignus eſt. GN. Thraſo, ubi vis accede ‖. TH. obſecrō te quid agimus?
* m. GN. Quid? iſti te ignorabant: poſtquam * eis ‖ mores oſtendi tuos,
Et conlaudavi ſecundum ‖ facta & virtutes tuas,
Impetravi. TH. bene feciſti ‖. gratiam habeo maxumam.
Numquam etiam fui uſquam, quin me om‖nes amarent plurimum.
GN. Dixin ego in hoc eſſe vobis ‖ [3] Atticam elegantiam?

PH. [4] Nihil

NOTAE.

1 *Satis diu.*] Vel *ſat diu* legendum, vel *diu* in monoſ. contrahendum, & ante *hoc* corripiendum.

2 *Propino.*] Muretus, qui operoſe hanc lectionem impugnavit, hoc praecipue argumento innixus eſt, quod prima in *propino* neceſſario corripiatur. produci ſaepius apud Martialem, oſtenderat Faernus; ſed Martialis auctoritas ut recentioris ſcriptoris, Mureto non ſatisfecit. ſed ſcrupulum omnem facile exemiſſet Plautus, ſi iſtum adiiſſent, apud quem prima in *propino* manifeſte producitur. ut Curc. I. II. 32. *Nam tibi amantes* PROPINANTES. & Stich. III. I. 24. *Cadum tibi - veteris = vini* PROPI=NO. ST. *papae.* quibus addere liceat & V. IV. 26. *Tibi* PROPINO *decuma fonte*: & v. 30. *Lepide hoc actum eſt, tibi* PROPINO. ubi *tibi pro'* proculdubio eſt anapaeſtus, non tribrachys, qui pes apud Comicos veteres parcius occurrit, anapaeſto vero maxime gaudent, & ſi quo alio, liberrime utuntur. nihil igitur obſtat, quo minus elegantiſſima lectio recipiatur, cuius loco *praebeo*, quod alterius eſt gloſſema, recentiores & deteriores libri admiſerunt.

3 *Atticam elegantiam.*] Donat. *eloquentiam*, quod placet, neque alteram lectionem agnoſcit.

2 4 *Nihil*

EH. 4 Nihil praeter promiſſum eſt. ite hac[1]. Vos valete, & plaudite.

NOTAE.

4 *Nihil praeter promiſſum eſt.*] i. e. *omnia ſunt, ut promiſſa ſunt. omnia promiſſo tuo reſpondent, & nihil extra illud eſt.* quod antiquum eſſe gloſſema in libro Victoriano dixit Faern. quis iam non miretur doctiſſ. Daceriam hanc lectionem damnare, ut quae ab eo quod dicere voluit Terentius, longe recedat? idque cum verſus ratio planiſſime oſtendat hanc unam lectionem veram eſſe. ſed hoc ex eo factum eſt, quod de metris Comicis ne γεὺ quidem intelligeret femina alias eruditiſſima.

HEAU-



HEAUTON TIMORUMENOS TERENTII.

GRAECA EST MENANDRU. ACTA LUDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO LENTULO. L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CURULIB. EGIT AMBIVIUS TURPIO. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. ACTA PRIMUM TIBIIS IMPARIBUS. DEINDE DUABUS DEXTRIS. ACTAST III. M' IUVENTIO TI. SEMPRONIO COS.

Fabulae interlocutores.

CHREMES ſenex.
MENEDEMUS ſenex.
CLITIPHO aduleſcens.
CLINIA aduleſcens.
SYRUS ſervus.
DROMO ſervus.

BACCHIS meretrix.
ANTIPHILA mulier.
SOSTRATA mulier.
CANTHARA anus.
PHRYGIA ancilla.
NUTRIX.

C. SUL-

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. IN militiam proficiſci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, conpulit durus pater:
Animique ſeſe angebat, facti poenitens.
Mox ut reverſus eſt, clam patre devortitur
Ad Clitiphonem. is amabat ſcortum Bacchidem.
Cum arceſſeret cupitam Antiphilam Clinia,
Ut eius Bacchis venit amica, ac ſervolae
Habitum gerens Antiphila. factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri,
Decem minas meretriculae aufert a ſene.
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

PRO-

P. TERENTII

HEAUTON TIMORUMENOS.

PROLOGUS.

I. tr. NE cui sit vestrum mirum, cur partis seni
Poeta dederit, quae sunt adulescentium :
* dif. Id primum dicam : * deinde quod veni, eloquar.
Ex integra Graeca integram comoediam
Hodie sum acturus Heauton timorumenon :
1 Duplex quae ex argumento facta est simplici.

Novam

NOTAE.

1 *Duplex.*] Jul. Scaliger Poetices l. 6. c. 3. censet Fabulam hanc ideo *duplicem* dici, quod dimidium eius vesperi actum est, alterum dimidium sub lucem; unam igitur quasi duas fuisse. idem sentit etiam G. Fabritius; atque hanc sententiam solam veram esse mihi persuasissimum est. recentioribus tamen interpretibus displicuit, qui volunt fabulam hanc duplicem dici a duplici argumento: hoc nempe interesse inter hanc Terentianam, & illam Menandri, quod omnia hic duplicia sunt, senes duo, amatores duo, amicae duae, servuli quoque duo, mulierculae denique duae, quae personae in Menandrea erant singulae. Haec, Daceria iudice, unica vera huius loci explicatio; sed mea quidem sententia, nihil dici poterat ab omni veri specie magis alienum. quid enim? hodienum supereſt illa Menandri Fabula? num ex idoneis testibus constat personas hasce in illa fuisse singulas? num si haec sententia vera est, potuit Terentius dicere, se *ex integra Graeca integram hanc Comoediam* feciſſe? nonne, si tam insignis facta esset mutatio, necessario inde sequeretur, aut hanc Terentii Fabulam iusto prolixiorem esse, aut illam Menandri fuisse justo breviorem? num novum est personas duplices introduci? nonne in omnibus Terentianis praeter Hecyram idem factum est? quibus igitur argumentis Daceria sententiam suam tuetur? hoc quidem unico; quod Terentius dicat, *novam esse ostendi*; quod si in Menandrea personae omnes, ut in Terentiana, duplices erant, nihil erit hic novi. mirari satis nequeo, quod doctissima femina tantum ponderis tam imbelli argumento inesse putarit. cum *nova* nihil aliud velit, quam

Novam esse ostendi, & quăe ĕssĕt: nunc qui scripserit,
Et cuia Graeca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vostrum, id dicerem.
Nunc, quamobrem has partis didicerim, paucis dabo.
Oratorem esse voluit me, non prologum:
Vostrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Set hic ' actor ' tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturŭs sum.
Nam quod rumores distulerunt malevoli
Multas contaminasse Graecas, dum facit
Paucas latinas: factum hic esse id non negat,
*dis. Neque se pigere, & * deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod malevolus vetŭs poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicum ingenio fretum, haut natura sua:
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit. quare omnes vos oratos volo,

Ne

NOTAE.

quod haec Menandri fabula nunc primum Latine versa sit, & Romae acta. hanc huius vocis vim esse ex omnibus fere Terentii prologis abunde constat. vid. Adelph. prol. v. 12. Hec. prol. pr. v. 2. 5. & prol. sec. v. 4. 6. 11. 29. 49. Phorm prol. 9. 24. vid. etiam hunc ipsum prologum v. 29. idem clare liquet ex prologo Eunuchi,

——*Quae cum occepta est agi,*
Exclamat (adversarius) *furem non poetam fabulam*
Dedisse——

non quod Colacis & Militis personas ex Graeca Menandri transtulerit, sed quod a Latinis poetis eas sumpserit, a Naevio sc. & Plauto,

Colacem esse Naevi & Plauti veterem fabulam:
Parasiti personam inde ablatam, & militis.
——*sed eas fabulas factas prius*
Latinas scisse sese, id vero pernegat

Terentius. enerve adeo & viribus destitutum argumentum, quo unico freta est Daceria, ad firmandam interpretationem istam, quam Scaligerana explosa, solam dignam esse quae recipiatur censuit.

1 *Tantum poterit.*] *Tantum*, nihil amplius: haec actoris verecundia est, qui nihil sibi arrogat; non sua sed poetae esse omnia quae dicturus est, fatetur, quo auditores & sibi aequiores, & ad orationem attentiores reddat.

2 *Decesse populum.*] Quod hic in vetere poeta Terentius culpat, non est, quod *servum currentem* fecerit, omnibusque qui obsistant interminantem, ut de via decedant. quod Plautus fecit Captiv. IV. II. 11. & alibi. id quidem Comicis

so-

Ne plus iniquum poſſit quam aequum oratio.
Facite aequi ſitis: date creſcendi copiam,
Novarum qui ſpectandi faciunt copiam
Sine ' vitiis: nĕ ille pro ſe dictum exiſtumet,
Qui nuper fecit ſervo currenti in via
2 Deceſſe populum: cur infano ſerviat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias novas; niſi finem maledictis facit.
Adeſte aequo animo: date poteſtatem mihi
3 Statariam agere ut liceat per ſilentium,
Ne ſemper ſervos currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus, ſycophanta autem inpudens,
Avarus leno, adſidue agendi ſint mihi
Clamore ſummo, cum labore maxumo.
* m. * Mea cauſa cauſam hanc iuſtam eſſe animum inducite,
Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc novas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni:
Siquae laborioſa eſt, ad me curritur:
Si lenis eſt, ad alium defertur gregem.
1 In

NOTAE.

ſolenne eſſe idem oſtendit, Amph. III. IV. 1. ubi ſic Mercurius,

Concedite, atque abſcedite, omnes || *de via decedite.*
Nec quiſquam tam audax fuat homō, quī || *obviam obſiſtat mihi.*
Nam mihi quidem hercle, qui minus li-ce||*at deo minitarier,*
Populo, ni decedat mihī, quam || *ſervulo in Comoediis?*

non igitur in eo peccavit Luſcius ille, ſed quod populum, frequentem forſan, inepti ſervuli curare minas, & imperanti parere fecerit, vel currenti quidem nihil vero interminanti de via prompte & propere decedere. ſatis Terentio fuit rem verbulo tetigiſſe, cum iam recens erat: nos coniectura tantum aſſequi poſſumus hunc fuiſſe locum, in quo inepte & abſurde admodum Lavinius decori leges violaſſet. pro tali, inquit poeta, ſe nihil orare; cur enim tam inſulſi commodis ſtudeat? *cur inſano ſerviat?*

3 *Statariam agere.*] Sc. fabulam. aliae enim *motoriae* erant, plenae motuum ſcilicet, & turbulentae, in quibus

Servus currens, iratus ſenex, edax paraſitus, ſycophanta, leno magnam partem faciunt; quales ſunt plurimae Plautinae; aliae *ſtatariae*, quae ſedatiores, in quibus tranquille & quiete res agitur; aliae *miſtae*, ex utroque actu conſiſtentes. ex Terentianis Andria, Heaut. & Hecyra ad Statarium genus proxime accedunt, tres reliquae miſti ſunt generis, ſed motorio propiores.

[1] In hac eſt pura oratio. experimini,
In utranque partem ingenium quid poſſit meum.
[2] Si numquam avare pretium ſtatui arti meae,
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maximum,
Quammaxume ſervire voſtris commodis:
Exemplum ſtatuite in me, ut aduleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius quam ſibi.

NOTAE.

1 *In hac eſt pura oratio.*] Si minus actuoſa eſt haec Fabula, at quod hac parte deeſt, orationis cultura & puritate penſatur. & hanc praecipue laudem opinor vindicaſſe ſibi Terentium, (*cuius fabellae propter elegantiam ſermonis putabantur a C. Laelio ſcribi*, inquit Cicero Ep. ad Attic. l. 7. ep. 3.) cum hanc ei eripere inprimis laborarint adverſarii, qui dictitarunt, quas feciſſet fabulas,

TENUI *eſſe oratione, & ſcriptura* LEVI.

vid. Phorm. prolog. v. 5.

2 *Si numquam avare.*] Hunc & duos ſequentes verſus habemus etiam Hec. prolog. v. 41, &c. quae fabula biennio quidem hanc praeceſſit, cum primum agi coepta eſt; ſed non niſi anno, cum tertio eſt relata; cum primum iſto prologo aucta eſt. vix vero crediderim Terentium tam parum ab ingenio valuiſſe, ut eoſdem verſus poneret in duabus Fabulis, quae ſe tam prope, nulla alia interpoſita, exciperent; idque cum adverſariorum invidia premeretur, qui quaſvis novum poetam criminandi anſas avide arriperent; unde conjicere eſt alias eum interea dediſſe fabulas, quae temporis injuria interciderunt: earum enim quae ſuperſunt, Andria ante Hecyram acta eſt, reliquae vero Heautontimorumeno poſteriores ſunt.

ACTUS

ACTUS I. SCAENA I.

CHREMES, MENEDEMUS, ſenes.

CHREMES.

I. tr. QUAMQUAM haec inter nos nuper notitia admodumſt:
Inde adeo quod ăgrum in proxumo hic mercatus es,
Nec rēi ferĕ ſane amplius quicquam fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego' in propinqua parte amicitiae puto,
Facit ut te audacter moneam & familiariter,
Quod mihi videre praeter aetatem tuam
Facere', & praeter quam res te adhortatur tua.
Nam pro Deum atque hominum fidem, quid vis tibi?
Quid quaeris? annos ſexaginta natus es,
Aut plus eo, ŭt - conicio -. agrum in his regionibus
Meliorem, neque preti maioris nemo habet:
*dif. Servos compluris: * proinde quaſi nemō ſiet,
Ita' tute adtente illorum officia fungere.
Numquam tam mane egredior, neque tam veſperi
Domum revertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere', aut arare, aut aliquid ferre denique.
Nullum remittis tempus; neque te reſpicis.
Haec non volŭptati tibi ĕſſe, ſatĭs certo ſcio.
3 At enim dices, quantum hic operis fiat, poenitet.

Quod

NOTAE.

3 *At enim dices, quantūm hic.*] Sic liber Bemb. verſus autem huius poſterior pars ſic ſe habet apud Donatum in Eun. V. VI. 12. *quantum hic operae fiat poenitet.* codices fere omnes, *at enim dices me*, vel *at dices enim me.* quocunque modo legas, verſus impeditus eſt. Faernus omittit *me*, & *fiat* in monoſ. contrahi vult; ſed errat vir doctiſs. cum iſtam vocem ejuſmodi contractionem in ſe admittere exiſtimat. alii nullo codice aſtipulante delent, *dices.* quod & Terentianum, nec ſine incommodo abeſſe poteſt. ſic Phorm. II. II. 20. —— dices, *ducent damnatum domum.* & IV. III. 21. —— *an legibus Daturum poenas* dices? ſin & *dices* & *me* retineas, verſus erit ſeptenarius; quales non facile admittendi ſunt, ut dixi ad Andr.

Quod in' opere faciundo operae conſumis tuae,
Si ſumas in illis exercendis, plus agas.
ME. Chreme, tantum ne ab re tuaſt ' otî tibi,
Aliena ut cures; eaque-, nihil quae ad = te adtinent?
CH. Homo' fūm: humani nihil a me alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta:
Rectumſt, ego ŭt faciam; non eſt, te ut deterream.
ME. Mihi ſic eſt uſus: tibi ut opus factoſt, face.
CH. An cuiquam eſt uſus homini, ſe ut cruciet? ME. mihi.
CH. Si quid laboris ĕſt-, nollem: ſet quid ĭſtuc mali eſt
Quaeſō? quid de te tantum ² meruiſti? ME. heu.
CH. Ne lacruma: atque iſtuc, quicquid eſt, fac me ut ſciam.
Ne retice: ne verere: crede inquam mihi,
Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuvero.
ME. Scire hoc vis? CH. hac quidĕm cauſa, qua dixi tibi.
ME. Dicetur. CH. at ĭſtos raſtros interea tamen
Adpone, ne labora. ME. minime. CH. quam rem agis?
ME. Sine me, vacivom tempus ne quod dem mihi
Laboris. CH. non ſinam, inquam. ME. ah, non aequom facis.
CH. Hui', tam gravis hos quaeſo? ME. ſic meritumſt meum.
CH. Nunc

NOTAE.

Andr. IV. IV. 3. ſi lectionem Bemb. codicis ſequamur, & *me* deleamus, verſus ad trimetrum redigetur reiiciendo primam ſyllabam *at* ad finem verſus praecedentis, & ſecundam in *enĭm*, quod perpetuo fit, corripiendo. decem e codd. Leng. *enim* collocant poſt *dices*; & cum incerta eius ſedes ſit, ipſum fortaſſe irreptitium eſſe haud iniuria ſuſpicemur; ad ſenſum certe nequaquam neceſſarium eſt. quod ſi tollas, verſum omni incommodo liberabis, & optimus fiet trimeter.

At dices quantum hic operis fiat, poenitet.

ſed nihil eorum quae attuli ad verſum hunc expediendum, mihi, fateor, ſatisfacit. altius, ni fallor, mendum latet; *operis* non eſſe numeri ſingularis ſed pluralis, & excidiſſe particulam *ab*, atque adeo totum verſum hoc modo legendum arbitror,

At enim dices, me quantum hic ab operis fiat, poenitet.

operas dici poſſe qui ruri opus faciunt, ſatis conſtat ex hoc Suetonii, in vita Veſp. c. 1. *non negaverim jactatum a quibuſdam, Petronii patrem —— fuiſſe mancipem* OPERARUM, *quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare ſolerent.* hoc autem ſenſu *operis* hic intelligi debere ſequentia non obſcure indicant; quo enim alias referendum erit *illis* in verſu ab hoc altero, cum per totos decem verſus nullum aliud nomen ſit, quocum conveniat? hac autem emendatione admiſſa verſus erit T. t. c. quales interdum trimetris immiſceri ſolere, exempla aliquot apud Plautum oſtendunt.

CH. Nunc loquere. ME. filium unicum aduleſcentulum
Habeo'. ah, quid dixi habere me? immo habui Chreme:
Nunc habeam necne incertumſt. CH. quid ita ĭſtuc? ME. ſcies.
Eſt e Corintho hic advena - anŭs paupercula:
Eĭŭs' filiam ille amare coepit perdite,
Prope' iam ut pro uxore haberet: haec clam me omnia.
Ubi rem reſcivi, coepi non humanitus,
Neque ut animum decuit aegrotum aduleſcentuli,
* m. Tractare, ſet 3 vi & = * via per-volgata patrum:
Cotidie accuſabam: hem - tibi ne haec = diutius
Licere ſperas facere me vivo patre,
Amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?
Erras, ſi id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,
Dum quod te dignumſt, facies: ſet ſi id non facis,
Ego, quod me in te ſit facere dignum, invenero.
Nulla adeo ex rĕ ĭſtuc fit, niſi ex nimio otio.
Ego ĭſtuc aetatis, non amori operam dabam,
Set in' Aſiam hinc abii propter pauperiem, atque ibi
4 Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res rediit, aduleſcentulus

Saepe

NOTAE.

dunt. vid. Aul. II. VIII. 23. Poenul. V. III. 46. Rud. IV. I. 14. quibus paucula alia, numero fere decem addi poſſunt, ſed non omnia aeque certa ac ſincera.

1 *Otĭ.*] Faern. *otii.*

2 *Meruiſti?* ME. *eheu.*] ſic omnes quod ſciam codd. praeter unum Petrenſem e Leng. qui pro *eheu* legit *ei mihi.* miror autem nihil hic monere interpretes, cum metrum laborare videatur. ſi recepta lectio vera eſt, ultima in *meruiſti* non eliditur, prima vero in *eheu* corripitur, quod etſi nuſquam alias apud Terentium fit, plus ſemel tamen in Plauto correptum invenias. ut Pſeud. I. I. 79.

Pſeudole'. PS. *heu!* CA. *neque intus nummus ullus eſt.* PS. *eheu!*

CA. *Ille abducturus eſt mulierem cras.* PS. *eheu.*

Sed haec verſum ſuſtentandi ratio mihi quidem parum placet; & vel *heu* poſt *eheu* excidiſſe arbitror, vel *eheu* in triſyllabum reſolvendum eſſe, cuius deſidero exemplum. certe *eheu, heu,* non male eiu latum exprimit, nec incommode reſpondet Graecorum ἰὲ, ἰὲ.

3 *Vi & via.*] *Via* in unam ſyllabam contrahenda eſt. ut apud Plautum, Curc. II. III. 1.

Date viam mihi noti = atque ignoti!

4 *Simul rem & gloriam.*] ſic codd. ſed legendum arbitror, *ſimul & rem, & gloriam.* quod multo videtur concinnius, ſeu Latinitatem, ſeu numeros ſpectes. & ſic legit Eographius. *rem* vero & *gloriam* Terentius ita coniunxit, Hec. V. II. 31.

Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem ei natam, & gloriam eſſe.

Saepe eadem, & graviter audiendo, victus eſt.
Putavit mĕ & aetate, & benevolentia
Plus ſcire & providere, quam ſe ipſum ſibi.
In Aſiam ad regem militatum abiit, Chreme.
CH. Quid ais? ME. clam me profectus menſis tris abeſt.
CH. Ambo accuſandi: & ſi illud inceptum tamen
Animi' eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.
*m. †m. ME. Ubi comperi ex * iis-, qui † ei fuere conſcii,
Domum revortor moeſtus, atque animo fere
Perturbato, atque incerto prae aegritudine.
Adſido: adcurrunt ſervi: ſoccos detrahunt:
Video' alios feſtinare, lectos ſternere,
Cenam apparare: pro ſe quiſque ſedulo
Faciebat, qŭo illam mihi lenirent miſeriam.
Ubi' video haec, coepi cogitare: hem, tot mea
Solĭŭs 1 ſolliciti ſunt cauſa, ut me unum expleant?
Ancillae tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſet gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quod illa' aetas magis ad haec utenda idonea eſt,
Eum ego' hinc eieci miſerum iniuſtitia mea.
Malo quidem me dignum quovis deputem,
Si id faciam. nam uſque = dŭm ille vitam illam colet
Inopem,

NOTAE.

1 *Solliciti ſunt.*] Aſſentio Tan. Fabro, legenti *ſint*, ut mox *veſtiant*, & *faciam*.

2 *Sumptum exercerent ſuum.*] Lectionem hanc pluribus tuetur poſt Turnebum I. F. Gronovius, libro Obſerv. Eccl. c. 1. qui *ſumptum exercere* eo fere modo dici vult, quo dicitur, *tellurem exercere*, *aut pecuniam*. & ſervi opere faciundo ſumptum ſuum exercent, qui cum lucro reddunt quod in illos inſumitur, atque ita praeſtant, uti quod erogatur, nec periiſſe videatur, nec otioſum eſſe, ſed exercitum, occupatum, fertile, quaeſtuoſum. Haec vir doctiſs. multis perſequitur; quae mihi tamen, ut quod res eſt fatear, nequaquam ſatisfaciunt. primo enim metaphora ab exercendis agris aut pecuniis ducta, duriſſima videtur, & cuius nullum ex probato aliquo auctore protulit exemplum; & ſi proferre potuiſſet, non facile in Terentio admittenda eſſet, cum ille ab omnibus dicendi figuris quae ſunt duriuſculae, longiſſime abhorreat. ſed admiſſo ſcriptores optimos ita locutos eſſe, ſenſus quem ipſe inde elicit, non is eſt quem voluit Terentius; aliud enim eſt, ſumptum exercitum habere, & non ſterilem prorſus & infructuoſum; aliud, tantum ex eo fructus lucrique facere, quod impenſis reſpondeat, & quo ſumptus domino penſetur. id vero Menedemus vult, ſe nimirum eum tantum ſervorum numerum

Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea uſque illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quaerens, parcens, illi ſerviens.
Ita' facio prorſus: nihil relinquo in aedibus,
Nec vas, nec veſtimentum: conraſi omnia.
Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo, facile ſumptum exercerent ſuum,
Omnes produxi, ac vendidi. inſcripſi ilico
Aedis mercede. quaſi talenta ad quindecim
Coegi: agrum hunc mercatus ſum: hic me exerceo.
Decrevi tantiſper me minus iniuriae
*m. Chremes, * meo gnato facere, dum fiam miſer;
Nec fas eſſe, ulla me voluptate hic frui,
Niſi ubi' ille huc ſalvos redierit meŭs particeps.
CH. Ingenio te eſſe in liberos leni puto,
Et ĭllum' obſequentem, ſiquis recte aut commode
Tractaret. verum nec tŭ ĭllum ſatĭs noveras,
Nec tē ille-: hocque fit, ubi non vere vivitur.
Tŭ ĭllum numquam oſtendiſti quanti penderes,
Nec tibi ĭlleſt credere auſus quae eſt aequom patri.
Quod ſi eſſet factum, haec numquam eveniſſent tibi.
ME. Ita res eſt. fateor: peccatum a me maximumſt.
CH. Menedeme, at porro recte ſpero, & ĭllum tibi
Salvom

NOTAE.

numerum iam velle alere, qui operi ruſtico faciundo par ſit, quique opera ſua hero reddant quod in eos erogatum eſt. pro *exercerent* igitur, ego cum Lambino & codice Colon. legendum arbitror, *exercirent*, quod Feſtus interpretatur *farcirent*; & cum auctoris nomen unde ſumpſerit, non addiderit, nihil vetat quo minus Terentium eum fuiſſe exiſtimemus, cum verbum ad rem de qua agitur aptiſſime quadret, & loco ex omni parte optime reſpondeat. Librarios in errorem hic inductos arbitror loco qui praeceſſit v. 21, 22.

Quod in OPERE FACIUNDO *operae con-*
ſumis tuae,
Si ſumas in illis EXERCENDIS, *plus agas.*
quod illis vero ſic errandi anſam dedit, id ipſum, opinor, oſtendit Terentium non ita locutum eſſe, ne idem verbum tam brevi intervallo, cum vocibus ſimilibus coniunctum, iterum invenuſte poneret. quid quod verſu abhinc tertio vox eadem redit, ——*hic me exerceo.* Quod vero auctoritatem Ambroſii pro altera lectione urgent, loca ex illo allata nihil neceſſario probant, niſi mendum a multis retro ſeculis inuſtum ipſi quoque Ambroſio fraudi fuiſſe

Salvom adfuturum esse hic confido = propediem.
ME. Utinam di faxint. CH. facient. nunc si commodumst,
Dio'nysia hic sunt, hodie aput me sis volo.
ME. Non possum. CH. cur non? quaeso tandem aliquantulum
Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
ME. Non convenit, quĭ illum ad laborem inpellerim,
Nunc me ipsum fugere. CH. sicine est sententia?
ME. Sic. CH. bene vale. ME. & tu. CH. lacrumas excussit mihi,
Miseretque me eius=: set ŭt diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cenam ut veniat: ibo, visam si domi est.
Nihil' opŭs fuit monitore: iam dudum domi
Praesto' apŭt me esse aiunt: egomet convivas moror.
Ibo adeo hinc intro. set quid crepuerunt fores
Hinc a me? quis nam egreditur? huc concessero.

SCAENA II.

CLITIPHO adulescens. CHREMES.

CLITIPHO.

T. t. a. NIHIL adhuc est, quod vereare ‖ Clinia: haut quaquam etiam cessant:
T. t. c Et illam - simŭl cum = nuntio, tibi hĭc ‖ adfuturam hodie scio.
*m. T. t. a. * Proin tu solicitudinem istam ‖ falsam, quae te excruciat, mittas.
T. d. c. CH. Qui cum loquitur filius?
T. t. c CL. Pater adest, quem volui: adibo ‖. pater opportune advenis.
CH. Quid id est? CL. hunc Menedemum nostin ‖ nostrum vicinum?
CH. probe.
I. t. a. Huic' filium scis esse? CH. audivi esse in Asia. ‖ CL. non est, pater:

Aput

NOTAE.

1 *Abduxi ad cenam.*] Si haec lectio recte se habet, nisi primam syllabam ad praecedentem versum reiicias, ut versus sit T. t. a. erit Iambic. tetr. hypercat. syllaba ab initio trochaico t. a. auctior, quales duos aut tres habemus in hac ipsa fabula, III. III. sed & aliis modis versui succurri potest, nam octo e codd. Leng. delent vel *cum eo*, vel iam *inde*.

2 *Nobiscum esset amplius.*] Sic versus postulat, & ita citatur a Nonio Marcello. sed Faern. aliique, *esset hodie amplius*.

Mene

Apŭd nos eſt. CH. quid ais? CL. advenientem, e navi egredientem, ilico

I. t. h. Abduxi ad cenam: nam mihi magna cŭm eo iam inde uſque a pueritia

*m. I. t. a. Fuit ſemper familiaritas. CH. volŭptatem magnam nuntias.

Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum eſſet amplius:

*m. Ut hanc lætitiam nec opinanti primus obicerem ei domi.

T. t. c. Atque etiam nunc tempus eſt. CL. cavĕ faxis; non opus eſt pater.

I. t. a. CH. Quapropter? CL. quia enim incertumſt etiam, quid ſe faciat. modo venit.

Timet omni a, patris iram, & animum amicae ſe erga ut ſit ſuae.

*m. Eam miſere amat: propter eam haec turba, atque abitio evenit. CH. ſcio.

CL. Nunc ſervolum ad eam in urbem miſit, & ego noſtrum una Syrum.

CH. Quid narrat? CL. quid ille? ſe miſerum eſſe. CH. miſerum? quem minŭs credereſt?

Quid relliquiſt, quin habeat quae quidem in homine dicuntur bona?

Parentis, patriam incolumem, amicos, genŭs, cognatos, divitias:

Atque haec perinde ſunt ut illius animus, quĭ ea poſſidet:

*m. Qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.

CL. Immo ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc nihil magis

Vereor, quam ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.

T. t. c. CH. Ille ne? ſet repri-mam me: nam in metu eſſe hunc, illi eſt utile.

CL. Quid

NOTAE.

Menedemum Chremes invitaverat ſcena praeced. v. 110. ſed non prolixe ſatis.

3 *Obicerem ei domi.*] Sic omnes praeter Bemb. & ibi *ei* ſuperadditum eſt.

4 *Atque etiam nunc tempus eſt.*] Deeſt ſyllaba, ut verſus ceteris par ſit. forſan illud *hodie*, quod abundat in verſu 11. ante *amplius*, hic inſerendum eſt ante *pater*. quales verborum tranſpoſitiones incuria librariorum non raro accidunt, & tunc pro *tempus eſt* legendum *tempuſt*.

5 *Se erga.*] *Erga ſe*, videtur eſſe numero meliore. ut Andr. V. I. 1. & Hec. III. V. 36. 39.

I. t. a. CL. Quid tute tecum? CH. dicam. ut ut erat ‖, manſum tamen oportuit.
Fortaſſe aliquantum iniquior erat ‖ praeter eŏŭs lubidinem:
Pateretur: nam quem ferret, ſi pa‖rentem non ferret ſuum?
Huncine erat aequom ex illĭus more, an ‖ illum ex huius vivere?
Et′ quod illum inſimulat durum, id non eſt ‖. nam parentum iniuriae
Unĭŭſmodi ſunt ferme; paulo ‖ qui eſt homō tolerabilis.
Scortari crebro nolunt; nolunt ‖ crebro convivarier:
Praebent exigue ſumptum: atque haec ſunt ‖ tamen ad virtutem omnia.
Verum′ ubi animus ſemel ſe cupidi‖tate devinxit mala,
Neceſſe eſt Clitiphō conſilia ‖ conſequi conſimilia. hoc
Scitumſt, periclum ex aliis facere ‖, tibi quod ex uſu ſiet.
CL. Ita credo. CH. ego ibo hinc intro, ut videam ‖ nobis quod cenae ſiet.
Tu, ut′ tempus eſt diei, vidĕ ſis ‖ ne quo hinc abeas longius.

ACTUS II. SCAENA I.

CLITIPHO.

I. t. a. QUAM in′iqui ſunt patres in omnes ‖ aduleſcentis iudices:
Qui aequom eſſe cenſent nos a pueris ‖ ilico naſci ſenes;
Neque illarum adfines eſſe rerum ‖, quas fert aduleſcentia.
*m. Ex′ * ſua libidi=ne moderantur ‖, nunc quae eſt, non quae olim fuit.
Mihi′ ſi umquam filius erit, nĕ ille ‖ facili me utetur patre:
Nam

NOTAE.

1 *Animum exangeant.*] Sic indubie legendum, non *exaugeant*, ut Faern. & alii. ſic Phorm. I. III. 8. *At non quotidiana cura haec* ‖ ANGERET *animum, ſcio.* in nullis literis facilior lapſus eſt quam in *n* &

Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi ‖ dabitur peccati locus:
* m. Non' ut meus, qui = mihi per alium os‖tendit * ſuam ſententiam.
Perii': is mihi, ubi adbibit plus paulo‖, ſua quae narrat facinora?
* m. Nunc' * ait: periclum ex aliis facito‖, tibi quod ex uſu ſiet.
Aſtutus: nĕ ille haut ſcit, quam mihi nunc ‖ ſurdo narret fabulam.
Magĭs' nunc mĕ amicae dicta ſtimulant‖: da mihi-, atque adfer mihi:
Cui quid reſpondeam nihil habeo‖: neque me quiſquam eſt miſerior.
Nam hic Clinia, & ſi is quoque ſuarum ‖ rerum ſatagit, attamen
Habet benc & pudice eductam, ig‖naram artis meretriciae.
Meaſt potens, procax, magnifica‖, ſumptuoſa, nobilis.
* m. Tum' quod dem * ei-, rectest = : nam nihil eſſe‖ mihi religioſt dicere.
Hoc' ego mali non pridem inveni‖: neque etiam dum ſcit pater.

SCAENA II.

CLINIA. CLITIPHO.

CLINIA.

l. t. a. Si mihi ſecundae res dĕ amore meo ‖ eſſent, iam dudum ſcio
Veniſſent: ſet vereor, ne mulier ‖ me abſente hic corrupta ſit.
Concurrunt multae opiniones‖, quae mihi ı animum exangeant:
Occaſiō, locus, aetas, mater‖, cŭiŭs ſub imperioſt, mala:
Cui nihil iam praeter pretium dulceſt‖. CLIT. Clinia. CLIN. ei miſero mihi.
CLIT. Etiam caves, ne videat forte hinc ‖ te a patre aliquis exiens?
CL. Faci'am:

NOTAE.

n & *u*. ſimili errore in Plauti Stich. I. I. 54. legitur *moerore* AUGEOR, pro *angeor*.

ſic vero & hic & illic legendum eſſe iamdudum viderunt eruditi.

CLIN. Faci'am: ſet neſcio quid profecto " mihi animus praeſagit mali.
CLIT. Pergin iſtuc priŭs diiudicare", quam ſcis quid veri ſiet?
CLIN. Si nihil mali eſſet, [1] iam hic adeſſet". CLIT. iam aderunt.
CLIN. quando iſtuc erit?
CLIT. Non cogitas hinc longule eſſe? & " noſti mores mulierum: IO
Dum moliuntur, dum conantur", annus eſt. CLIN. o Clitipho,
Timeō. CLIT. reſpira: eccum Dromonem " cum Syro una adſunt tibi.

SCAENA III.

SYRUS. DROMO, ſervi. CLINIA. CLITIPHO.

SYRUS.

m. T. t. c. AIN tu? DR. ſic eſt. SY. verum interea " dum ſermones caedimus,
Illae ſunt relictae. CLIT. mulier " tibi adeſt, audin Clinia?
CLIN. Ego vero audiō, nunc demum & " video,& valeo Clitipho.
[2] DR. Minime mirum: adeo impeditae " ſunt: ancillarum gregem
Ducunt ſecum. CLIN. perii. unde illi " ſunt ancillae? CLIT. men rogas? 5
SY. Non oportuit relictas": portant quid rerum. CLIN. ei mihi.
SY. Aurum, veſtem: & veſperaſcit", & non noverunt viam.
Factum a nobis ſtulte eſt. abĭ dum " tu Dromo illis obviam:
Propera: quid ſtas? CLIN. vae miſero mihi", quanta de ſpe decidi.
CLIT. Quid iſtuc? quae res te ſollicitat " autem? CLIN. rogitas quid ſiet? IO
Viděn tu? ancillas, aurum, veſtem", quăm ego cum una ancillula

Hic

NOTAE.

1 *Iam hic adeſſet.*] Sic omnes fere codd. & mox pro *aderunt*, *aderit*. ſed edit. habent, *adeſſent*; & ſane utrumque verbum eodem numero ponendum eſſe manifeſtum; aut igitur *aderit* legendum, aut *adeſſent*.

2 DR. *Minime mirum.*] Haec verba Faern. Syro dat, ſed Dromoni tribuenda

Hic reliqui. unde eſſe cenſes? CLIT. vah, nunc demum intellego.
SY. Di boni quid turbaeſt? aedes noſtrae vix capient ſcio.
Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius?
Set video: eccos quos volebam. CLIN. o Iuppiter, ubinam eſt fides?
I. t. a. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Conlocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis;
* m. Propter quam in ſumma infamia ſum, & * meo patri minus ſum obſequens.
Cŭius nunc pudet me & miſeret; qui harum mores cantabat mihi:
Monuiſſe fruſtra, neque potuiſſe eum umquam ab hac me expellere:
Quod tamĕn nunc faciam: tum, cum gratum mihi eſſe potuit, nolui.
Nemo eſt miſerior me. SY. hic de noſtris verbis errat videlicet,
Quae hic ſumŭs locuti. Clinia aliter tuum amorem, atque eſt, accipis;
I. tr. Nam & vitaſt eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipſa re coniecturam cepimus.
CLIN. Quid eſt obſecrō? nam mihi nunc nihil rerum omniumſt
Quod malim, quam me hoc falſo ſuſpicarier.
SY. Hoc primum, ut ne quid hŭiŭs rerum ignores, anus
*m. †dif. Quae eſt dicta mater eſſe * ei † antehac, non fuit:
Ea obiit mortem: hoc ipſa in itinere alterae
Dum narrat, forte audivi. CLIT. quaenamſt altera?
SY. Mane: hoc quod coepi, primum enarrem Clitipho:
Poſt iſtuc veniam. CLIT. propera. SY. iam primum omnium
Ubi ventum ad aedis eſt, Dromō pultat fores:

Anŭs

NOTAE.

da eſſe res ipſa clamat, cum iis reſponſum ſit ad illa quae Syrus modo dixerat.

3 *Neque potuiſſe eum.*] Octo e codd. Leng. *eum potuiſſe.* quae melior collocatio. alias pro *neque* legendum *nec.*

Anŭs' quaedam prodit: haec ubi aperuit oſtium,
Continuo hic ſe coniecit intro, ego conſequor:
Anŭs' foribus obdit peſſulum, ad lanam redit.
Hic ſciri potuit, aut nuſquam alibi Clinia,
* m. Quo ſtudio vitam * ſuam te abſente exegerit,
Ubi' de improviſo eſt interventum mulieri:
Nam ea' res dedit tum exiſtumandi copiam,
Cotidianae vitae conſuetudinem,
Quae cŭiŭſque ingenium ut ſit, declarat maxume.
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus;
Medi'ocriter veſtitam veſte lugubri
Eĭus' anuis cauſa opinor, quăe erat mortua;
Sine auro, tum ornatam, [1] ita uti quae ornantur ſibi,
Nulla mala re [2] eſſe expolitam muliebri;
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus neclegenter, pax. CLIN. Syre mi obſecro
Ne me in laetitiam fruſtra conicias. SY. anus
Subtemen nebat: praeterea una ancillula
Erat'; ea texebat una, pannis obſita,
Neclecta, inmunda inluvie. CLIT. ſi haec ſunt Clinia
Vera, ita uti credo, quis te eſt fortunatior?
Scin hanc, quam dicit ſordidatam & ſordidam?
Magnum hoc quoque ſignumſt, dominam eſſe extra noxiam;
Cum eius tam necleguntur internuntii.
*dif. Nam diſciplina eſt [3] * eiſdem, munerarier
Ancillas primum, ad dominas qui adfectant viam.
CLIN. Perge obſecrō te, & cavĕ ne falſam gratiam
Studeas inire. quid ait, ubi me nominas?
SY. Ubi' dicimus rediſſe te, & rogare uti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuo, & lacrumis opplet os totum ſibi: ut

[4] Facile

NOTAE.

1 *Ita uti.*] Sic omnes codd. praeter Bemb. quem ſecutus eſt Faern.

2 *Eſſe expolitam.*] Niſi codd. vetarent, *eſſe* ut prorſus inutile delerem.

3 *Eiſdem.*] Codd. *eiſdem*, *iiſdem*, *iſdem*, *hiiſdem*, *hiſdem*.

4 *Facile ſcires.*] Faern. *ut facile ſcires*, ſed nihil ad locum annotavit, quod mi-

ror,

4 Facile ſcires = deſiderio id = fie'ri tuo.
CLIN. Prae gaudio, ita me di ament, ubi ſim neſcio:
*dif. Ita' timui. CLIT. at ego nihil = eſſe * ſciebam, Clinia.
Agedum viciſſim Syre, dic quae illaſt altera.
*m. SY. Adducimus * tuam Bacchidem. CLIT. hem, quid? Bacchidem?
T. t. c. Eho ſceleſte quŏ illam ducis‖? SY. quŏ ego illam? ad nos ſcilicet.
CLIT. Ad patrem ne? SY. ad eum ipſum. CLIT. o hominis ‖ inpudentem audaciam. SY. heus.
Non fit ſine periclo facinus ‖ magnum, nec memorabile.
*m. CLIT. Hoc vide: in * mea = vita tu tibi ‖ laudem is quaeſitum ſcelus.
Ubi ſi paululum modo quid te ‖ fuge-rit, ego = perierim,
Quid illo facias? SY. at enim. CLIT. quid enim‖? SY. ſi ſinas dicam. CLIN. ſine.
CLIT. Sino. SY. ita res eſt haec nunc, quaſi cum ‖ CLIT. quas, malum, ambages mihi
Narrare occipit? CLIN. Syre, verum hic ‖ dicit: mitte. ad rem redi.
SY. Enĭmvero reticere nequeo‖: multimodis iniurius
Clitipho es: neque ferri potis es‖. CLIN. audiundum hercle eſt, tace.
SY. Vis amare: vis potiri‖: vis quod des illi, effici:
Tuum ĕſſe in potiundō periclum ‖ non vis: haut ſtulte ſapis:
Siquidem id ſapereſt, velle te id, quod ‖ non poteſt contingere.
Aut haec cŭm illis ſunt habenda, aut ‖ illa cŭm his mittenda ſunt.
* dif. Harum * duarum conditionum ‖ nunc utram malis, vide:
Etſi conſilium, quod cepi‖, rectum eſſe & tutum ſcio:
Nam apŭt patrem tua amica tecum ‖ ſine metu ut ſit, copiaſt.

Tum

NOTAE.

ror, cum verſus hoc modo ſit impeditiſſimus. vel ſeptenarius erit prima in *fieri* producta, vel ut ad trimetrum redigatur, *deſiderio* contrahendum erit in quadriſyllabum, primo *i* eliſo, quod nuſquam alias in hac voce factum eſt. hic autem verſus, quod ad numeros ſimilis eſt iſti in Eun. III. I. 52.

---*tromittamus* = *commiſſatum* =, *tu Pamphilam*.
cum enim alias Iambicus reſolvi commode poſſit in ſemipedem, duos ditrochaeos & creticum, in his duobus exemplis ſemipes, ut numeros teneas, ditrochaeos non praecedere, ſed ſubſequi cenſendus eſt.

*m. Tum quod ĭlli argentum es pollicitus‖, * eadem hac inveniam via:
Quod ut efficerem, orando ſurdas ‖ iam auris reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? CLIT. ſiquidem hoc fit‖. SY. ſiquidem, experiundō ſcies.
*m. CLIT. Age age, cedo ĭſtuc * tuum conſilium‖: quid id eſt? SY. adſimulabimus,
Tuam amicam, huius eſſe. CLIT. pulchre‖: cedo quid hic faciet ſua?
An ea quoque dicetur huius‖, ſi una haec dedecori eſt parum?
*m. SY. Immo ad * tuam matrem abducetur‖. CLIT. quid eo? SY. longumſt Clitipho,
Si tibi narrem, quamobrem id faciam‖: vera cauſa eſt. CLIT. fabulae:
Nihil ſatĭs firmi video, quamobrem ac‖cipere hunc mihi expediat metum.
SY. Mane, habeo aliud, ſi iſtuc metuis‖, [1] quod ămbo confiteamini
Sine periclo eſſe. CLIT. hŭiŭſmodi obſecro ‖ aliquid reperi. SY. maxime:
I. tr. Ibo′ obviam hinc; dicam=, ut revortantur domum. CLIT. hem,
Quid dixti? SY. ademptum tibi iam faxo omnem metum:
In aurem utramvis otioſe ut dormias.
CLIT. Quid′ ago nunc? CLIN. tu ne? quod boni eſt. CLIT. Syre dic modo
Verum′. SY. age modo: hodie ſero ac nequicquam voles.
CLIN. Datur: fruare dum licet: nam neſcias
Eĭŭs′ ſit poteſtas poſthac, an numquam tibi.
CLIT. Syre inquam. SY. perge porro, tamen ĭſtuc ago.
CLIT. Verum′ hercle iſtuc eſt=: Syre, Syre inquam, heus heus Syre.

SY. Con-

NOTAE.

1 *Quod ămbo.*] Prima in *ambo* ſemel atque iterum corripitur apud Plautum. etſi non alias, quod ſciam, apud Terentium.

2 *Neŭtiquam.*] Primam in *neutiquam* ſaepe corripi obſervavi ad Andr. II. I. 30. *Ego Charine neŭtiquam officium liberi eſſe hominis puto.*

3 *Ut*

SY. Concaluit: quid vis? CLIT. redĭ, redi. SY. adſum, dic quid eſt?
Iam hoc quoque negabis tibi placere. CLIT. immo Syre
Et me', & meum amorem, & famam permittō tibi.
Tu es iudex: nequid accuſandus ſis, vide.
SY. Ridiculum eſt, tĕ ĭſtuc me admonere Clitipho:
Quaſi ĭſtic minor mea res agatur, quam tua.
Hic ſiquid nobis forte adverſi evenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.
Quapropter haec res = [2] neŭtiquam neglectuſt mihi:
Set ĭſ'tunc exora, ut ſuam ĕſſe adſimulet. CLIN. ſcilicet
Facturum me eſſe: in e=um iam res rediit locum,
[3] Ut ſit neceſſe. CLIT. merito tĕ amo Clinia.
CLIN. Verum illa nequid titubet. SY. perdoctaſt probe.
CLIN. At hoc demiror, qui tam facile potueris
Perſuadere illi, quae ſolet quos ſpernere.
SY. In tempore ad eam veni: quod rerum omniumſt
Primum: nam quendam miſere offendi militem
Eĭŭs noctem orantem: haec arte tractabat virum,
Ut' illĭus animum cupidum inopia incenderet:
* dif. * Eademque ut eſſet apŭt te hoc quam gratiſſimum.
Set heus tu, vidĕ ſis, ne quid inprudens ruas.
Patrem noviſti, ad has res quam ſit perſpicax:
Ego te autem novi, quam eſſe ſoleas inpotens;
Inverſa verba, everſas cervices tuas,
Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.
CLIT. Laudabis. SY. vidĕ ſis. CLIT. tutemet mirabere.
SY. Set quam citō ſunt conſecutae mulieres?
CLIT. Ubi ſunt? cur retines? SY. iam nunc haec non eſt tua.
CLIT. Scio, aput patrem: at nunc interim. SY. nihilo magis.
CLIT. Sine'. SY. non ſinam inquam. CLIT. quaeſo pauliſper. SY. veto.

CLIT.

NOTAE.

3 *Ut ſit neceſſe.*] Sic in textu Faern. contra ipſius, opinor, ſententiam, qui librum Bemb. hic certe ſequi voluit, & *neceſſus* legere, non minus quam in Eun. V. V. 28.
Niſi quia neceſſus fuit.

CLIT. Saltem ſalutare. SY. abeas ſi ſapias. CLIT. eo. Quid ĭſtic? SY. manebit. CLIT. o hominem felicem. SY. ambula.

SCAENA IV.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRUS.

BACCHIS.

*m.T.t.c. EDEPOL te * mea Antiphila laudo & ‖ fortunatam iudico,
Id cum ſtuduiſti, iſti formae ut ‖ mores conſimiles forent.
Minimeque, ita me dĭ ament, miror ‖ ſi te ſibi quiſque expetit.
Nam mihi quale ingenium haberes ‖, fuit indicio oratio.
* m. Et cum egomet nunc mecum in animo ‖ vitam * tuam conſidero,
Omniumque adeo voſtrarum ‖, volgus quae ab ſe ſegregant;
Et vos eſſe iſtiŭſmodi, & nos ‖ non eſſe, haut mirabileſt:
Nam expedit bonăs eſſe vobis ‖; nos, quibŭs cum eſt res, non ſinunt:
Quippe forma inpulſi noſtra ‖ nos amatores colunt:
Haec ubi [1] inminuta eſt, illi ‖ ſuum animum alio conferunt.
Niſi ſi proſpectum interea aliquid ‖ eſt, deſertae vivimus.
Vobis cum uno ſemel, ubi aetatem ‖ agere decretumſt viro,
Cŭiŭs mos maximeſt conſimilis ‖ voſtrum; hi ſe ad vos adplicant:
Hoc beneficio utrique ab utriſque ‖ vero devincimini;
Ut numquam ulla amori veſtro in‖cidere poſſit calamitas.
AN. Neſcio alias =: me quidĕm - ſemper ‖ ſcio feciſſe ſedulo,
* m. Ut ĕx ĭllius commodo * meum ‖ compararem commodum. CLIN. ah.
*m. I.t.a. Er'go * mea Antiphila tu nunc ſola ‖ reducem me in patriam facis: Nam

NOTAE.

1 *Imminuta eſt.*] Plerique ex codd. Leng. *immutata*, quae lectio non contemnenda.

2 *Syre, vix ſuffero.*] Acute admodum Tan. Faber haec verba Clitiphoni tribuenda cenſet, qui, etſi a Syro *ambulare* iuſſus, ſcaene praecedentis verſu ultimo, proſcaenio non ſtatim exceſſit, ſed in angulo quodam delituit, unde Bacchidis oratione exaudita prae amore impatiens ſe pro-

*dif.' Nam' dum abs te abſum –, omnes = mihi labores‖ * fuere quos cepi, leves,
*m. Praeter quam, * tui carendum quod erat ‖. SY. credo. CLIN. 2 Syre, vix ſuffero.
*m. 3 Hocin me miſerum non licere ‖ * meo modo ingenium frui?
*m. SY. Immo', ut patrem * tuum = vidi eſſe habitum ‖, diu etiam duras dabit.
BA. Quiſnam' hic aduleſcens eſt, qui intuitur ‖ nos? AN. ah, retine me obſecro.
BA. Amabo quid tibi eſt? AN. diſperii ‖. BA. perii miſera. quid ſtupes
I. tr. Antiphila? AN. videon Cliniam, an non? BA. quem vides?
CLIN. Salve anime mi. AN. o mi = Clinia, ſalvē =. CLIN. ut vales?
AN. Salvum veniſſe gaudeō. CLIN. teneō ne te
Antiphila, maxime animo 4 exoptatam meo?
SY. Ite intro: nam vos iamdudum exſpectat ſenex.

ACTUS III. SCAENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

CHREMES.

I. tr. LUCISCIT hoc iam. ceſſo pultare oſtium
Vicini: primum e me ut ſciat ſibi filium
Rediſſe: & ſi aduleſcentem hoc nolle intellego.
Verum, cum videam miſerum hunc tam excruciarier
Eius' abitu, celem tam inſperatum gaudium,
Cūm

NOTAE.

proripuit, & in haec verba erupit.
3 *Hocin.*] Faern. *Hocine.*
4 *Exoptatam.*] Codd. *exoptata.* ſed & verſus & ſenſus exigunt *exoptatam.* & ſic legendum vidit Faern. duobus nempe *m* concurrentibus, alterum pro more omiſerunt librarii.

Cūm' ēi [1] nihil pericli ex indicio ſiet?
Haut faciam: nam quod potero adiutabō ſenem,
[2] Item ŭt' filium meum amico, atque aequali ſuo
Video inſervire, & ſocium eſſe in negotiis.
Nos quoque ſenes eſt aequum ſenibus obſequi.
ME. Aut ego profecto in-genio egregie [3] ad miſerias
Natus ſum, aut illud falſumſt quod volgo audio
Dici, diem adimere aegritudinem hominibus:
Nam mihi quidem cotidie augeſcit magis
De filio aegritudo; & quanto diutius
Abeſt, magĭs cupio tanto, & magĭs deſidero.
CH. Set ĭpſum foras egreſſum video; ibo, adloquar.
Menedeme ſalve; nuntium adportō tibi,
Cŭiŭs' maxime te fieri participem cupis.
ME. Num quidnam de gnato meo audiſti Chreme?
CH. Valet, atque vivit. ME. ubinamſt quaeſo? CH. apŭt me domi.
ME. Meŭs' gnatus? CH. ſic eſt. ME. venit? CH. certe. ME. Clinia
Meŭs' venit? CH. dixi. ME. eamus, duc me ad eum obſecro.
CH. Non volt te ſcire ſe rediſſe etiam: & tuum
Conſpectum fugitat propter peccatum: hoc timet,
Ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſit.

ME. Non

NOTAE.

1 *Nihil pericli.*] Faern. *periculi.* ſeptem e Leng. codd. habent *pericli nihil.* Verſum autem hoc etiam modo dimetiri poſſis.

Cŭm' e'i - ni-hil pe = ricli ex - indicio ſiet.

2 *Item ut.*] Codd. Leng. plerique omnes, *ita ut.*

3 *Ad miſerias.*] *Ad miſeriam*, Leng. codd. fere omnes. ſed altera videtur melior lectio, *natus ad miſerias.* ut Adelph. IV. II. 6.

Niſi, me credo huic eſſe natum || rei, ferundis miſeriis.

4 *Commeare.*] Verſus plane laborat, nec ullum a codd. ſubſidium. ſed erat, cum me in Nonio certum ei remedium inveniſſe exiſtimarem. Cum librum eius de Propriet. Serm. evolverem, ut viderem quid Terentio lucis afferret, & deveniſſem ad haec verba, COMMETARE, *commeare*, primum eorum ilico arripui, ut verſui laboranti apprime commodum; & nuper video idem placuiſſe doctiſs. Bentleio in notis ſuis ad Horatium. ſed re altius perpenſa, iſta mihi lectio non uſquequaque ſatisfacit. primo enim cum *commeto* ſit vox frequentativa, abſtinere ab ea debuit Chremes, qui Cliniae peccatum non augere, aut gravius exprimere, ſed extenuare & imminuere ſtudebat. ſed hoc forſan levius, cum ex forma vocis ad vim eius intelligendam argumentum non ſatis firmum duci queat. alterum quod

obſtat

* m. ME. Non tu * ei dixiſti, ut eſſem? CH. non. ME. quamobrem Chreme?
CH. Quia peſſume iſtuc = in te, atque in illum conſulis,
Si te tam leni, & victo animo eſſe oſtenderis.
ME. Non poſſum: ſatis iam, ſatis pater durus fui. CH. ah,
Vehemens in utramque partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia aut parſimonia.
In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides.
Primum olim potius quam paterere filium
4 Cŏmme'arĕ ad mulierculam, quae paululo
Tŭm e'rat contenta: cuique erant grata omnia,
Proterruiſti hinc. ea coacta ingratiis
Poſt illa coepit victum volgo quaerere.
Nunc cum ſine magno intertrimento non poteſt
Haberi, quidvis dare cupis. nam, ut tu ſcias,
Quam ea' nunc inſtructa pulchre ad perniciem ſiet;
Primum, iam ancillas ſecum adduxit plus decem,
Oneratas veſte, atque auro: ſatrapes ſi ſiet
Amator, numquam ſufferre ĕiŭs ſumptus queat:
Nedum tu poſſis. ME. eſt ne ea intus? CH. ſit rogas?
Senſi: nam unam ēi cenam, atque eius comitibus
Dedi: quod ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet.

Nam,

NOTAE.

obſtat quo minus lectionem hanc amplectar, eſt quod *commeto* verbum ſit, quod ipſius Terentii tempore in deſuetudinem abiiſſe videtur, cum in toto Plauto ſemel tantum occurrat, neque ibi certa ſit lectio, quamvis antiqua ille verba deamaret, ſaltem non refugeret; Terentii vero praecipua ea laus ſit quod in delectu verborum acerrimo iudicio ſummaque diligentia uſus ſit, & ſedulo ab iis abſtinuerit, quae aetatem non poſſe ferre cenſeret. mire certe & feliciſſime ſagax in hac re fuit, qui in fabulis ſuis vix unum verbum poſuit, quo non ipſe Cicero libenter uteretur. hoc facit, ut in hac voce admittenda non parum haeream. adde quod hac lectione admiſſa numeri minus placent, cum accentus qui in tertiam ſyllabam cadere debuerat, in ſecundam retrahatur; quod ipſum etiam in ſe leviculum. quae vero ſingula leviora ſunt, eam iuncta vim habent, ut *commetare* relicto, Faerno potius accedam, putemque, niſi forte *tuum* ab initio exciderit, verſum ſuſtentandum eſſe, nullam faciendo ſynaloepham in *commeare*; quod etſi rarius fiat in Terentio, apud Plautum tamen frequentiſſimum eſt, ut vocalis brevis ante vocalem non elidatur; cuius exemplum nec Terentio deeſt. hac enim ipſa in ſcaena unum occurrit v. 65. de quo ſuo loco. vid. etiam Phorm. V. VIII. 65.

Nam, ut alia omittam, [1] pytiſſando modo mihi
Quid vini abſumpſit? [2] ſic hoc, dicens; aſperum
Pater hoc eſt; [3] aliud lenius; ſodes vide:
[4] Relevi dolia omnia, omnes ſerias:
Omnis ſollicitos habui: atque haec una nox:
Quid te futurum cenſes, quem adſidue exedent?
*dif. Sic me di amabunt, ut me * tuarum miſeritumſt,
Menedeme, fortunarum. ME. faciat quod lubet:
Sumat, conſumat, perdat, decretumſt pati,
Dum illum modo habeam mecum. CH. ſi certumſt tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
[5] Ut neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
ME. Quid faciam? CH. quidvis potius quam quod cogitas:
Per alium quemvis ut des: falli te ſinas
Technis per ſervulum: & ſi ſubſenſi id quoque,
Illos ibi eſſe, [6] & id = agere inter ſe clanculum.
Syrŭs' cum illo veſtro [7] conſuſurrant: conferunt
[8] Conſiliad aduleſcentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt, quăm illo minam.
Non nunc pecunia agitur, ſet illud quo modo
Minimo

NOTAE.

1 *Pytiſſando.*] Codices hic mire variant. alii cum *s.* ſimplici, alii *phyt.* alii, *pitiſſ.* ſed lectio Faerni ſola vera eſt, a Graeco πυτίζειν.

Καὶ τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκπυτίζομεν.

Athen. l. 3. c. 36. quod ad locum adduxit Pareus. multa de hac voce erudite, ut ſolet, Salmaſ. ad Hiſt. Aug. Script. p. 150.

2 *Sic hoc.*] *Sic* hic eſt faſtidientis; ut *ſic ſatis*, parce laudantis, III. II. 12.

3 *Aliud lenius.*] Si per codd. liceret, mallem, *illud lenius*, ut Adelph. III. III. 71.

Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum:
Illud recte.

non potuit enim *multum pytiſſando abſumi*, niſi multa vina mulier nimium delicata deguſtaſſet.

4 *Relevi.*] Sic codd. & ita Priſc. p. 898. ſed Diomedes p. 367. *Relivi.* & ſic Eograph.

5 *Ut neſcientem.*] Cum Boeclero ſentio optimam eſſe Guyeti emendationem legentis, *ut ne ſcientem.*

6 *Et id agere.*] Ex Faerni nota liquet eum maluiſſe legi *id agere* abſque &, ut in cod. Bemb. & aliis antiquis. ſed verſus utramvis lectionem recipit, contra ac ille exiſtimavit.

7 *Conſuſurrant.*] Sic omnes fere codd. ſed vereor ne latine parum dicatur. & ita, opinor, aliis viſum, qui legunt ſingulari numero *conſuſurrat.*

8 *Conſiliad aduleſcentes.*] Sic Faern. in editione Victor. *d* interpoſito propter hiatum, ut in *mederga.* quae Lolgii eſt coniectura pro *ad aduleſcentes*, quod habet cod. Bemb. alii codd. *conſilia aduleſcentes.*

Minimo periclo id demus adulescentulo.
Nam si semel tuum animum ille intellexerit,
Priŭs proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium: hui
Quantam fenestram ad nequitiem patefeceris?
Tibi autem porro ut non sit suave vivere:
Nam deteriores omnes sumŭs licentia.
9 Quodcumque inciderit in mentem, volet: neque id
Putabit pravŏm - an rectum sit, quod petet.
Tu rem perire, & ipsum non poteris pati.
Dare denegaris: ibit ad illud ilico,
Quo maxume apŭt te se valere sentiet,
Abiturum se abs te esse ilico 10 minabitur.
ME. Videre verum, atque ita uti res est, dicere.
CH. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quaero, tibi qui filium restituerem.
ME. Cedo dextram: porro tĕ idem oro ut facias Chreme.
CH. Paratus sum. ME. scin, quid nunc facere te volo?
CH. Dic. ME. quod sensisti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere: cupio illi dare,

Quod

NOTAE.

vocalem autem brevem ante vocalem non semper elidi, e multis Plauti locis liquet. exemplum est in hac ipsa voce, Most. III. I. 155.

Ità' mea consilia = undique oppugnat mala.

nec hoc fit tantum in *a* brevi, sed in *e* quoque brevi innumeris in locis.

9 *Quodcumque inciderit.*] Codex Dun. & tres e melioribus Lengi codd. *quodcuique cumque inciderit*; alii eius fere omnes, *quod cui cumque*; & in versu sequente cod. Dun. *sit, petet.* & sic CCC. Faernus ad priorem versum nihil; ad alterum annotat, in uno ex suis codd. legi, *pravumne an rectum*, quod versus ratio postulat; alias ultima in *pravum* non elidetur. si codicis Dun. lectionem admittamus in primo versu, secundum hoc modo legendum putem,

Neq; id putabit, pravumne an rectum sit & *petet* eiiciendum, ut quae glossa fuerit, ad τὸ *volet* interpretandum margini ascripta, vel varia lectio. mihi vero videtur illud *cui*, vel *cuique* esse varia lectio τῷ *cum* vel *cumque*, & veram esse lectionem Faerni, cum sequentia ostendant haec verba Cliniam unum respicere, non communem sententiam constituere. omnis autem de metro difficultas tolleretur, si hoc modo versus hos distinguere liceret.

Quodcumque inciderit in mentem, volet,
neque id putabit,
Pravum an rectum sit, quod petet.

ut prior sit I. t. c. alter I. d. a. Iambicos t. c. trimetris misceri vidimus And. I. V. 65. & IV. I. 39. sed dimetri nullum quod sciam exemplum est.

10 *Minabitur.*] Omnes fere Leng. codd. *minitabitur*; & mox pro *ita uti, ita ut,*

Quod volt, cupio ipſum iam videre. CH. operam dabo:
* trif. Syrus eſt * prehendendus atque adhortandus mihi.
* dif. A me * neſciō quis exit: concede hinc domum,
[1] Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paulum negoti mihi obſtat: Simus, & Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum: ibo ac dicam ut dixeram
* m. Operam daturum me, hodie non poſſe * iis dare.
Continuo hic adero. ME. ita=quaeſo. di voſtram fidem,
Ita conparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena ut melius videant, & diiudicent,
Quam ſua? an eo fit, quia in re noſtra, aut gaudio
Sumŭs' praepediti nimio, aut aegritudine?
Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quam egomet mihi?
CH. Diſſolvi me, otioſus operam ut tibi darem.

SCAENA II.

SYRUS. CHREMES.

SYRUS.

1. tr. HAC illac circumcurſa: inveniundumſt tamen
Argentum; intendenda in ſenem eſt fallacia.
CH. Num me fefellit hoſce id ſtruere? videlicet
Ille [2] Cliniäe ſervos tardiuſculuſt:
Idcirco huic noſtro traditaſt provincia.
SY. Quis hĭc' loquitur? perii. numnam haec audivit? CH. Syre.
SY. hem.
CH. Quid

NOTAE.

1 *Ne nos inter nos congruere ſentiant.*] Alii ut verſum ſuſtentent, inſerunt *illi* ante *ſentiant*, contra codicum fidem; alii *congruere* volunt eſſe ſecundae coniugationis, quod cum exemplo nullo probetur, non facile admittendum eſt. cum vere hoc non conceſſo aliquid neceſſe eſt exciderit, mihi optima verſum reſtituendi ratio videtur, ſi ſic legamus,
Ne noſmet inter nos congruere ſentiant.
2 *Cliniäe.*] Verſus exigit ut legamus, *Cliniäe* vel *Cliniäi*, ut Andr. II. VI. 8. *hoſpitäe.* mox Faern. *tardiuſculus eſt.*
3 *Recte quidem.*] Faern. *recte equidem.*

CH. Quid' tŭ ĭſtic? SY. 3 recte quidĕm: ſet te miror Chreme,
Tam mane, quĭ heri tantum biberis. CH. nihil nimis.
SY. Nihil narras? viſa veroſt, quod dici ſolet,
Aquilae ſenectus. CH. heia. SY. mulier commoda, &
4 Faceta haec meretrix. CH. ſane. SY. idem viſa eſt tibi:
Et quidem' hercle forma luculenta. CH. ſic ſatis.
SY. Ita non ut olim, ſet uti nunc, ſane bona:
Minimeque miror, Clinia hanc ſi deperit:
Set habet patrem quendam = avidum, miſerum atque aridum,
Vicinum hunc, noſtin? at quaſi is non divitiis
Abundet, gnatus = eĭŭs profugit = inopia.
Scis eſſe factum ut dico? CH. quid ego neſciam?
Hominem piſtrino dignum. SY. quĕm? CH ĭſtunc ſervolum
Dico aduleſcentis. SY. Syre, tibī timui male.
CH. Qui paſſus eſt id fieri. SY. quid faceret? CH. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Unde eſſet aduleſcenti amicae quod daret,
Atque hunc difficilem invitum ſervaret ſenem.
SY. Garris. CH. haec facta ab illo oportebat, Syre.
SY. Eho' quaeſo laudas, quĭ eros fallunt? CH. in loco
Ego vero laudo. SY. recte ſane. CH. quippe qui
Magnarum ſaepe id remedium aegritudinum eſt:
Iām' huic manſiſſet unicus gnatus domi.
SY. Iocon an ſerio illaec dicat neſcio,
Niſi' mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
CH. Et nunc quid exſpectat Syre? an dum hinc denuo
Abeat, 5 cum tolerare huius ſumptus non queat?
Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? SY. ſtolidus eſt.
CH. At te adiutare oportet aduleſcentuli

Cauſa.

NOTAE.

dem. ſed *recte quidem* omnes Boecleri codd. & ſic numeri meliores.

4 *Faceta haec meretrix.*] Codd. plerique, *haec eſt meretrix.* ut III. III. 38. *Peſſima haec eſt meretrix.* ſed verſus non patitur.

5 *Cum tolerare huius.*] Sc. *amicae.* ſic prius, III. I. 43.

——*Satrapes ſi ſiet*
Amator, nunquam ſufferre eĭŭs ſumptus queat.

Cauſa. SY. facile equidem facere poſſum, ſi iubes:
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo.
CH. Tanto hercle melior. SY. non eſt mentiri meum.
CH. Fac ergo. SY. at heus tu, facito dum eadem haec memineris,
Si quid hŭius ſimile forte aliquando evenerit,
Ut ſunt humana, tuus ut faciat filius.
CH. Non uſus veniet, ſpero. SY. ſpero hercle ego quoque:
Neque eo nunc dico, quo quicquam illum ſenſerim:
Set ſi quid, nequid; quae ſit ĕius aetas, vides:
Et ne ego te, ſi uſus veniat, magnifice, Chreme,
Tractare poſſim. CH. de iſtoc, cum uſus venerit,
Videbimus quid opŭs ſit: nunc iſtuc age.
SY. Numquam commodius umquam erum audivi loqui,
[1] Nec cum malefacere crederem mihi inpunius
Licere. quiſnam a nobis egreditur foras?

SCAENA III.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CHREMES.

T. t. a. QUID ĭſtuc quaeſo? quĭ ĭſtic mos eſt [II] Clitipho? ita ne fieri oportet?
CL. Quid ego feci? CH. vidin ego te [II] modo manum in ſinum huic meretrici
T. t. c. Inſerere? SY. acta haec res eſt. perii [II]. CL. me ne? CH. hiſce oculis, ne nega.

Facis

NOTAE.

1 *Nec cum malefacere.*] Faern. *malefacerem*, & ſic codd. magno conſenſu. nequeo tamen a me impetrare, quin cum pleriſque editis legendum putem *malefacere*, quomodo Muretus emendavit ultima literula detracta.

2 *Ut equidem.*] Miror Faernum, Muretum, interpreteſque alios fere omnes hunc locum intactum praeteriiſſe, cum *ut* eo quo hic ſenſu ſumi videtur, poſt ſe poſtulet non *metui*, ſed *metuerim*. ſi ſcriptum eſſet, *Ita me dii ament, ut ego metui*, ut IV. III. 8. oratio optime procederet: ſed cum *ut* primo loco collocetur, ad *ita* referri nequit. alii igitur, ut rem expediant, *ut* volunt idem valere ac *quam*; & recte quidem *quam metui* dici poſſe extra dubium eſt, ut IV. I. 51. *quam timui*, ---ſed nec *quam* nec *ut* cum *equidem* coniunctum Latine dici putem, multo minus, cum *ita me dii ament* inter *quam* vel *ut*, & verbum medium ponatur. haec me ſuadent

I. t. a. Facis' adeo indigne iniuriam illi ‖, qui non abſtineas manum:
I. d. a. Nam iſtaec quidĕm contumelia eſt:
T. t. a. Hominem amicum recipere ad te, atque ‖ eius amicam ſubagitare.
* dif. Vel heri in vino quam immodeſtus ‖ * fuiſti? SY. factum. CH. quam moleſtus'.
2 Ut equidem, ita me dĭ ament, metui ‖ quid futurum denique eſſet.
T. t. c. Novi ego amantium animum: advertunt ‖ graviter quae non cenſeas.
I. t. a. CL. At' mihi fides aput hunc eſt, nihil me is‖tius facturum, pater.
T. t. a. * dif. CH. Eſto: at certe concedas hinc ‖ aliquo ab ore * eorum aliquantiſper.
T. t. c. Multa fert libido, ea facere ‖ prohibet tua praeſentia.
I. t. h. * dif. 3 Ego de me facio coniecturam ‖. nemoſt * meorum amicorum hodie
I. t. a. A'put quem expromere = omnia mea oc‖culta Clitipho audeam.
Aput' alium prohibet dignitas; aput ‖ alium ipsĭŭs facti pudet,
Nĕ ineptus, ne protervos videar ‖, quod ĭllum facere credito.
Set noſtrum eſt intelligere; utcumque, atque ‖ ubicumque opŭs ſit, obſequi.
T. t. c. SY. Quid ĭſtic narrat? CL. perii. SY. Clitipho ‖ haec ego praecipiō tibi,
T. t. a. Hominis frugi, & temperantis ‖ functus officium. CL. tacĕ ſodes.
SY. Recte

NOTAE.

ſuadent locum in mendo eſſe; eſt ſane in Plauto locus, Aul. II. I. 10. ubi *ut aequum eſt*, poni videtur pro *ut aequum ſit*, ſed ibi quoque erratum eſſe opinor; de quo, ſi deus dederit, ſuo loco videbimus. quod ad hunc attinet, optima eum expediendi via mihi videtur, ut pro *ut equidem* legamus & *quidem*, ut Phorm. III. I. 7. — ſin *ut* retineatur, alia mutatione opus erit, & non modo *quidem* pro *equidem*, ſed pro *metui* legendum eſt *metuerim*, in quo facillimum fuit librarios errare, cum *er* & *m* non plene ſcribi, ſed notulis ſupra poſitis indicari ſolerent, ut dixi ad Eun. III. V. 43. ubi ſimili errore in omnibus libris *feci* legitur pro *fecerim*. verſus autem tunc erit I. t. h. qualis eſt decimus tertius.

3 *Ego de me facio.*] Verſus trochaico tetrametro acatalecto una ſyllaba auctior ab initio, quales ſunt 21, & 28. & Hec. III. I. 4. & IV. I. 8.

T. t. c. SY. Recte ſane. CH. Syre pudet me ‖. SY. credo: neque id iniuria.

I. t. h. Quin ' mihi moleſtumſt. CL. ' pergis hercle ‖. SY. verum, dico quod videtur.

T. t. c. CL. Non accedam ad illos? CH. eho quaeſo ‖ una accedundi via eſt?

SY. Actumſt: hic priŭs ſe indicarit ‖ quăm ego argentum effecero.

I. t. a. Chre'me, vin tu homini ſtulto mihi auſcul‖tare? CH. quid faciam? SY. iube hunc

Abire hinc aliquo. CL. quŏ ego hinc abeam ‖? SY. quo lubet: dă illis locum:

** quadriſſ. Abĭ' * deambulatum. CL. *deambulatum ‖, quo? SY. vah, quaſi deſit locus.

Abĭ' ſane iſtac, iſtorſum, quovis ‖. CH. recte dicit, cenſeo.

I. t. h. CL. Di' te eradicent Syre, qui me hinc ex‖trudis. SY. at tu pol tibi iſtas

T. d. c. Poſthac comprimito manus.

T. t. c. Cenſen vero? quid illum porro ‖ credis facturum Chreme,

Niſi eum, quantum tibi opis di dant ‖, ſervas, caſtigas, mones? CH. Ego iſtuc curabo. SY. atqui nunc ere ‖ hic tibi adſervandus eſt.

CH. Fiet. SY. ſi ſapias: nam mihi iam ‖ minŭs minuſque obtemperat.

CH. Quid

NOTAE.

1 *Pergis hercle.*] Ad ſimilem locum in Phorm. V. VI. 9. *Pergis hercle: nunquam tu odio tuo me vinces*, haec Donat. *poteſt diſtingui hic, pergis, & coniuncte legi: hercle nunquam* — nec dubito eundem hic eadem annotaſſe, & diſtingui voluiſſe poſt *pergis*, *hercle* ad ſequentia tracto, quod Mureto etiam aliiſque melius viſum eſt.

2 *Repperiſti tibi.*] Verſus Trochaico tetr. ac. ſyllaba auctior a fine, quales ſunt IV. III. 37. V. III. 12. Andr. III. II. 29. Eun. IV. I. 11. Adelph. IV. II. 1.

3 *Dicis? ſt. inveni.*] *St* ſyllabae longae vim obtinet, & ſic etiam Phorm. V. I. 16. ſed interdum eſt extra metrum ut Phorm. II. III. 3.

Adeſte, quaeſo. GE. *iratus eſt.* PH. *quin tu hoc age, ſt.*

ubi *ſt* non ſyllabam per ſe conſtituit, ſed cum praecedente coaleſcit. qui locus me fugit cum ſcriberem ea quae annotavi ad illud And. IV. I. 59.

Faciam' PA. *at iam hoc opus eſt.* DA. *hem, ſt, manĕ: concrepu‖it a Glycerio oſtium.* Sic enim verſum illum iam diſtingui malim.

Hic vero in Bemb. & aliis antiquis codd. eſt,

CH. Quid tu? ecquid dĕ illo, quod dudum ‖ tecum egi, egisti Syre? aut

T. t. h. 2 Repperisti tibi quod placeat‖, an non dum etiam? SY. de fallacia

T. t. c. 3 Dicis? ſt. in-veni nuper ‖ quandam. CH. frugi es. cedo quid est? SY. Dicam: verum, ut aliud ex alio ‖ incidit. CH. quidnam Syre? SY. Pessuma haec est meretrix. CH. ita vi‖detur. SY. immo si scias,

* m. Vah, vi-de quod inceptet facinus‖. * Fuit quaedam anŭs Corinthia

Hic; huic drachmarum haec argenti ‖ mille dederat mutuum.

CH. Quid tum? SY. ea mortuast: re‖liquit filiam aduleſcentulam. Ea relicta huic arraboni est‖ prŏ illo argento. CH. intellego.

SY. Hanc secum huc adduxit, ea quae est ‖ nunc aput uxorem tuam.

CH. Quid tum? SY. 4 Cliniam orat sibi uti id ‖ nunc det, illam illi tamen

Post daturam; mille numum ‖ poscit. CH. & poscit quidem? SY. hui.

Dubium id est? CH. ego sic putavi‖, quid nunc facere cogitas?

SY. Egone? ad Menedemum ibo: dicam hanc ‖ esse captam ex Caria,

Ditem & nobilem: si redimat‖, magnum inesse in ea lucrum.

CH. Erras. SY. quid ita? CH. pro Menedemo ‖ nunc tibi ego respondeo.

Non

NOTAE.

est, *dicis*, *est*. sc. quod placeat, quae lectio cur Faerno aliisque eum secutis tam incommoda existimetur, non video. aberat enim Clitipho, nec alius quisquam videtur affuisse, qui sermones eorum aucuparet: quorsum igitur silentium indicentis nota hic invitis codicibus interponatur?

4 *Cliniam orat*, &c.] Faerniana huius loci constitutio proculdubio sola vera est, nisi quod distinctio ponenda sit *post daturam*; interpretatio vero non ita: hoc enim dicere Syrus voluit, Bacchis *Cliniam orat*, ut sibi iam nunc det argentum illud, pro quo amica eius Antiphila oppignerata est; se vero puellam illi non nunc quidem, at brevi tamen daturam. sic IV. V. 33. --- *illam illi ut dares*. quod vero Syrus prius mollius dixerat, *orat uti id sibi det*, iam plenius & fortius exprimit, *inquam*, inquiens, *mille nummum* (i. e. drachmarum) *poscit* sibi dari; ut IV. VIII. 27. *Tanto ocius te utposcat*. & V. I. 53. --- *abs te petere, & poscere*.

Non emō: quid agīs? SY. optata ‖ loquere. CH. atqui non eſt opus.
SY. Non opus eſt? CH. non hercle vero ‖. SY. quid iſtuc, miror.
CH. iam ſcies:
Manĕ, manē, quid ĕſt, quod tam a nobis ‖ graviter crepuerunt fores?

ACTUS IV. SCAENA I.

SOSTRATA. CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

SOSTRATA.

Ita. 1 NISI' me animus fallit, hic profecto eſt ‖ anulus quem ego ſuſpicor,
Is, quicum expoſita eſt gnata. CH. quid volt ‖ ſibi Syre haec oratio?
SO. Quid ĕſt'? is ne - tibi videtur? NU. dixi equidem ‖, ubi mihi oſtendiſti, ilico,
Eum' eſſe. SO. at ut ſatĭs=contemplata ‖ modo ſis, mea nutrix. NU. ſatis.
SO. Abĭ' iam nunc intro; atque illa ſi iam ‖ laverit, mihi nuntia.
Hic' ego virum interea opperibor ‖. SY. te volt: videas quid velit:

* Neſciō

NOTAE.

1 *Niſi me animus fallit.*] Hic, ſi uſpiam, ſentimus verum eſſe quod vetus ſcriptor de Comoedia & Tragoedia dixit: *difficile eſſe in Latinis Comicis dirimere actus quinquepartitos, cum non modo choros praetermiſerint, ſed ne locum quidem iis reliquerint.* cum ad novum actum conſtituendum neceſſe ſit, ut perſonae omnes, non modo iam exiturae ſint, ſed re ipſa exierint, actus quarti initium hic male collocatur, cum Chremes & Syrus adhuc in proſcaenio haeſerint. hoc fecit ut doctiſſima Daceria actus initium ſtatuat in ſcaena ſequente. ſed nec id difficultatibus ſuis caret, cum adeo non conſtet certo ullo indicio Syrum e ſcaena exiiſſe, ut contra in ſcaena remanſiſſe poſtquam Chremes & Soſtrata exiiſſent, multo magis veriſimile videatur. nec dubito quin ipſa Daceria idem ultro ſenſiſſet, niſi novi actus

* dif. * Ne'ſciō quid triſtis eſt : non temereſt ‖ : 2 metuo quid ſiet. CH. quid ſiet?
Nĕ ĭſta' hercle magno iam conatu ‖ magnas nugas dixerit.
* dif. SO. Ehĕm' mi vir. CH. ehĕm mea uxor. SO. * te ipſum ‖ quaero. CH. loquere quid velis.
T. t. c. SO. Primum hoc te oro, ne quid credas ‖ me adverſum edictum tuum
Facere eſſe auſam. CH. vin mĕ ĭſtuc tibi, ĕt ‖ ſi incredibileſt, credere?
Credo. SY. neſcio quid peccati ‖ portat haec purgatio.
I. t. a. SO. Memi'niſtin me eſſe gravidam, & mihi te ‖ maxumo opere 3 dicere,
T. t. c. Si puellam parerem, nolle ‖ tolli? CH. ſcio quid feceris.
Suſtuliſti. SY. 4 ſic eſt factum ‖ domina. ergo erŭs damno auctus eſt.
* m. SO. Minime: ſet erat hic Corinthia ‖, anus haut inpura : * ei dedi
Exponendam. CH. o Iuppiter, tantam ‖ eſſe in animo inſcitiam?
SO. Perii. quid ego feci ? CH. rogitas ‖ ? SO. 5 ſi peccavi mi Chremes,
Inſciens feci. CH. id equidem ego, ſi ‖ tu neges, certo ſcio,
Te inſcientem atque inprudentem ‖ dicere ac facere omnia,
Tot peccata in hac re oſtendis ‖. nam, iam primum, ſi meum
Imperium exſequi voluiſſes ‖, interemptam oportuit:
* dif. Non ſimulare mortem verbis ‖, * reipſa ſpem vitae dare.
At id omitto: miſericordia ‖, animus maternus: ſino.
Quam bene vero abs te proſpectum eſt ‖: quid voluiſti? cogita:
Nempe anui illi prodita abs te ‖ filia eſt planiſſume,

Per

NOTAE.

actus conſtituendi ratio eam in alteram ſententiam etiam invitam pertraxiſſet.

2 *Metuo quid ſit.*] Faern. *m. q. ſiet.*

3 *Dicere.*] Codd. miro conſenſu *interminatum.* quomodo ſi legas, verſus erit hypercatal. qualis III. III. 13.

4 *Sic eſt factum domina.*] Haec cum interrogatione melius pronuntiari alii cenſent. ſed obſtat v. 50. ego locum non carere mendo ſuſpicor, & legendum forſan, *dominae ergo herus damno auctus eſt.*

5 *Si peccavi mi Chremes.*] Infra v. 31. *Mi Chreme peccavi.* utroque modo recte dicitur in vocativo, *Chremes* & *Chreme*, prout vel prima vel tertia declinatione inflectitur.

Per te vel uti quaeſtum faceret ‖, vel uti veniret palam:
Credo id cogitaſti: quidvis ‖ ſatis eſt, dum vivat modo.
Quid cŭm illis agas, qui neque ius ‖, neque bonum atque aequom
ſciunt?
Melius, peius, proſit, obſit ‖, nihil vident, niſi quod lubet.
so. Mi Chreme, peccavi, fateor ‖: vincor. nunc hoc te obſecro,
Quanto tuus eſt animus natu ‖ gravior, [1] ignoſcentior,
*m. †m. Ut * meae ſtultitiae [2] in iuſtitia ‖ † tua ſit aliquid praeſidi.
CH. Scili-cet equidem iſtuc factum ig‖noſcam: verum Soſtrata
Male docet te mea facilitas ‖ multa. ſet ĭſtuc quid quid eſt,
Quă hŏc occeptumſt cauſa? loquere. so. ut ‖ ſtultae & mifere
omnes ſumus
Religioſae; cum exponendam ‖ dŏ illi, de digito anulum
Detraho: & eum dico ut una ‖ cum puella exponeret,
Si moreretur, ne expers partis ‖ eſſet de noſtris bonis.
CH. Iſtuc recte: [3] conſervaſti ‖ tĕ ătque illam. so. is hic eſt anulus.
CH. Unde habes? so. quam Bacchis ſecum ad‖duxit aduleſcentulam: SY. hem.
CH. Quid illa narrat? so. ea lavatum ‖ dum it, ſervandum mihi dedit.
Animum non advorti primum ‖: ſet poſtquam aſpexi, ilico
Cognovi, ad te exilui. CHR. quid nunc ‖ ſuſpicare, aut invenis
Dĕ illa? so. neſci=o, niſi ex ipſa ‖ quaeras, unde hunc habuerit,
Si

NOTAE.

1 *Ignoſcentior.*] Sic omnes fere codd. ad locum nihil Faernus. ſed Daceria annotat, in codice regio Pariſ. addi, *tanto ſit*; quomodo neceſſario legendum eſſe ut latinitas conſtet, arbitratur. ſed quid interim de verſu fiet, quicum iſta lectio ſtare non poſſit? & latinitati & metro conſultum erit, ſi cum lectiſſima femina dividuum facias, & relicto *tanto*, *ſit* aſſumatur, ſequentis verſus initio praeponendum; quod Librarii ideo videntur omiſiſſe, quod in eodem verſu habeatur alterum *ſit*, *iuſtitia* vero nominativi caſus eſſe putarent. Pareus annotavit unum ex ſuis Pall. legere *tanto eſt ignoſcentior*. Boeclerus vero, ex ſuis duos, *tanto ignoſcentior*, unum, *ignoſcentior tanto*. quae varietas lectionis ex eo orta eſt, quod *tanto* gloſſa ſit, & e margine irrepſerit. verſus vero idem erit ac fuit, *ut* correpta.

2 *In iuſtitia.*] Sic cod. Bemb. alii omittunt *in*; ſed altera lectio haud paulo melior, ut mirer alios Faernum non ſecutos eſſe. Sic V. II. 14. *Ibi tuae ſtultitiae ſemper erit praeſidium Clitipho.*

3 *Conſervaſti te atque illam.*] Locutionis huius elegantiam non videntur cepiſſe interpretes. filia ſola hoc facto conſervata

* m. Si potis eſt reperiri. SY. interii ||: plus * ſpei video quam volo :
Noſtra eſt, ſi ita eſt. CH. vivit ne illa ||, cui tu dederas? SO. neſcio.
CH. Quid renuntiavit olim ||? SO. feciſſe id quod iuſſeram.
CH. Nomen mulieris cedo quod ſit ||, ut quaeratur. SO. Philtere.
SY. Ipſa eſt. mirum nĭ illa ſalva eſt ||, & ego perii. CH. Soſtrata,
Sequere me intrō =. SO. ut praeter ſpem e||venit. quam timui male,
Ne nunc animo ita eſſes duro, ut || olim in tollendo, Chreme.
CH. Non li-cet hominem eſſe ſaepe ita || ut volt, ſi res non ſinit.
Nunc ita tempus eſt mihi, ut cupiam || filiam : olim nihil minus.

SCAENA II.

SYRUS.

I. t. a. NISI 4 me animus fallit, haut multum a mē || aberit infortunium :
* m. Ita hac re in anguſtum oppido nunc || * meae coguntur copiae :
Niſi' aliquid video, ne eſſe amicam hanc || gnati reſciſcat ſenex.
Nam quod de argento ſperem, aut poſſe || poſtulem me fallere,
Nihil eſt: triumpho, ſi licet me || latere tecto abſcedere.
Crucior bolum tantum mihi ereptum || tam deſubito e faucibus.
Quid agam'? aut quid comminiſcar? ratio || de integro ineundaſt mihi.

Nihil

NOTAE.

ſervata fuit, ſed eius conſervatio Soſtratae tam cordi fuit, ut ipſa quoque eadem opera conſervata videretur. ideo ante *illam* inſeruit *te atque*. eiuſdem locutionis exemplum, quo & hoc optime illuſtratum eſt, habemus in Phorm. II. III. 21. *Videas te atque illum*, (Stilphonem) *ut narras*. de uno Stilphone Phormio dixerat,

At quem virum! quem ego videram in vita optimum.

ſed cum de illo viro loquatur, ut ſibi coniunctiſſimo, Geta excipiens Phormionem, non, *videas illum*, dixit, ſed *te atque illum*. haec loca, quae prorſus gemina ſunt, & pariter a pleriſque male intellecta, maximam ſibi invicem lucem afferunt.

4 *Niſi me animus*.] Hic iuxta Daceriam quarti actus initium conſtituendum erat. Chremes enim & Soſtrata ſcaena exceſſerant, quas, ſi illi credas, ſecutus eſt Syrus; & intus tranſacta ſunt, quae ad pleniorem Antiphilae cognitionem attinebant: quorum cum partem aliquam captaſſet Syrus, male ſibi metuens in ſcaenam iterum prodit, & in haec verba erumpit.

Nihil tam difficileſt, quin quaerendo in'veſtigari poſſiet.
Quid', ſi hoc nunc ſic incipiam? nihil eſt'. ' quid ſi ſic? tantumdem egero.
At ſic opinor. non poteſt. immo " optume. euge habeo optumam.
Retraham ' hercle opinor ad me idem illud." fugitivum argentum tamen.

SCAENA III.

CLINIA. SYRUS.

CLINIA.

I. t. c. NUL'LA mihi res poſthac poteſt iam in"tervenire tanta,
Quae ' mihi aegritudinem adferat : tanta " haec laetitia oborta eſt.
Dedō patri me nunc: iăm ut fru"galior ſim quam volt.
SY. Nihil me fefellit : cognita eſt, quantum " audio huius verba.
*m. Iſtuc tibi ex ſententia * tua " obtigiſſe laetor.
CLIN. O mi Syre, audiſti obſecrō? SY. [2] quid " ni? qui uſque una adfuerim.
CLIN. Cui' aeque audiſti commode quicquam " eveniſſe? SY. nulli.
CLIN. Atque ita me dĭ ament: ut ego nunc non " tam meapte cauſa
Laetor quam illius =: quam ego ſcio eſſe ho"nore quovis dignam.
SY. Ita credo : ſet nunc Clinia age, da " te mihī viciſſim:
Năm amici quoque res eſt videnda, in " tuto ut conlocetur,
Nequid dĕ amica nunc ſenex. CL. o " Iuppiter. SY. quieſce.
CLIN. Antiphila mea nubet mihī. SY. [3] ſic"cin mihi interloquere?

CLIN.

NOTAE.

1 *Quid ſi ſic.*] Ut verſus conſtet, vel *quid*, vel *ſi* delendum eſt. in loco huic conſimili, Phorm. I. IV. 34. in cod. Bemb. deeſt *ſi*, ſed mihi videtur melius abeſſe *quid*. quod enim verſum volunt eſſe Troch. hypercatal. nihil inconcinnius, aut a re metrica magis alienum dici poteſt.

2 *Quid ni? qui uſque una adfuerim.*] Ex hoc loco probat Daceria Syrum, Chremetem & Soſtratam e ſcaena exeuntes ſecutum eſſe; ſed ſi hic verſus conferatur cum quarto, videbitur Syrus pro ſervorum more ſimulaſſe ſe plus ſciſſe quam revera ſciverit, quo hero minori ſe magis commendaret. modum quo Daceria nodum

CLIN. Quid faciam Syre mi? gaudeō: fer ‖ me. SY. fero hercle vero.
CLIN. Deorum vitam apti ſumus. SY. fruſtra ‖ operam opinor ſumo.
CLIN. Loquere, audio. SY. at iam hoc non ages. CL. a‖gam. SY. videndum eſt, inquam,
Amici quoque res Clinia tui in ‖ tuto ut conlocetur;
Nam ſi nunc a nobis abis, & ‖ Bacchidem hic relinquis,
Senex reſciſcet ilico eſſe a‖micam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, celabi-tur itidem ‖, ut celata adhuc eſt.
CLIN. 4 At enim ′ iſtoc nihil eſt = magĭs Syre meis ‖ nuptiis advorſum:
Nam quo ore appellabō patrem? te‖nes, quid dicam? SY. quid ni?
CLIN. Quid dicam? quam cauſam adferam? SY. quin ‖ nolo mentiare:
Aperte, ita ut res ſeſe habet, nar‖rato. CLIN. quid ais? SY. iubeo.
Illam tĕ ămare, & velle‖ uxorem: hanc ‖ eſſe Clitiphonis.
CLIN. Bonam atque iuſtam rem oppido impe‖ras, & factu facilem.
Et ſcilicet iam me hoc voles patrem ‖ exorare, ut celet
Senĕm′ voſtrum. SY. immo ut recta via rem ‖ narret ordine omnem. CLIN. hem,
Satĭn′ ſanus es, aut ſobrius? tu ‖ quidem illum plane prodis:
I. tr. 5 Nam qui ille poterit eſſe in tuto, dic mihi.
T. t. c. SY. Huic equidem conſilio palmam ‖ dŏ: hĭc me magnifice effero,
Qui vim tantam in me, & poteſtatem ‖ habeam tantae aſtutiae,
Vera dicendo, ut eos ambos ‖ fallam; ut cum narret ſenex
Veſter noſtro, 6 eſſe iſtam amicam ‖ gnati, non credat tamen.

CLIN.

NOTAE.

dum hunc ſolvit, ad primum verſum oſtendi.

3 *Siccin.*] Faern. *ſicine.*

4 *At enim iſtoc nihil eſt magis Syre meis.*] Lubens legerem numerorum gratia, *meis Syre.*

5 *Nam qui ille poterit.*] Verſ. trim. excidit forte a fine, *hoc ſi fecero*, quod verſum complebit ad tetrametrum, ut par ſit ceteris.

6 *Eſſe iſtam.*] *Iſtam eſſe* octo e codd. Leng.

CLIN. At enim ſpĕm iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis.
Nam dum amicam hanc meam ĕſſe credet, non committet filiam.
T. t. h. Tu fortaſſe quid me fiat parvipendis, dŭm illi conſulas.
T. t. c. SY. Quid malum, me aetatem cenſes velle id adſimularier?
Unus eſt dies dum argentum eripio: pax: nihil amplius.
CLIN. Tantum ſat habes? quid tum quaeſo, ſi hoc pater reſciverit?
SY. Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, quid ſi nunc coelum ruat?
CLIN. Metuo, quid agam. SY. metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua,
Quo velis in tempore ut te exſolvas, rem facias palam.
CLIN. Age, age, traducatur Bacchis. SY. optume, ipſa exit foras.

SCAENA IV.

BACCHIS. CLINIA. SYRUS. DROMO. PHRYGIA, ancilla.

BACCHIS.

I. t. c. SATIS pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt:
Decem minas, quas mihi darē pollicituſt. quod ſi is nunc me
Deceperit, ſaepe obſecrans me, ut veniam, fruſtra veniet;
Aut cum venturam dixero, & conſtituerō, cum is certe
Renuntiarit, Clitiphō cum in ſpe pendebit animi,
Decipiam: ac non veniam. Syrus mihi tergo poenas pendet.
CLIN. Satis ſcite promittit tibi. SY. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet niſi caveo. BA. dormiunt: ego pol iſtos commovebo.

Mea

NOTAE.

1 *Satis pol proterve.*] Hic locus eſt, de quo, ſi Nepoti fides, C. Laelius, ſerius tandem triclinium ingreſſus, ad uxorem dixit, non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi. vid. Terentii vitam.

2 *Decem minas.*] Hae decem minae ſunt illae mille drachmae memoratae III. III. 40. centum enim drachmae unam conficiunt minam.

3 *Quas mihi dare*] Sic codd. uno conſenſu. ultima ſcilicet biſegmenti in tetrametris, aeque ac verſus integri, ſyllaba communis fuiſſe videtur. nihil facilius fuit quam hic loci ab hac licentia tem-

Mea Phrygia audiſti, modo iſte homō quam ‖ villam demonſtravit
Charini? PH. audivi. BA. proxumam eſſe huic ‖ fundo ad dextram. PH. memini.
BA. Curriculo percurre: aput eum mi‖les Dionyſia agitat.
SY. Quid in‖ceptat? BA. dic me hic oppido eſſe in‖vitam, atque adſervari,
Verum aliquo pacto verba me his da‖turam eſſe, & venturam.
SY. Perii hercle. Bacchis manĕ, manē: quo ‖ mittis iſtunc quaeſo?
Iubĕ' maneat. BA. i. SY. quin eſt paratum ar‖gentum. BA. quin ego maneo.
SY. Atqui iam dabitur. BA. ut lubet, nŭm ego ‖ inſto? SY. [4] at ſcin quid ſodes?
BA. Quid? SY. tranſeundum nunc tibi ad Mene‖demum eſt, & tua pompa
* m. * Eo' traducenda eſt. BA. quam rem agis, ſcelus ‖? SY. [5] egon? argentum cudo,
Quod tibi dem. BA. dignam me putas, quam in‖ludas? SY. non eſt temere.
BA. Etiam ne tecum hic res mihi eſt? SY. mini‖me: tuum tibi reddo.
BA. Eatur. SY. ſequere hac: heus Dromō. DR. quis ‖ me volt?
* m. SY. Syrŭs. DR. quid eſt * rei?
SY. Ancillas omnes Bacchidis tra‖duce huc ad vos propere.
DR. Quamobrem? SY. ne quaeras: [6] efferant quae ‖ ſecum huc attulerunt.
Sperabit ſumptum ſibi ſenex le‖vatum eſſe harunc abitu,

Ne

NOTAE.

temperare, ſi ita Terentio viſum eſſet, ponendo vel *mihi* poſt *dare*, vel *eſt* ante *pollicitus*. unde ſatis liquet nihil in hac eſſe ſingulare & praeter morem. pro *pollicituſt*, Faern. *pollicitus eſt*.

4 *At ſcin quid ſodes?* BA. *Quid?* SY. *tranſeundum*,] melius, opinor, ſic legeretur. *at ſcin?* BA. *quid ſodes?* SY. *quid? tranſeundum*——neque enim ſatis intelligo hanc interrogandi formulam *ſcin quid ſodes?*

5 *Egon? argentum cudo.*] Faern. *ego.* ſed plerique codd. *egon.* & ſic meliores numeri, contra ac illi viſum eſt.

6 *Efferant.*] Omnes fere Lengi codd. & *ferant*, quod miror Faerno minus placuiſſe.

* dif. Nĕ ille haut ſcit, hoc paulum lucri quantum * ēi damni apportet.

Tu neſcis, id quod ſcis Dromō, ſi ſapies. DR. mutum dices.

SCAENA IV.

CHREMES. SYRUS.

CHREMES.

I. tr. ITA me dĭ amabunt, ut nunc Menedemi vicem
Miſeret me; tantum deveniſſe ad eum mali.
Illancin mulierem alere cŭm illa familia?
Et ſi ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet:
* m. Ita magno deſiderio fuit * ei filius.
Verum ubi videbit tantos ſibi ſumptus domi
Cotidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius.
Syrum optime eccum. SY. ceſſo hunc adoriri? CH. Syre. SY. hem.
CH. Quid eſt? SY. te mihi ipſum iamdudum optabam dari.
* dif. CH. Videre egiſſe iam * neſciō quid cum ſene.
SY. Dĕ illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.
CH. Bonan fide? SY. bona hercle. CH. non poſſum pati,
Quin tibi caput demulceam: accede huc Syre:
Faciam boni tibi aliquid prŏ iſta re, ac lubens.
SY. At ſi ſcias quam ſcite in mentem venerit.
CH. Vah, gloriare eveniſſe ex ſententia?
SY. Non hercle vero, verum dico. CH. dic quid eſt?
* m. SY. * Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem

Mene-

NOTAE.

1 *Illancin?*] Faern. *illancine.*

2 *Optabam.*] Victor. editio *exoptabam.* ſed plane contra mentem Faerni; neque enim verſus patitur, niſi pro *iamdudum* legas *dudum.*

3 *Neque do neque deſpondeo.*] Sic Ad. IV. V. 36. — *quis deſpondit? quis dedit?* ſc. nuptum, ut Plaut. Aulul. II. III. 4. *Filiam deſpondi ego: hodie nuptum huic Megadoro dabo.*

4 *Quid mea.*] Vir doctiſſimus Iac. Perizonius in notis ad Sanctii Minervam, contra non modo veteres Grammaticos, ſed & ſummum virum I. G. Voſſium pluribus contendit, veram eſſe eorum ſententiam qui volunt *mea, tua, ſua, noſtra*

Menedemo dixit Clinia; & ea gratia
Secum adduxiſſe, ne tu id perſentiſceres.
CH. Probe. SY. dic ſodes. CH. nimium inquam. SY. immo ſi ſcias:
Set porro auſculta quod ſupereſt fallaciae.
*m. Seſe ipſe dicet * tuam vidiſſe filiam:
Eĭŭs' ſibi complacitam formam, poſtquam aſpexerit:
Hanc cupere uxorem. CH. modone quae inventa eſt? SY. eam:
Et' quidĕm iubebit poſci. CH. quamobrem iſtuc Syre?
Nam prorſum nihil intellegō. SY. vah, tardus es.
*m. CH. Fortaſſe. SY. argentum dabitur * eī ad nuptias,
Aurum, atque veſtem, qui, tenes ne? CH. comparet?
SY. Id ipſum. CH. at ego illī 3 neque do neque deſpondeo.
SY. Non? quamobrem? CH. quamobrem? me rogas? homini?
SY. ut lubet.
Non ego dicebam, in perpetuum illam illi ut dares:
Verum ut ſimulares. CH. non meaſt ſimulatio:
Ita' tŭ ĭſtaec tua miſceto, ne me admiſceas.
Egŏn, cui daturus non ſum, ut ei deſpondeam?
SY. Credebam. CH. minime. SY. ſcite poterat fieri:
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iuſſeras,
*m. * Eo' coepi. CH. credo. SY. ceterum equidem iſtuc Chreme,
Aequi bonique facio. CH. atqui cum maxume
Volo' te dare operam ut fiat, verum alia via.
SY. Fiat: quaeretur aliud. ſet illud quod tibi
Dixi de argento, quod ĭſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendumſt illi: neque tu ſcilicet
*m. * Eo' nunc confugies, 4 quid mea? num mihi datumſt?

Num

NOTAE.

ſtra & *veſtra*, non eſſe ablativos ſingulares, ſubintellecta *re*, ſed accuſativos plurales, & referri ad *negotia*. ſed ipſa verſus ratio in hoc, pluribuſque aliis Plauti & Terentii locis, evidentiſſime oſtendit virum doctiſſimum falli. vid. Phorm. V. VIII. 47.

Etiam dotatis ſoleo. CH. *quid ĭd* NOSTRA? DE. *nihil.*
vid. etiam Plauti Curc. IV. II. 44. Merc. II. III. 117. V. II. 65. & Rud. III. IV. 41. & IV. III. 12. illum Phormionis locum adduxerat Voſſius, ut qui ſolus nodum ſolvat, & rem extra dubium ponat. cui argumento dum reſpondet Perizonius, ſententiamque ſuam ex hoc Heauton. loco aliiſque conſimilibus probatum it, id unum probavit, ſe de metris Comicis nihil quicquam intelligere. locus vero ultimus e Plautinis contra eundem liquido

Num iuſſi? nŭm ĭlla oppignerare filiam
Meam me invito potuit? verum illud Chreme
Dicunt, ius ſummum ſaepe ſumma eſt malitia.
CH. Haut faciam. SY. immo aliis ſi licet, tibi non licet.
Omnes te in lauta, & [1] benĕ aucta parti putant.
CH. Quin egomet iam ad eam deferam. SY. immo filium
* m. Iubĕ' potius. CH. quamobrem? SY. quia enim in * eum ſuſpicioſt
Tranſlata amoris. CH. quid tum? SY. quia videbitur
Magĭs' veriſimile id eſſe, cum hic illi dabit:
Et' ſimŭl conficiam facilius ego, quod volo.
Ipſe adeo adeſt: abi: effer argentum. CH. effero.

SCEANA

NOTAE.

evincit primam in *refert* recte produci. cui addas Bacch. III. IV. 20. Pſeud. II. IV. 38. Perſ. IV. III. 44. Rud. IV. IV. 25. Stich. IV. II. 36. & Trin. II. II. 38. nec ex probo ullo ſcriptore vel unum ex altera parte idoneum affertur exemplum. quod vero ad ipſam locutionem attinet, ut Latine dicitur non modo *in* vel *ad* rem meam *eſt*, (de *in re mea* enim dubito, an non legendum ſit *in rem meam*) ſed etiam *e* vel *ex* re mea, ut Pſeud. I. III. 102. 104. ſic opinor recte dici poſſe non *in*, quod aliis placuit, ſed *e* re mea *refert*; adeoque ad *mea*, *tua*, *ſua*, &c. *e re* ſubintelligi.

1 *Bene aucta parti.*] Faern. *bene acta parte.* & in notis tantum; *verſus impeditus.* & ſane impeditiſſimus viſus eſt iis, qui licentiarum modos & rationes non tenuerunt; qui proinde ſuſque deque omnia inverterunt, ut verſum qualem qualem exſculperent. ſed iſtis mutationibus nihil opus; primo enim vocalem brevem non ſemper elidi ante aliam, praeſertim ſi diphthongus ſequatur, pluribus exemplis iam ante oſtendi: pro *parte* vero, proculdubio legendum *parti*, quod & Rivius vidit, ut apud Plautum Men. III. II. 14.

Satur nunc loquitur de me & de parti mea

vid. etiam Perſ. I. II. 20. nec infrequens eſt apud Lucretium, ut L. 2.

Ut ſenſus alios in parti quemque ſua ſcit
Diſſolvi.

Et ſic metro ſatisfit. pro *acta* autem, quod verbum nihili hic videtur, non dubitavi reponere *aucta*; ſic Eraſm. Steph. Muret. Boecl. Faber, alii. qui *uncta* legunt, eo videntur inducti hoc Phorm. loco, II. II. 25.

Ten aſymbolum venire, unctum atque
lautum e balneis?

ſed quis non videt longe aliud eſſe hominem *unctum & lautum* ab *uncta & lauta re*, quomodo nemo, opinor, veterum locutus eſt? quod vero attinet ad locutionem, *in lauta parti eſſe putant*, non multum abſimilis eſt illi, I. I. 5.

Quod ego in propinqua parte amicitiae puto.

ibi enim *amicitiae* non eſt genitivus, ſed dativus, ut obſervavit Bergius, & poſt eum Daceria; *pars* etiam in Eunucho ita fere ponitur, V. VIII. 25.

Ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem.

non omittendum vero, verſus huius metro, ſi pro *putant* legamus *deputant*, alio quoque modo conſuli poſſe, & ſc. corripiendo.

SCAENA VI.

CLITIPHO. SYRUS.

CLITIPHO.

I. tr. NULLA eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet,
Quam invitus facias. vel me haec deambulatio
Quam non laborioſa, ad languorem dedit:
Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
* m. 2 Ut te quidem omnes di * deaeque quantum eſt Syre
Cum iſtoc invento, cumque incepto perduint.
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Ubi' me excarnufices=. SY. 3 i tŭ hinc quo dignus es,
Quam paene tua me perdidit protervitas.
CL. Vellem hercle factum, ita meritus. SY. meritus? quomodo?
4 Ne me iſtuc ex te prius audiviſſe gaudeo,

Quam

NOTAE.

Om'nes te in-lauta ĕt bene = aucta parte deputant.
ut apud Plaut. Moſt. I. III. 29.
Equi'dem pol miror tam catam, tam || *doctam te- ĕt bene e = ductam.*

2 *Ut te quidem omnes di deaeque quantum eſt Syre.*] Sic Phorm. IV. IV. 6. *Ut te quidem omnes di deaeque, ſuperi, inferi:* qui verſus ſatis oſtendit in altero recte legi, *deaeque*, & *deae* eſſe monoſyllabum. verſus autem ſuſtentari poſſit diſſolutione primae in *quantum*, ut *que qŭan'* ſit anapaeſtus, ut in hoc Plautino, Curc. IV. II. 22.

Vos foenore, hi male ſŭadendo, & || *luſtris lacerant homines.*

ſed rectius, opinor, fuerit ut dicamus *que* vi caeſurae produci, cum Iambico in Ditrochaeos ſecto, ſecundi ditrochaei tertiam ſyllabam conſtituat. emendatiſſimi ſcriptores eadem licentia uſi ſunt. in ipſo etiam Virgilio legimus, Aeneid. III. 91.

Liminaque, lauruſque dei.

ad quae haec Servius. " *Que* brevis eſt " pro longa poſita, quae hac ratione de- " fenditur; aut quia omnia monoſyllaba " ad artem non pertinent, & his licenter " uti poſſumus, aut certe quia omne " μόριον, id eſt, particula, quae ſui ſub- " ſtantiam non habet, membrum putatur " ſuperioris orationis; quod ſi eſt, *limi- " naque* quaſi una pars orationis eſt, & " poteſt *que* finalitatis ratione vel pro- " duci vel corripi.

Quae poſterior ratio huc redit, ultimam nempe ſyllabam, licet brevis ſit, produci poſſe, ſi caeſuram patiatur, & fiat prima pedis.

3 *I tu hinc quo dignus es.*] *In hinc* Faern. ſed verſus una ſyllaba deficit. antiquiis. editio & aliae fere omnes, *i tu hinc*. Cod. Dun. *is tu hinc*. Bemb. *in hinc*. niſi *ſcelus* vel *Syre* exciderit poſt *excarnufices*, nulla commodior lectio ea quam habent editt. reputanti vero, quam ſaepe erratum ſit a librariis, omittendo vocem vel ſyllabam quae geminanda erat, cum in duobus optimis codd. ſit *is*, ſuboritur mihi ſuſpicio veram forte lectionem eſſe, *i, ſis, hinc quo dignus es*, ut Phorm. I. II. 9. *abi ſis, inſciens*.

4 *Ne me iſtuc.*] Ut conſtet verſus, vel *me* delendum, vel pro *audiviſſe* legendum *audiſſe*. prius malim, cum *me* ſit plane otioſum, & abſque eo numeri meliores. ut Andr. V. IV. 36.

Ne iſtam multimodis——

Quam argentum haberes, quod daturus iam fui.
CL. Quid igitur dicam tibi vis? [1] abiiſti, mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
SY. Iam non ſum iratus. ſet ſcin ubi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? CL. apŭt nos. SY. non CL. ubi ergo? SY. apŭt Cliniam.
CL. Perii. SY. bono animo es: iam argentum ad eum deferes,
* m. Quod ei pollicitus. CL. garris. unde? SY. a * tuo patre.
CL. Ludis fortaſſe me. SY. ipſa re experibere.
CL. Ne ego fortunatus homo ſum. deamo te Syre.
SY. Qua cauſa id fiat obſecundato in loco.
Set pater egreditur. cavĕ quicquam [2] admiratŭs ſis:
Quod imperabit facito: loquitor paucula.

SCAENA VII.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CHREMES.

I. tr. UBI Clitipho nunc eſt? SY. eccum me inque. CL. eccum hic tibi.

CH. Quid

NOTAE.

1 *Abiiſti.*] Faern. *abiſti.* Sed verſus duplex *i* poſtulat.

2 *Admiratus ſis.*] Faern. *ſies.* ſed verſus exigit ut ſit monoſyllabum, quod & ipſe monet. hunc autem verſum cum Mureto cenſeo praecedenti praeponendum eſſe, ſed cum codd. reclament, ordinem invertere nolui, quod ille fecit.

3 *I. quid ſtas.*] Optimi e Lengianis *ei*, alii, *hei*, ut omnes Boecleri; quod idem eſt. *ei* igitur veram eſſe lectionem nullus dubito.

4 *Quas pro alimentis.*] Codd. alii, *quas alimentis*, alii, *quas pro alimentis*, alii, *quas ornamentis*, in quibus Dun. & Bemb. alii, *quas pro ornamentis:* alii, *quas ortamentis*, vel *hortamentis*, & ſic Eographius, qui dicit, *hortamentis* eſſe nutrimentis; *Hortatores enim dicuntur, qui equos nutriunt.* ſed quo auctore, neſcio. neque enim Feſtus, Nonius, aut veteres Grammatici hic quicquam adiuvant. Faernus huic loco mendi aliquid ineſſe ſuſpicatur, nec ultra quicquam addit. Muretus atque alii, nihil. Ego vero, ut quod mihi videtur libere dicam, totum verſum inducendum puto, ut Terentio prorſus indignum, & a ſciolo quodam profectum, qui impenſam illam *decem minarum* ad certum aliquod nomen revocare voluit. illo certe deleto cetera longe venuſtiora videntur, quod breviora; brevitas autem inter praecipuas Terentii laudes eſt. adde quod verſus in ſe illepidus eſt: quid enim eſt illud *nunc*, cum *iam* praeceſſiſſet? quam abſonum autem *alimentis*, aut *hortamentis*, cum mox ſequatur *ornamentis*? quod vero maxime diſplicet, Chremes nihil dicere poterat quod minus ipſum deceret. quid enim iniquius aut patris animo indignius,

*m. CH. Quid ' *reï ĕſſet - dixti huic? SY. dixi pleraque omnia.
CH. Cape hoc argentum, ac defer. SY. 3 i. quid ſtas lapis?
Quin accipis. CL. cedo ſane. SY. ſequere hac me ocius:
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere :
Nam nihil eſt illic, quod moremur diutius.
CH. Minas quidem iam decem habet a me filia,
4 Quas pro alimentis eſſe nunc ducō datas ;
5 Haſce ornamentis conſequentur 6 alterae :
7 Porro haec talenta dotis 8 appoſcunt duo.
Quam multa iniuſta ac prava fiunt moribus ?
Mihi nunc relictis rebus, inveniundus eſt
Aliquis labore inventa 9 mea cui dem bona.

SCAENA VIII.

MENEDEMUS. CHREMES.

MENEDEMUS.

I. tr. MULTO omnium nunc me fortunatiſſimum
Factum puto eſſe gnate, cum te intellego
Reſipiſſe. CH. ut errat. ME. te ipſum quaerebam Chreme.

Serva

NOTAE.

dignius, quam aegre ferre tam exiguum ſumptum alendae filiae impenſum, idque tum, cum praeter ſpem ſervatam gauderet? nihil vero opus fuit, ut vel hoc vel quicquam ſimile diceret, quo iſtius impenſae rationem redderet, cum quo nomine argentum illud ſolutum eſſet, iam plus ſemel dictum ſit; haec enim ſumma fuit, propter quam Antiphila Bacchidi oppignorata eſt. vid. III. III. 42. & IV. V. 43. Haec ſunt quae faciunt ut ſuſpicer verſum hunc ſubditititium eſſe. iudicent eruditiores.

5 *Haſce ornamentis.*] Legendum opinor, *Has pro.* in *ce* & *pro* facilis lapſus eſt, ut norunt qui MSS. codd. inſpexerint.

6 *Alterae.*] i. e. decem aliae, ut ipſe dixit, Phorm. IV. III. 58. ſic Virgil. Eclog. III. v. 71.

Aurea mala decem miſi; cras altera mittam.

Eandem vero ſummam pro veſte atque auro poſuit etiam Plautus Curc. II. III. 65.

——*pro iis coaccedunt minae*
Decem. & Perſ. IV. IV. 118.
Heus tu, etiam pro veſtimentis ‖ huc decem accedent minae.

7 *Porro haec.*] i. e. haece. ut Eun. III. V. 34. *haec adornant, ut lavet.*

8 *Appoſcunt.*] Sic lib. Bemb. ſed alii plerique omnes, *appoſcent*, quod mihi potius videtur, etſi Faern. aliter ſentiat. talentum autem Atticum hic intelligendum, quod valet ſexaginta minas.

9 *Mea cui.*] Cod. CCC. *meo.* quae neſcio an non verior ſit lectio, ut Adelph. V. IV. 21.

Ita eos meo labore eductos ‖ maximo, hic fecit ſuos.

Serva quod in te eſt filium, & me, & familiam.
CH. Cedo quid vis faciam? ME. inveniſti hodie filiam.
CH. Quid tum? ME. hanc ſibi uxorem dari volt Clinia.
CH. Quaeſo, quid tu hominis = es? ME. quid ĕſt? CH. iam ne oblitus es
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Ut ea via abs te argentum auferretur? ME. ſcio.
CH. Ea res nunc agitur ipſa. ME. [1] quid narras Chreme?
Immo haec quidem quăe aput me eſt, Clitiphonis eſt
Amica. ita aiunt. CH. & tu credis? ME. omnia.
CH. Et ĭllum aiunt velle uxorem, ut cum deſponderis,
Des qui aurum ac veſtem, atque alia quae opŭs ſunt, comparet.
ME. Id eſt profecto: id amicae dabitur. CH. [2] ſcilicet
Daturum. ME. [3] vah, fruſtra ſum igitur gaviſus miſer.
Quidvis tamen iam malo, quam hunc amittere.
Quid nunc renuntiem abs te reſponſum Chreme:
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atque aegre ferat.
CH. Aegre? nimium illi Menedeme indulges. ME. ſine:
Inceptumſt: perfice hoc mihi perpetuo Chreme.
CH. Dic conveniſſe; egiſſe te de nuptiis.
* dif. ME. Dicam, quid* deinde? CH. me facturum eſſe omnia,
Generum placere: poſtremo etiam, ſi voles,
Deſponſam quoque ĕſſe dicito. ME. ĕm, iſtuc volueram.
CH. Tanto ocius te ut poſcat, & tu id quod cupis,

Quam

NOTAE.

1 *Quid narras Chreme?*] Plerique codd. quid *dixti Chreme?* & poſt haec ſeptem, iique meliores ex Leng. codd.

Erravi. res acta eſt. quanta ſpe decidi!
CH. *Et quidem haec quae apud me eſt,*
Clitiphonis eſt
Amica. ME. *ita aiunt.*

niſi quod ex iis unus pro *acta*, *apta*, & *de ſpe*. & ad eundem fere modum omnes Bodl. codd. Dun. *erravi ſic res abeſt*. cum vero in nonnullis iiſque antiquiſſimis codicibus deſit *res acta eſt. quanta ſpe decidi!* & verſus ſequens plane laboret, niſi legas pro *& quidem haec*, *& haec quidem*, contra omnes codices, qui habent *& quidem*, vel *equidem haec*, totum locum non incommode hoc modo conſtituas.

——quid dixti Chreme?
Erravi? equidem haec quae apud me eſt,
Clitiphonis eſt
Amica. CH. *ita aiunt. & tu credis?*
ME. *omnia.*

in nullo enim codice praeter Bembinum deeſt *erravi: ita aiunt* autem ſemper alias in Terentio alteri perſonae tribuitur ab ea quae prius loquuta eſt. ut Ad. V. VIII.

DE. *Proba & modeſta.* MI. *ita aiunt.*

&

Quam ociſſime ut des. ME. cupio. CH. ne tu propediem,
Ut iſtam rem video, iſtius obſaturabere.
4 Set haec ut ut ſunt, cautim & paulatim dabis,
Si ſapies. ME. faciam. CH. abi intro: vidĕ quid poſtulet.
Ego domi ero, ſiquid me voles. ME. ſane volo:
5 Nam te ſcientem faciam, quicquid egero.

ACTUS V. SCAENA I.

MENEDEMUS. CHREMES.

MENEDEMUS.

T. t. c EGO me non tam aſtutum, neque ita ‖ perſpicacem eſſe id ſcio:
Set hic adiutor meus & monitor ‖ & praemonſtrator Chremes
Hoc mihi praeſtat: in me quidvis ‖ harum rerum convenit,
Quae ſunt dicta in ſtultum, caudex ‖, ſtipes, aſinus, plumbeus:
In illum nihil poteſt: exſuperat ‖ ĕiŭs ſtultitia haec omnia.
CH. Ohe, iam deſi-ne deos uxor ‖ gratulando obtundere,
* m. Tuam ĕſſe inventam gnatam, niſi illos ‖ ex * tuo ingenio iudicas,
Ut nihil credas intellegere ‖, niſi idem dictumſt centies.
Set interim quid illic iamdudum ‖ gnatus ceſſat cum Syro?

ME. Quos

NOTAE.

& Hec. III. II. 22.

——SO. *quotidiana*? PAM. *ita aiunt.*

ſed cum Faernus profiteatur ſe librum Bembinum in his ſequi, nolui a lectione quam ille exhibuit recedere, cum nihil in ea ſit quod reprehendas, niſi quod pro *deſponderis*, iuxta omnes alios codices legendum putem *deſponderim*. hoc enim Chremetis erat, ut conſtat tum aliunde, tum ex v. 26.

Deſponſam quoque eſſe dicito.

2 *Scilicet daturum.*] Sic II. III. 117.

——*ſcilicet*
Facturum me eſſe.

vid. etiam V. I. 19.

3 *Vah, fruſtra ſum.*] Aut *ſum* delendum, aut pro *vah* legendum, *ah*.

4 *Sed haec ut ut ſunt.*] Mira hic codicum varietas. *Sed ut uti iſtaec ſunt. ſed haec uti ſunt. ſed haec iſta ut ſunt.* vera, opinor, lectio, vel *ſed haec ut ut ſunt*, ſic Phorm. III. II. 46. *Sed ut ut haec ſunt, tamen hoc faciam.* vel *ſed ut ut iſtaec ſunt.* UT hoc modo geminatum, Terentio frequens. vid. I. II. 26. Ad. II. II. 40. IV. IV 20. Phorm. III. I. 4.

5 *Nam te ſcientem.*] Omnes fere codices, *ſciente*.

ME. Quos ais homines Chremes ces'ſare? CH. ehĕm, Menedeme advenis?
Dic mihi, Cliniae quae dixi ' nuntiaſtin? ME. omnia.
CH. Quid ait? ME. gaudere adeo coepit', quaſi qui cupiunt nuptias.
CH. Ha, ha, hae. ME. quid riſiſti? CH. ſervi ' venere in mentem Syri
Calliditates. ME. ita ne? CH. voltus ' quoque hominum ' fingit ſcelus.
ME. Gnatus quod ſe adſimulat lætum, id ' dicis? CH. id. ME. idem iſtuc mihi
Venit in mentem. CH. veterator '. ME. magĭs, ſi magĭs noris, putes
* m. Ita rem eſſe. CH. * ain tu? ME. quin tu auſculta'. CH. manĕ. hoc priŭs ſcire expeto,
Quid perdideris. nam ubi deſponſam ' nuntiaſti filio,
Continuo inieciſſe verba ' tibi, Dromonem ſcilicet,
Sponſae veſtem, aurum, atque ancillas ' opus eſſe: argentum ut dares.
ME. Non. CH. quid non? ME. non inquam. CH. neque ĭpſe ' gnatus? ME. nihil prorſum Chreme.
Magis unum etiam inſtare, ut hodie ' conficĕrentur nuptiae.
CH. Mira narras. quid Syrus meŭs '? ne is quidem quicquam? ME. nihil.
CH. Quamobrem? ME. neſcio, equidem miror ', qui alia tam plane ſcias.
* m. Set ille * tuum quoque Syrus idem ' mire finxit filium,
Ut ne paululum quidĕm [2] ſubolat ' eſſe amicam hanc Cliniae.

CH. Quid

NOTAE.

1 *Fingit ſcelus.*] Sceleſtus ille Syrus.

2 *Subolat.*] Sic Faern. ex ſuis codicibus, quibuſcum conſentit cod. Dun. & N. *a*. ex Lengianis, uterque optimae notae; alii male *ſuboleat*. *olere* antiquitus tertiae quoque coniugationis fuiſſe liquet ex illo Plauti, Moſt. I. I. 41.

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica.

vid. etiam Poen. I. II. 56.

3 *Conclave.*] Ultima in *conclave* non eliditur, duplici nomine, tum quod biſegmentum claudat, tum quod ſequatur diphthongus.

4 *Dictum factum.*] Alibi *dictum ac factum*. And. II. III. 7. & Heaut. IV. V. 12. nec diſſimulandum hic quoque ita eſſe in Lengi codd. fere omnibus. ſed aliter fuiſſe in Faern. codd. eius ſilentium indicio eſt.

5 *Animo*

CH. Quid ais? ME. mitto iam oſculari, atque [1] amplexari: id nihil puto.
CH. Quid ĕſt quod amplius ſimuletur[1]? ME. vah. CH. quid eſt? ME. audi modo:
Eſt mihi in ultimis [3] conclavĕ [1] aedibus quoddam retro,
Huc eſt intro latus lectus[1]: veſtimentis ſtratus eſt.
CH. Quid poſtquam hoc eſt factum? ME. [4] dictum [1] factum, huc abiit Clitipho.
CH. Solus? ME. ſolus. CH. timeo. ME. Bacchis [1] conſecutaſt ilico.
CH. Sola? ME. ſola. CH. perii. ME. ubi abiere [1] intro, operuere oſtium. CH. hem,
Clinia haec fieri videbat[1]? ME. quid ni? mecum una ſimul.
I. tr. CH. Fili eſt amica Bacchis Menedeme: occidi.
ME. Quamobrem? CH. decem dierum vix mihi eſt familia.
ME. Quid? ĭs'tuc times quod ĭlle - operam amico dat ſuo?
CH. Immo quod amicae. ME. ſi dat. CH. an dubium id tibi eſt?
Quemquam [5] animo tam communi eſſe, aut leni putas,
Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam?
ME. Quid ni? quo verba facilius dentur mihi.
CH. Derides? merito mihi nunc ego ſuſcenſeo.
Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere,
Ni eſſem lapis? quae vidi? vae miſero mihi.
At nĕ ĭllud haut inultum, ſi vivo, ferent:
Nam iam. ME. non tu te cohibes? non te reſpicis?
Non tibi ego exempli ſatĭs ſum? CH. prae iracundia,
Menedeme, non ſum aput me. ME. te ne iſtuc loqui?
Non ne id flagitiumſt, te aliis conſilium dare,

[1] Forĭs

NOTAE.

[5] *Animo tam communi eſſe, aut leni.*] Alii *tam comi.* quaeritur utra verior lectio, quod pendet a prima verſus voce. ſi enim *quenquamne* legas, quae antiquorum fere omnium lectio eſt, neceſſario legendum eſt *comi*; quod verbum eſt Terentianum, & huic loco apprime commodum: COMES enim, ut inquit Cicero Orat. pro C. Balbo, ſunt homines *benigni, faciles, ſuaves.* optime igitur *comi* convenit cum *leni.* altera vero lectio neſcio an ſe tueri poſſit; quanquam enim Suetonius de Claudio dixerit, c. 21. *nec ullo ſpectaculi genere* COMMUNIOR *aut remiſſior erat*, quam lectionem fruſtra ſollicitari oſtendit Caſaubonus, tamen *animo communi* eſt ſine exemplo.

1 Forĭs' ſapere, tibi non = poſſĕ - auxiliarier?
CH. Quid faciam? ME. id quod me feciſſe aiebas parum:
Fac te patrem eſſe ſentiat: fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere & poſcere:
Ne quam aliam quaerat copiam, ac te deferat.
CH. Immo 2 abeat potius multo quovis gentium,
Quam hic' per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam ſi illi pergo ſuppeditare ſumptibus,
Menedeme, mihi illaec vero ad raſtros res redit.
ME. 3 Quot ĭn'commoditates in hăc re accipies, niſi caves?
Difficilem oſtendes tĕ ĕſſe, & ignoſces tamen
Poſt, & id ingratum. CH. ah neſcis, quam doleam. ME. ut lubet.
Quid hŏc' quod rogo-, ut illa nubat noſtro? niſi quid eſt
Quod mavis. CH. immo & gener, & adfines placent.
ME. Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid opticuiſti? CH. dotis? ME. ita dico. CH. ah. ME. Chreme,
Ne quid vereare, ſi minŭs: nihil nos dos movet.
T. t. c. CH. 4 Duo talenta pro re noſtra ego ‖ eſſe decrevi ſatis:
Set ita dictu opus eſt, ſi me vis ‖ ſalvom eſſe, & rem & filium,
Me mea omni-a bona doti ‖ dixiſſe illi. ME. quam rem agis?
CH. 5 Id mirari te ſimulato, & ‖ illum hoc rogitatō ſimul,
Quamobrem id faciam. ME. quin ego vero ‖, quamobrem id facias, neſcio:

CH. Ego

NOTAE.

1 *Foris ſapere.*] Scanſio huius verſus ſic etiam inſtitui poteſt.

Fo' ris ſape-re tibi = non poſſe - auxili = arier.

ſed nullo numero. vocalem autem brevem ante diphthongum non elidi obſervavi ad v. 29. & ſaepe alias.

2 *Abeat potius multo.*] Leng. codd. fere omnes, *abeat multo malo.* verſumque hunc alieno loco habent, nempe poſt v. 79.

3 *Quot incommoditates.*] Difficultas omnis in hoc verſu dimetiendo tollitur, corripiendo primam in *incommoditates*, & *hac*. ſed cum omnes fere codices aliam lectionem habeant,

Quot in' commoda tibi in = hac re capies, = niſi caves,

non video cur Faern. Bemb. codicis lectionem ceteris praetulerit.

4 *Duo talenta.*] Sic IV. VII. 10. *Porro haec talenta dotis appoſcunt duo.*

5 *Id mirari.*] Quinque e Leng. codd. *idem mirari*; unus *id emirari*, & ſic duo Boecleri; unus e Pall. Parei, *id demirari*. unde ſuſpicor *idem* eſſe veram lectionem, reliquas vero, iſtius corruptelas. verſus autem conſtat ſecundam in *idem* corripiendo, ut in *quidem*. ſic Plaut. Ciſt. I. II. 1.

Idem mihi, magnae quod parti eſt vitium mulierum.

6 *Retundam: redigam.*] Omnes fere codices & *redigam*. quod malim. pro *retundam* vero cod. Dun. *recondam*. ſed *animum recondere* nuſquam dicitur quod ſciam.

7 *Ego*

CH. Ego ne? ut eius animum, qui nunc ‖ luxuria & laſcivia
Diffluit, [6] retundam: redigam ut ‖ quo ſe vortat, neſciat.
ME. Quid agis? CH. mitte: ſine me in hac re ‖ gerere mihi morem.
ME. ſino:
Ita ne vis? CH. ita. ME. fiat. CH. ac iam, ux‖orem ut accerſat, pa-
ret.
Hic ita, ut liberos ſ̄ eſt aequom ‖, dictis confutabitur.
Set Syrum. ME. quid eum? CH. [7] ego ne, ſi vivo ‖, adeo exorna-
tum dabo,
Adeo [8] depexum, ut dum vivat ‖, meminerit ſemper mei:
[9] Qui ſibī me pro ridiculo, ac ‖ delectamento putat.
Non, ita me dĭ ament, auderet ‖ facere haec viduae mulieri,
Quae in me fecit -

SCAENA II.

CLITIPHO. MENEDEMUS. CHREMES. SYRUS.

CLITIPHO.

T. t. c. ITA ne tandem ‖ [10] quaeſo eſt Menedeme, ut pater
Tam in brevi ſpatio omnem de me e‖iecerit animum patris?
Quod nam ob facinus? quid ego tantum ‖ ſceleris admiſi miſer?
Volgo faciunt. ME. ſcio tibi eſſe hoc ‖ gravius multo ac durius
Cui fit: verum ego haut minus aegre ‖ patior, id qui neſcio:

Nec

NOTAE.

7 *Ego ne, ſi vivo.*] Faern. aliique, *egone*? manifeſto, ni fallor, errore, pro *ego ne*, ubi *ne* affirmat, ut Andr. Prol. v. 17. *Faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant:* & ſic hic locus laudatur a Nonio in *Depexum*, (licet in *exornare* citetur iuxta vulgatam lectionem) *nae, ſi vivo, adeo exornatum dabo, nae* pro *ne* poſito. hanc autem particulam non ſemper pronomini praeponi ad Andr. oſtendi. locis ibi ex Plauto adductis adde Aſin. II. II 107.

Nĕ hodie malo cum auſpicio ‖ nomen commutaveris.

& Rud. IV. III. 38.

——ne impudenter impudens.

8 *Depexum, ut dum.*] Lengi codd. fere omnes *depexum uſque dum*, vel *uſque ut dum. uſque* etiam legitur apud Nonium loco praedicto. quod ſi *uſque* interſeras, verſus erit I. t. a. ſed Faerni codices eo caruiſſe videntur, ut e margine traductum putem, quo explicetur *dum*.

9 *Qui ſibi me pro ridiculo.*] Cod. Dun. aliique nonnulli *deridiculo*. ſed verſui non id neceſſarium eſt, cum bene procedat ultimam in *ſibi* producendo.

10 *Quaeſo eſt.*] *Eſt* deeſt in Faern. ſed ipſo fatente legitur in antiquis omnibus libris praeter Bemb. & ad ſententiam neceſſarium eſt.

Nec rationem capio, niſi quod ‖ tibi bene ex animo volo.
*dif. CL. Hic patrem aſtare * aiebas? ME. eccum ‖. CH. quid me incuſas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi pro‖ſpexi, & ſtultitiae tuae.
Ubi te vidi animo eſſe omiſſo, & ‖ ſuavia in praeſentia
Quăe ĕſſent, prima habere, neque con‖ſulere in longitudinem:
Cepi rationem, ut neque egeres ‖, neque ut haec poſſes perdere.
Ubi cui decuit primo, tibi non ‖ licuit per te mihi dare,
*m. Abii ad proximos, tibi quĭ erant ‖: * eis commiſi & credidi.
Ibi tuae ſtultitiae ſemper ‖ erĭt praeſidium Clitipho,
Victus, veſtitus, quo in tectum ‖ te receptes. CL. ei mihi.
CH. Satius eſt, quam te ipſo herede haec ‖ poſſidere Bacchidem.
SY. Diſperii. ſceleſtus quantas ‖ turbas concivi inſciens?
CL. Emori cupiō. CH. priŭs quaeſo ‖ diſce, quid ſit vivere.
Ubi ſcies, ſi diſplicebit ‖ vita, tŭm iſtŏc utitor.
SY. Ere, licet ne? CH. loquere. SY. at tuto ‖. CH. loquere. SY. quăe ĭſtaſt pravitas,
Quaeve amentia eſt, quod peccavi ‖ ĕgo, id obeſſe huĭc? CH. ilicet.
1 Ne te admiſce: nemo accuſat ‖ Syre te; nec tu aram tibi,
Nec precatorem pararis ‖. SY. quid agis? CH. nihil ſuſcenſeo,
2 Nec tibī, nec huic: nec vos eſt ‖ aequom, quod faciō, mihi.
SY. Abiit: vah, rogaſſe vellem ‖. CL. 3 quid? SY. ŭnde mihi peterem cibum:
Ita nos alienavit. tibi iam eſſe ‖ ad ſororem intellego.
I. t. a. CL. Ade'on rem rediiſſe, ut periculum ‖ 4 etiam famĕ mihi ſit Syre?
SY. Modo' liceat vivere, eſt ſpes. CL. quae? SY. nos ‖ eſurituros ſatis.
CL. Inrides in re tanta, neque me ‖ quicquam conſilio adiuvas?
SY.

NOTAE.

1 *Ne te admiſce.*] Sic IV. V. 35.
Ita tu iſtaec tua miſceto, ne me admiſceas.

2 *Nec tibi, nec huic.*] Faern. *nec tibi, nec tibi.* ſed omnes, quod ſciam, codd. *nec tibi, nec huic.*

3 *Quid?* SY. *nnde.*] *quid unde* eſt Tribrachys, prima in *unde* correpta, ut Eun. II. III. 13.
—Neque ŭnde eam, neque quorſum eam.
& ſic ſaepe Plautus.

4 *Etiam fame.*] Cod. Dun. *etiam a fame.*

SY. Immo ' & ibi nunc ſum, & uſque id egi " dudum, dum loquitur pater.
Et quantum ego intelligere poſſum ", CL. quid ? SY. non aberit longius.
CL. Quid id ergo ? SY. ſic eſt, non eſſe horum " te arbitror. CL. quid iſtuc Syre ?
Satĭn ' ſanus es ? SY. ego dicam, quod mihi in " mentem ; tu diiudica.
Dŭm iſtis fuiſti ſolus, dum nulla " alia delectatio,
Quae propior eſſet, te indulgebant " ; tibi dabant : nunc filia
Poſtquam eſt inventa vera, inventa eſt " cauſa qua te expellerent.
CL. Eſt veriſimile. SY. an tu ob peccatum hoc " eſſe illum iratum putas ?
CL. Non arbitror. SY. nunc aliud ſpecta " : matres omnes filiis
In peccato adiutrices, auxilio " in paterna iniuria
Solĕnt ' eſſe : id non fit. CL. verum dicis " : quid ĕrgo nunc faciam Syre ?
SY. Suſpicionem iſtanc ex illis " quaere : rem profer palam.
Si non eſt verum, ad miſericordiam " ambos adduces cito :
Aut ſcibis cŭĭus ſis. CL. recte ſuades " : faciam. SY. ſat recte hoc mihi
In mentem venit : 5 namque aduleſcens ", quam minima in ſpe ſitus erit,
T. t. c. Tam facillume patrĭs pacem in " leges conficiet ſuas.
Etiam haut ſcio, an uxorem ducat " : ac Syro nihil gratiae.
I. t. c. 6 Quid hoc ' autem ? ſenĕx exit foras : ego " fugio. 7 adhuc quod factumſt
1 Miror,

NOTAE.

5 *Namque adoleſcens, quam minima in ſpe.*] Sic octo e Leng. codd. & plerique alii, ſenſu facili & aperto. & confirmat hanc lectionem Eographii explicatio, niſi quod pro *quam* & *tam* legiſſe videatur, *quum* & *tum*, quod forte melius. Faernus vero legendum cenſuit, *Nam quam aduleſcens maxime ſpe*, quam lectionem ſecutus eſt etiam Muretus ; quod miror, cum ſit inficeta prorſus, nulloque quod ſciam nomine ſe commendet.

6 *Quid hoc autem ? ſenex.*] Verſus eſt I. t. c. ultimam enim in *ſenex* corripi familiare eſt. exemplum habemus in hac fabula I. II. 23.

7 *Adhuc quod factumſt.*] Legendum opinor pro *adhuc*, *ob hoc*. ut Ad. V. IX. 4. *Quodnam ob factum ?*

[1] Miror non iuſſe me adripi: ad [||] Menedemum hunc pergam. eum mihi
Precatorem parō: [2] ſeni noſtro fidei nihil habeo,

SCAENA III.

SOSTRATA. CHREMES.

SOSTRATA.

I. t. a. [3] PROFECTO niſi caves tŭ homo, aliquid [||] gnato conficies mali:
I. d. a. Idque adeo miror, quomodo
I. t. a. Tām ineptum quicquam tibi venire in [||] mentem, mi vir, potuerit.
T. t. h. CH. [4] Pergin mulier odioſa eſſe [||]? nullam ne ego rem umquam in vita mea
I. t. a. Volu'i, quin tu in ea re mihi fueris [||] advorſatrix Soſtrata? 5
At' ſi rogitem iam, quid ĕſt quod peccem, aut [||] quamobrem hoc faciam, neſcias.
In [||] qua re nunc tam confidenter [||] reſtas ſtulta? so. ego neſcio.
T. t. c. CH. [5] Immŏ ſcis, potius = quam quidĕm redeat ad [||] ĭntegrum haec eadem o=ratio.
I. t. a. so. Oh, in'iquos es, qui me tacere [||] de re tanta poſtules.
CH. Non poſtulō: iam loquere: nihilo [||] minus ego hoc faciam tamen. 10
so. Facies?

NOTAE.

1 *Miror non iuſſe.*] Faernus ex cod. Bemb. *miror continuo non.* alii, *miror non iuſſiſſe ilico:* ego nec *continuo*, nec *ilico* arbitror eſſe a Terentii manu, quorum neutrum cum verſu ſtare poteſt; eſt enim I. t. c. non T. t. acatal. quales putavit Faernus eſſe hunc & eos, quos interiacet; nulla numerorum, ſed ſimplicium pedum ſeu ſyllabarum potius ratione habita. & ut id obtineret, *eum mihi* poſtremo verſui appoſuit. pro *hunc* alii *hinc*.

2 *Seni noſtro fidei nihil habeo.*] Chremeti ſc. qui iram in Syrum diſſimulans dixerat v. 22. *--nec tu aram tibi, Nec precatorem pararis*, ſed Syrus non illi credulus, fuga ſibi conſulit, meritorum nempe probe conſcius.

3 *Profecto niſi caves.*] Huius Scenae verſus quinque ſequentes Faernus unus recte ordinavit. alii qui eum non ſecuti ſunt, miris modis perturbarunt, quos operae pretium fuerit cum Faerno componere.

4 *Pergin mulier odioſa eſſe?*] Sic cod. Bemb. & ſic verſus eſt T. t. hyp. ſed Lengi & Boecleri codd. *o*, vel *oh pergin mulier eſſe, odioſa* per apoſiopeſin ſubintellecto. & ſic verſus erit I. t. a. ut ceteri.

5 *Immo ſcis.*] Quomodo hunc verſum dimetiendum putem, lector ex diſtinctionum notis quas appoſui, videbit.

6 *Sub-*

T. t. c. so. Facies? CH. verum. so. non vides quan'tum mali ex ea re excites?

*m. T. t. h. Subditum se ſuſpicatur". CH. ſubditum? *ain tu? so. certe ſic erit

T. t. c. Mi vir. CH. confitere. so. aū, obſecrŏ "te, iſtuc inimicis ſiet.

* m. Egŏn confitear * meum non eſſe "filium, qui fit meus?

I. t. a. CH. Quid'? metuis ne non, cum velis, con'vincas eſſe illum tuum?

so. Quod filia eſt inventa? CH. non: ſet "quod magis credundum ſiet,

I. d. a. Id' quod ĕſt conſimilis moribus,

*m. T. t. c. Convinces facile ex te natum": [7] nam * tui ſimilis eſt probe:
Näm illi nihil vitii eſt relictum", [8] quin ſi-et & idem tibi.
Tum praeterea talem, niſi tu", nulla pareret filium.
Set ĭpſe egreditur, quam feverus": [9] rem cum videas, cenſeas.

SCAENA IV.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

CLITIPHO.

*m. T. t. c. SI umquam ullum * fuit tempus mater", cum ego voluptati tibi
*m. †m. Fuerim, dictus filius * tuŭs " † tua voluntate, obſecro,

Eius

NOTAE.

6 *Subditum ſe ſuſpicatur.*] Veriſſimam arbitror Tan. Fabri eſſe emendationem pro *ſuſpicatur* legentis *ſuſpicetur*. nullum enim Soſtratae cum filio aut cum Syro verbum adhuc interceſſerat, unde reſcire poterat, in hanc ſuſpicionem Clitiphonem incidiſſe; non igitur certo & ſciens potuit *ſuſpicatur* dicere, ſed coniecturam tantum ex nimia patris aſperitate faciens, *ſuſpicetur*: id eſt, *ſuſpicabitur*. ea enim potentialis modi vis eſt. ſic Plaut. Aul. I. II. 31.

Id ſi relinquo, ac non peto, omnes illico
Me ſuſpicentur, credo, habere aurum domi.

quod vero ad metrum, verſus eſt T. t. h. ſed aut plurimum fallor, aut hic locus non uno modo laborat. Faern. enim ex cod. Bemb. *certe ſic erit, mi vir*; alii vero codd. *certe inquam mi vir*. unde vehementer ſuſpicor totum locum ſic eſſe refingendum.

Subditum ſe ſuſpicetur". CH. *ſubditum?* T. t. c.
ain tu? Soſtrata.
so. *Certe inquam, mi vir, ſic erit.* I. d. a.
CH. *Confitere.* so. *aū obſecrō tē"*, *iſtuc* T. t. c.
inimicis ſiet.

7 *Nam tui ſimilis.*] In ſcanſione vel *tui* monoſyllabum eſt, vel *is* in *ſimilis* eliditur. quo nihil frequentius apud Plautum. vid. Amph. I. I. 286, 287.

8 *Quin ſiet.*] Faern. *quin ſit*. ſed verſus poſtulat *ſiet*. alii codd. hic habent, *quin itidem ſit*. ſed ſic quoque pro *ſit* legendum erit, *ſiet*, ut conſtet verſus.

9 *Rem cum videas.*] Verbis iſtis nulla inerit obſcuritas, ſi Soſtratae tribuantur.

Eĭus ut memineris, atque inopis ‖ nunc te miſereſcat mei;
*m. Quod peto & volō, parentes ‖ * meos ut commonſtres mihi.
so. Obſecrō mi gnate, ne iſtuc ‖ in animum inducas tuum,
Alienum eſſe te. CL. ſum. so. miſeram me‖. hŏcine quaeſiſti obſecrō?
Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes‖, ut ĕx mē atque hoc natus es:
Et cavĕ poſthac, ſi mĕ amas, umquam ‖ iſtuc verbum ex te audiam.
CH. At ego, ſi me metuis, mores ‖ cavĕ ĭn te eſſe iſtos ſentiam.
CL. Quos? CH. ſi ſcire vis, ego dicam‖: gerro, iners, fraus, helluo,
Ganeō, damnoſus. [1] Crede, (& noſtrum te eſſe credito.)
CL. Non ſunt haec parentis dicta‖. CH. non ſi ex capite ſis meo
Natus, item ut aiunt Minervam eſſe ‖ ex Jove; ea cauſa magis
*m. Patiar Clitiphō flagitiis ‖ * tuis me infamem fieri.
*m. so. Dĭ ĭſtaec prohibeant. CH. * deos neſcio ‖: ego quod potero, ſedulo.
Quaeris id quod habes, parentes‖: quod abeſt, non quaeris, patrī
Quo modo obſequare: [2] & ŭt ſerves ‖ quod labore invenerit.
Non mihi per fallacias ad‖ducere ante oculos? pudet
Dicere hac praeſente verbum ‖ turpe: at te id nullo modo
Facere puduit. CL. eheu, quam nunc ‖ totus diſpliceo mihi,
Quam pudet: neque quod principium in‖cipiam ad placandum, ſcio.

SCAENA

NOTAE.

1 *Crede, (& noſtrum te eſſe credito.)*] Nemo interpretum vel per umbram vidit, quid ſibi haec verba velint, cum *credito* ſententiam abſolvere videatur, nihil autem adhuc dum dixiſſet Chremes ad quod *crede* referatur. neque vero de loci integritate codices dubitare ſinunt, cum una omnium ſit lectio; alias *crede* in mendo eſſe facile mihi perſuaſiſſem, & verſum ad hunc modum refingi debuiſſe,

Ganeō, damnoſus cave ſis ‖, *& noſtrum eſſe credĕ te.*

quae ſenſum fundunt clarum & perſpicuum. ſed cum in receptam lectionem codices conſentiant, tandem ſenſi verba haec, ut veram eorum mentem aſſequamur, continua ſerie annectenda eſſe iis quae Chremes porro pergit dicere, *non ſi ex capite ſis meo*, &c. quae vero a Clitiphone ſummiſſe & muſſitanter dicta ſunt, orationem hanc Chremetis interrumpunt. hoc igitur eſt quod ſenex iratus dicit, *Crede autem mihi, quamvis ſis filius noſter, quod te credere non veto; immo, quamvis ex capite ſis meo natus, non tamen patiar*, &c. clarior fuiſſet oratio, ſi

SCAENA V.

MENEDEMUS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

MENEDEMUS.

T. t. c. ENĬMVERO Chremes nimĭs graviter ‖ cruciat aduleſcentulum,
Nimĭſque inhumane. exeo ergo ut ‖ pacem conciliem. optume
Ipſos video. CH. ehem, Menedeme ‖ cur non accerſi iubes
Filiam, & quod dotis dixi ‖, firmas? SO. mi vir te obſecro
Ne facias. CL. pater obſecrō mihi ig‖noſcas. ME. da veniam Chreme:
Sine te exoret. CH. 3 egon mea - bona ŭt dem ‖ Bacchidi dono ſciens?
Non faciam-. ME. at ĭd nos - non ſinemus ‖. CL. ſi me vivom vis, pater,
Ignoſce. SO. age Chremes mi. ME. age quaeſo ‖, ne tam offirma te Chreme.
CH. Quid ĭſtic? video non licere, ut ‖ coeperam, hoc pertendere.
ME. Facis ut te de-cet. CH. ea lege hoc ‖ adeo faciam: ſi facit
Quod ego hunc aequom cenſeō. CL. pater ‖, omni-a faciam: impera.
CH. Uxorem ut ducas. CL. pater. CH. nihil ‖ audio. ME. ad me recipio;
Faciet. CH. nihil etiam audio ipſum ‖. CL. perii. SO. an dubitas Clitipho?
CH. Immo

NOTAE.

ſi inverſo ordine dixiſſet, ---- *credito ſi placet, te filium noſtrum eſſe, ſed hoc tamen una crede, non ſi ex capite*, &c. haec impeditiſſimi loci vera & certa, niſi plurimum fallor, eſt ſententia. ſic Adelph. I. II. 21.

Non eſt flagitium, mihi crede, aduleſcentulum
Scortari.

2 *Et ut ſerves.*] *Ut*, ſi vera eſt lectio, ſequente licet conſona, corripitur, quod ſaepe fit. alii omittunt; & nullo certe incommodo abeſſe poteſt.

3 *Egon mea bona ut dem Bacchidi dono ſciens?*] Legendum opinor, *Egone mea bona ut dem Bacchidi ſciens?* ut IV. VII. 13. *mea cui dem bona.* Homini enim iracunde & concitate loquenti *dem dono* taedio eſt, & moram facit, cum *dem* ſatis ſit; & ſic melius procedit verſus. *dono* explicationis arbitror gratia margini aſcriptum inde in textum irrepſiſſe.

CH. Immo utrum volt. ME. faciet omnia[1]. SO. haec dum incipias, gravia ſunt:
Dumque ignores: ubi cognoris[1], facilia. CL. faciam pater.
SO. Gnate mi, ego pol tibi dabo illam [1] lepidam, quam tu facile ames,
Filiam Phanocratae noſtri[1]. CL. rufam ne illam virginem,
Caeſiam, ſparſo ore, adunco [1] naſo? non poſſum pater.
CH. Heia, ut elegans eſt, credas[1] animum ibi eſſe. SO. aliam dabo.
CL. Quid iſtic? quandoquidem ducenda eſt[1], egomet habeo propemodum
Quam volō. SO. nunc laudo gnate. CL. Ar[1]chōnidi huius filiam.
SO. Perplacet. CL. pater hoc nunc reſtat[1]. CH. quid? CL. Syro ignoſcas volo,
*m. Quae * mea cauſa fecit. CH. fiat[1]. Vos valete, & plaudite.

ADEL-

ADELPHI TERENTII.

ACTA LUDIS FUNEBRIB. AEMILI PAULLI QUOS FECERE Q. FABIUS MAXIMUS. P. CORNELIUS AFRICANUS. EGERE L. ATILIUS PRAENESTINUS. 1 MINUTIUS PROTHIMUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS 2 SARRANIS. 3 FACTA GRAECA MENANDRU L. ANICIO. M. CORNELIO COS.

Fabulae

NOTAE.

1 *Minutius Prothimus.*] Cum ceteras Terentii fabulas egerit Ambivius Turpio, haec vero omnium quae ſuperſunt, ſit noviſſima, credibile eſt Turpionem illum, qui in prologo ad Heautontimorumenon, quae anno ante hanc acta eſt, toties ſe ſenem eſſe ſpectatores monet, atque inde eorum benevolentiam captat, iam diem ſuum obiiſſe, & hunc Minutium in locum eius fuiſſe ſuffectum.

2 *Sarranis.*] Quae fuerint tibiae Sarranae, dixi in prolegomenis. pro *Sarranis* autem Donatus videtur legiſſe *dextris.* haec enim eius verba ſunt, *modulata eſt tibiis dextris, id eſt Lydiis, ob ſeriam gravitatem, qua fere in omnibus Comoediis utitur hic Poeta.* ex quibus verbis fruſtra elicere conatur doctiſs. Daceria, in titulo legi debere, *acta primum tibiis Lydiis, deinde tibiis Sarranis:* cum, *id eſt*, in Donati verbis planiſſime oſtendat *Lydiis* non in titulo fuiſſe, ſed ſuum eſſe, quo quod erat in titulo, enarrandum duxit. adde quod in ceteris titulis, tibiae nunquam proprio nomine inſigniantur, nec Phrygiae, aut Lydiae dictae ſint, ſed pares, impares, dextrae, ſiniſtrae.

3 *Facta.*] Quid ſibi velit FACTA in hoc, Hecyraeque & Phormionis titulis, fateor me neſcire. in omnibus videtur ſubeſſe mendum; ſed de reliquis dicetur, cum eo deventum erit. Hic opinor vocem & corruptam eſſe & alieno loco poſitam; & pro FACTA GRAECA MENANDRU, legendum eſſe, GRAECA MENANDRU. ACTA. manifeſtum enim eſt ACTA deſiderari ante Conſulum nomina. eo vero loco quo nunc eſt, FACTA eſt vox plane nihili. Muretus quidem ut locum laborantem adiuvet, legit FACTA E GRAECA MENANDRU; eumque alii ſecuti ſunt. ſed fruſtra. cum nulli tituli ſint, qui iſto dicendi modo utantur; nec huiuſmodi remedium ceteris titulis ſalutem afferat, qui vitio prorſus ſimili laborant.

Fabulae interlocutores.

Micio ſenex.	Sostrata matrona.
Demea ſenex.	Cantara nutrix.
Sannio leno.	[1] Pamphila puerpera.
Aeschinus aduleſcens.	Geta ſervus.
Parmeno ſervus.	Hegio ſenex.
Syrus ſervus.	Dromo ſervus.
Ctesipho aduleſcens.	

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. Duos cum haberet Demea aduleſcentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Aeſchinum:
Set Cteſiphonem retinet. hunc citharistriae
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre,
Frater celabat Aeſchinus; famam rei, 5
[2] [Et] amorem in ſeſe transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripit. vitiaverat
Idem Aeſchinus civem Atticam pauperculam;
Fidemque dederat, hanc ſibi uxorem fore.
Demea iurgare, graviter ferre. mox tamen, 10
Ut veritas patefacta eſt, ducit Aeſchinus
Vitiatam; potitur Cteſiphō citharistriam.

P. TE-

NOTAE.

1 *Pamphila.*] Perſonam hanc, cuius nullae ſunt partes praeter invocationem Iunonis Lucinae, III. IV. 40. omiſit Faern.

2 *Et amorem.*] *Et* deeſt in Faern. ſed ſenſus exigit ut inſeratur, quod facile excidere poterat, cum *rei* praecederet.

P. TERENTII

ADELPHI.

PROLOGUS.

I. tr. POSTQUAM poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab in'iquis obſervari, & adverſarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi ſumus:
Indicio de ſe ipſe = erĭt: vos eritis iudices,
Laudin an vitio duci id factum oporteat:
Synapothneſcontes Diphili comoediaſt;
*m. * Eam' Conmorientes Plautus fecit fabulam.
In Graeca adulescens eſt, qui ſenoni eripit
Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos, verbum de verbo expreſſum extulit.
*m. * Eam' nos acturi ſumŭs novam: pernoſcite
Furtum ne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui praeteritus neclegentiaſt.
Nam quod ĭſti dicunt malevoli, 1 homines nobiles
Eum adiutare, adſidueque una ſcribere,
Quod ĭlli maledictum vehemens eſſe exiſtimant,

*Eam

NOTAE.

1 *Homines nobiles.*] Hi fuere Scipio, non Africanus, ſed Aemilianus, Africani nepos; Laelius, Laelii ſenioris filius, & Furius Publius. vid. Porcii verſiculos in Terentii vita laudatos

*m. * Eam' laudem hic ducit maximam, cŭm illis placet,
Qui vobis univerſis & populo placent;
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
*m. * Suo' quiſque tempore [1] uſuſt ſine ſuperbia.
*m. * Dehinc' ne exſpectetis argumentum fabulae;
*m. Senes qui primi venient, * ii partem aperient;
In a'gendo partem oſtendent. facite aequanimitas,
Poetae ad ſcribendum [2] augeāt induſtriam.

NOTAE.

1 *Uſuſt.*] Faern. *uſus eſt.*

2 *Augeat induſtriam.*] Donatus obſervat deeſſe *veſtra.* ego vero nullus dubito, quin inſeri debeat ante *induſtriam*, *augeat* in diſ. contracto; neque enim ſenſus abeſſe patitur. vid. Prologum Phorm. qui hoc verſu clauditur.

Bonitaſque veſtra adiutans, atque aequanimitas.

in multis quidem impreſſis *veſtra* habetur, ſed alieno loco; verſum ſcilicet ab eo incipiunt, quod numeros vehementer turbat.

ACTUS

ACTUS I. SCAENA I.

MICIO.

I. tr. 1 STORAX. non rediit hac nocte a coena Aeſchinus,
Neque ſervolorum quiſquam, qui advorſum
2 ierant.
Profecto hoc vere dicunt: ſi abſis uſpiam,
Aut ibi ſi ceſſes, evenire ea ſatius eſt,
Quae in te' uxor dicit, & quae in animo
cogitat
Irata, quăm illa, quae parentes propitii.
Uxor, ſi ceſſes, aut tĕ amare cogitat,
Aut te te amari, aut potare, atque animo obſequi,
Et tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male.
Ego' quia non rediit filius, quae 3 cogito: &
Quibŭs' nunc ſollicitor rebus? ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit, aut praefregerit
Ali'quid. vah, quemquam ne = hominem in animo in=ſtituere, aut
Parare, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi?
Atque ex me hic natus non eſt, ſet ĕx fratre. is adeo
Diſſimili ſtudio eſt 4 iam inde ab aduleſcentia.

Ego

NOTAE.

1 *Storax. non rediit.*] *Hoc*, inquit Donatus, *alii interrogative, alii pronuntiative proferunt: ſed magis pronuntiative dicendum.* nimirum cenſendus eſt Micio, de Aeſchini a cena reditu ſollicitus, aliis ſervis fruſtra compellatis, poſtremo Storacem vocaſſe, cumque nec ille vocanti reſponderet, ex eo collegiſſe, Aeſchinum non rediiſſe: punctum igitur interrogationis quod poſuerat Faernus ſuſtuli.

2 *Ierant.*] Antepenultimam in *ierat*, *ierant*, *ierit*, *ierint*, ſive integra per ſe vox ſit, ſeu pars alterius, veteres pro libitu producunt. ſic Phorm. IV. I. 7.

Quaeſo' igitur commorabare, ubi id au=dieras?

3 *Cogito: &.*] Faern. & ſequenti verſui praepoſuit. in Donati codice videtur defuiſſe.

4 *Iam inde ab aduleſcentia.*] Sic Faern. ego malim cum Mureto haec ſequentibus adiungere, plena diſtinctione poſita ad *ſtudio eſt*, & mox, v. 20. diſtinguere poſt *ſemper*: ſed ibi Muretum ducem non habeo.

Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium
Secutus ſum: & quod fortunatum iſti putant,
Uxorem numquam habui. ille contra, haec omnia.
Ruri agere vitam: ſemper parce ac duriter
Sĕ habere: uxorem duxit: nati filii
Duo: inde ego hunc maiorem adoptavi mihi:
Eduxi a parvolo, habui, amavi pro meo:
In eo me oblecto: ſolum id eſt carum mihi.
Ille' ut item contra, me habeat, facio ſedulo:
Do, praetermitto; non neceſſe habeo omnia
m. Pro' meo iure agere: poſtremo alii clanculum
Patres quae faciunt, quae fert aduleſcentia,
Ea ne me celet, conſuefeci filium:
Nam qui mentiri aut fallere inſuerit [1] patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit ceteros.
Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo quam metu.
Haec fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Venit' ad me ſaepe = [2] clamitans-, quid agis Micio?
Cur perdis aduleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumptum ſuggeris?
Veſtitu nimio indulges: nimium ineptus es.
Nimium ipſe eſt durus praeter aequumque & bonum:
* m. Et errat longe, * mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quăm illud quod amicitia adiungitur.
Mea ſic eſt ratio, & ſic animum inducō meum:
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet:
Si ſperat fore clam, rurſus ad ingenium redit.
Ille' quem beneficio adiungas, ex animo facit:

Studĕt

NOTAE.

1 *Patrem, aut.*] *Aut* Faern. ſequenti verſui adiecit.

2 *Clamitans.*] Vel ultima correpta dactylus eſt, vel vocali media eliſa ſpondeus, quod malim.

Studĕt' par referre; praeſens, abſenſque idem erit.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,
*m. * Sua' ſponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus intereſt. hoc qui nequit,
Fateatur neſcire imperare liberis.
Set eſt ne hic ipſus, de quŏ agebam? & certe is eſt.
Neſcio quid triſtem video: credo iam, ut ſolet,
Iurgabit. ſalvom te advenire Demea
Gaudemus.

SCAENA II.

DEMEA. MICIO.

DEMEA.

I. tr. EHEM, opportune: te ipſum quaerito.
MI. Quid triſtis es? DE. rogas me, ubi nobis Aeſchinus
Siet, quid triſtis ego ſim? MI. dixin hoc fore?
Quid fecit? DE. quid ille fecerit? quem neque pudet
Quicquam: nec metuit quemquam: neque legem putat
* dif. Tenere ſe ullam. năm illa-, quae * antehac facta ſunt,
Omitto: modo quid deſignavit? MI. quidnam id eſt?
DE. Fores effregit, atque in aedis inruit
Alienas: ipſum dominum atque omnem familiam
Mulcavit uſque ad mortem: eripuit mulierem
Quăm a'mabat. clamant omnes indigniſſume
Factum eſſe. hoc advenienti quot mihi Micio
Dixere? in oreſt omni populo. denique,
Si conferendum exemplum eſt, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri ĕſſe parcum ac ſobrium?
Nullum huius ſimile factum. haec cŭm illi Micio
Dicō, tibi dico. tŭ illum corrumpi ſinis.
MI. Homine inperito numquam quicquam iniuſtius,
Qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.
DE. Quorſum iſtuc? MI. quia tu Demea haec male iudicas.
Non eſt flagitium, mihi crede, aduleſcentulum

Scortari, neque potare: non eſt: neque fores
Effringere. haec ſi neque ego, neque tu fecimus,
Non ſiit egeſtas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia.
Iniuriumſt: nam ſi eſſet unde id fieret,
Faceremus: & tŭ illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per aetatem licet:
Poti'us quam, ubĭ te expectatum eieciſſet foras,
Alieniore aetate poſt faceret tamen.
DE. Pro Iuppiter, tŭ homo adigis mĕ ad inſaniam.
Non eſt flagitium facere haec aduleſcentulum? MI. ah.
Auſculta, ne me optundas de hac re ſaepius.
*m. * Tuum' filium dediſti adoptandum mihi:
Is meus eſt factus: ſi quid peccat, Demea,
Mihi' peccat: ego illi maxumam partem feram.
Obſonat, potat, olet unguenta de meo.
Amăt', dabitur a me argentum, dŭm erit commodum:
Ubi non erit, fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit, reſtituentur: diſcidit
Veſtem, reſarcietur. eſt, dis gratia,
Et unde haec fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremo aut deſine, aut cedo quemvis arbitrum:
Te plura in hac re peccare oſtendam. DE. ei mihi,
Pater eſſe diſce ab illis, qui vere ſciunt.
MI. Natura tŭ illi pater es, conſiliis ego.
DE. Tun conſulis quicquam? MI. ah, ſi pergis, abiero.
*diſ. DE. Sicine agis? MI. an ego totiens de * eadem re audiam?
DE. Curae eſt mihi. MI. & mihi curae eſt. verum Demea
Curemus aequam uterque partem; tu alterum,
Ego item' alterum. nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt quem dediſti. DE. ah Micio.
MI. Mihi' ſic videtur. DE. quid istic? ſi tibi istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi verbum unum poſthac. MI. rurſum Demea
Iraſcere? DE. an non credis? repeton quem dedi?
Aegreſt: alienus non ſum: ſi obſto, em deſino.

Unum vis curem, curo, & eſt dis gratia,
Cŭm ita' ut volo eſt; iſ-te tuus - ipſe ſentiet
Poſterius: nolo in illum gravius dicere.
MI. Nec nihil, neque omnia haec ſunt, quae dicit; tamen
Non nihil moleſta haec ſunt mi-hi: ſet oſtendere,
Me aegre pati illi nolui: năm itaſt homo:
Cum placo, advorſor ſedulo, & deterreo;
Tamĕn' vix humane patitur: verum ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiae,
Inſaniam profecto cŭm illo. & ſi Aeſchinus
Non nullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quăm hic' non amavit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? poſtremo, nuper (credo iam omnium
Taedebat) dixit velle uxorem ducere.
Sperabam iam deferuiſſe aduleſcentiam:
Gaudebam. ecce autem de integro: niſi quidquid eſt
Volo' ſcire; atque hominem convenire-, ſi apŭt forum eſt.

ACTUS II. SCAENA I.

SANNIO leno. AESCHINUS. PARMENO.

SANNIO.

T. t. a. OBSECRŌ populares ferte ‖ miſero atque innocenti auxilium:
Subvenite inopi. AE. otioſe ‖, nunc iăm ilico hic conſiſte:
Quid reſpectas? nihil pericliſt ‖: numquam, dum ego adero, hic te tanget.
I. d. a. SA. Ego' iſtam invitis omnibus.
I. t. a. AE. Quamquam' eſt ſceleſtus, non committet ‖ hodie umquam, iterum ut vapulet.
*dif. T. t. a. † dif. SA. Aeſchine audi, ne te ignarum ‖ * fuiſſe dicas † meorum morum,

*m T, t. c. Leno ego - ſum. AE. ſcio =. SA. at ita, ut - uſquam ‖ * fuit fide quiſquam optuma.

T. t. a. 1 Tu quod te poſterius purges ‖, hanc iniuriam mihi nolle

T. t. c. Factam eſſe, hŭiŭs non faciam. crede hoc ‖, ego meum ius perſequar:

Neque tu verbis ſolves umquam ‖, quod mihi re malefeceris.

T. t. a. Novi ego veſtra haec, nollem factum ‖: iusiurandum dabitur, 2 tĕ ĕſſe in-

T. t. c. dignum iniuria hac; indignis ‖ cum egomet ſim acceptus modis.

AE. 3 Abĭ praeſtrenue; ac forĕs aperi ‖. SA. ceterum hoc 4 nihili facis.

AE. I ĭntro - nunc iām =. SA. at enim non ſinam ‖. AE. accede illuc Parmeno:

Nimium iſtoc abiſti: hic propter ‖ hunc adſiſte. em, ſic volo.

*m. Cavĕ nunc iam oculos a * meis oculis ‖ quoquam demoveas tuos:

I. t. a. Ne' mora ſit, 5 ſi innuerim, quin pugnus ‖ continuo in mala haereat.

SA. Is'tuc volo ergo ipſum experiri. AE. em ‖, ſerva. PA. omitte mulierem.

SA. O' facinus indignum. AE. geminabit ‖ 6 niſi caves. SA. ei miſero mihi.

AE. Non' innueram: verum = in ĭſtam partem ‖ potius peccatō tamen:

* dif. 7 I nunc * ĭam. SA. quid hŏc = rēi eſt? regnum ne ‖ Aeſchine hic tu poſſides?

AE. Si

NOTAE.

1 *Tu quod te.*] Sic codices. ſed lubens legerem, *Tum quod te.*

2 *Te eſſe in-*] *In* Faern. ſequenti verſui adiecit.

3 *Abi praeſtrenue.*] Malim disiunctim legere, *abi prae ſtrenue*, cum *ſtrenue* ſaepe occurrat apud Plautum, ut *ſtrenue ire* Pſeud. IV. VII. 79. & *ſtrenue currere* Trin. IV. IV. 10. *praeſtrenue* vero nunquam, nec in Plauto, nec apud alium quemvis ſcriptorem, quod ſciam. *abi prae* autem idem eſt quod *i prae*, And. I. I. 144.

4 *Nihili facis.*] Faern. & alii *nihil.* ſed Donat. alteram etiam lectionem agnoſcit, quae mihi loco magis convenire videtur. *hoc* enim intelligo id eſſe, quod Sannio minitatus eſt. ſic Plaut. Capt. III. IV. 83. *Nihili facio, tamen adibo.*

5 *Si innuerim.*] Sic veteres codd. recentiores vero omnes, teſte Faerno, *innuero*. contra in conſimili loco, Eun. V. II. 23. ubi alii codd. *fecerim*; lib. Bemb. *fecero.*

AE. Si poſſiderem, ornatus eſſes ‖ ex tuis virtutibus.
*m. SA. Quid tibi * rei mecumſt? AE. nihil. SA. quid? noſtin ‖ qui ſim?
AE. non deſidero.
*m. SA. Teti'gin * tui quicquam? AE. ſi attigiſſes ‖, ferres infortunium.
SA. Qui ' tibi magis licet meam habere ‖, pro qŭa ego argentum dedi?
Reſponde. AE. ante aedis non feciſſe erĭt ‖ melius hic convicium:
Nam ſi moleſtus pergis eſſe ‖, iam intro abripiere; atque ibi
Uſque ad necem operiere loris ‖. SA. loris liber? AE. ſic erit.
SA. O ' hominem inpurum: [8] hicin' libertatem ‖ aiunt eſſe aequam omnibus?
dif. AE. Si ſatĭs iam debacchatus es leno ‖, audi ſi vis nunc * ïam.
SA. Egŏn' debacchatus ſum autem, an tu in me ‖? AE. mitte iſta, atque ad rem redi.
SA. Quam' rem? quo redeam? AE. iam ne me vis ‖ dicere id quod ăd = te attinet?
SA. Cupio', aequi modo aliquid. AE. vah, leno in‖iqua me non volt loqui.
SA. Le'nō ſum, fateor, pernicies com‖munis aduleſcentium:
Periurus, peſtis: tamĕn tibi a me ‖ nulla orta eſt iniuria.
AE. Nam hercle' etiam hoc reſtat. SA. illuc quaeſo ‖ redĭ, quo coepiſti, Aeſchine.
AE. Minis viginti tŭ ĭllam emiſti ‖, quae res tibi vortat male.
Argenti tantum dabitur. SA. quid ſi ego ‖ tibi ĭllam nolo vendere,
Coges me? AE. minime. SA. namque id metui ‖. AE. neque vendundam cenſeo,

Quae

NOTAE.

fecero. ex MSS igitur utra verior ſit lectio dignoſci nequit. neque facilius eſt ex conſtructionis regulis iudicium de iis ferre, cum tanta ſit horum temporum cognatio, ut utrumque recte hic adhiberi videatur, & optimorum ſcriptorum auctoritate ſe tueri; antiquiorum igitur codicum lectionem cum Faerno & Mureto retinui, licet alteram malim.

6 *Niſi caves.*] Si cetera recte ſe habent, ut conſtet verſus, *niſi* in unam ſyllabam contrahetur, ultima in *caves* correpta, atque adeo *niſi caves* fiet par dactylo. ſed plures codd. pro *hei miſero mihi* habent *hei miſeriam*; atque ita videtur legiſſe Donatus, quod omnem in verſu dimetiendo difficultatem tollit. mihi vero prior lectio potior videtur; quam niſi adhibeas, ſyllabae in *caves* in diverſos pedes inconcinne diſtrahentur.

7 *I nunc iam.*] Si *iam* ſit monoſ. verſus erit T. t. c.

8 *Hicin.*] Faern. *hicine.*

Quae liberaſt: nam ego liberali illam ‖ adſerō cauſa manu.
Nunc' vide ŭtrum vis; argentum accipere, an ‖ cauſam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno ‖. SA. pro ſupreme Iuppiter.
T. t. c. Minime miror, qui inſanire oc‖cipiunt ex iniuria.
Domŏ me eripuit, verberavit ‖ : me invito abduxit meam:
Ob malefacta haec tantidem emptam ‖ poſtulat ſibi tradier.
Homini miſero plus quingentos ‖ colaphos infregit mihi.
* m. Verum enĭm quando bene promeruit ‖, fiet: * ſuum ius poſtulat.
Age, iam cupio, [1] ſi modo ăr-gentum ‖ reddat. ſet ego hoc hariolor:
Ubi me dixerō dare tanti ‖, teſtis faciet ilico,
Vendidiſſe me, de argento ‖ ſomnium. mox, cras redi.
Id quoque poſſum ferre, ſi modo ‖ reddat: quamquam iniuriumſt.
* m. Verum cogito id quod res eſt ‖, quando * eum quaeſtum occeperis,
Accipiunda, & muſſitanda in‖iuria aduleſcentiumſt.
Set nemō dabit: fruſtra egomet ‖ mecum has rationes puto.

SCAENA II.

SYRUS. SANNIO.

SYRUS.

T. t. a. TACE, egomet conveniam iam ipſum ‖: cupide accipiat faxo: atque etiam
I. t. a. Bene' dicat ſecum eſſe actum. quid ĭſtuc ‖ Sannioſt, quod te audio
* dif. *Ne'ſciō quid - concertaſſe cŭm ero ‖ ? SA. numquam vidi iniquius
Certationem comparatam ‖, quam haec hodie inter nos fuit:
Ego' vapulando, ille verberando, uſque ‖ ambo defeſſi ſumus.
SY. Tua

NOTAE.

1 *Si modo argentum.*] Primam in *argentum* corripere licuiſſe plura oſtendunt | apud Plautum & Terentium exempla. vid. Phorm. III. III. 24.

* m. SY. * Tua culpa. SA. quid facerem? SY. aduleſcenti ‖ morem geſtum oportuit.
SA. Qui potui melius =, qūi hodie uſque os ‖ praebui? SY. age, ſcis quid loquar?
Pecuniam in loco neglegere ‖, maximum interdumſt lucrum. hui:
* m. Metuiſti, ſi nunc de * tuo iure ‖ conceſſiſſes paululum, atque
Adu'leſcenti eſſes morigeratus ‖, hominum homō ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc faeneraret ‖. SA. ego ſpem pretio non emo.
SY. Numquam rem facies: abĭ, neſcis in ‖ eſcare homines Sannio.
SA. Credo iſtuc melius eſſe: verum ego ‖ numquam adeo aſtutus fui,
Quin quidquid poſſem, mallem auferre ‖ potius in praeſentia.
SY. Age ‖ novi tuum animum: quaſi iam uſquam ‖ tibi ſint viginti minae,
Dum huic' obſequare. praeterea autem ‖ te aiunt proficiſci Cyprum. SA. hem.
* triſ. SY. * Coe'miſſe hinc quăe illuc veheres multa ‖; navem conductam; hoc ſcio.
Animus tibi pendet. ubi illinc ſpero ‖ redieris, tamen hoc ages.
SA. Nuſquam pedem: perii hercle: hac illi ‖ ſpĕ hoc inceperunt.
SY. timet:
I. tr. Inieci ſcrupulum homini. SA. o ſcelera. illud vide,
Ut in' ipſo articulo oppreſſit. emptae mulieres
Complures, & item hinc alia, quae portō Cyprum.
Niſi eo' ad mercatum venio, damnum maxumumſt.
Nunc ſi hoc omittō, actum agam. ubĭ illinc rediero,
Nihil eſt; refrixerit res: nunc demum venis?
Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatius perdere,
Quam aut nunc manere tamdiu, aut tum perſequi.
SY. Iam ne enumeraſti id = quod ăd te rediturum putes?
SA. Hōcine illo dignumſt? hōcine incipere Aeſchinum?
Per ŏp'preſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet?
SY. Labaſcit. unum hoc habeo: vidĕ ſi ſatĭs placet;
Potius quam venias in periclum Sannio,
Serves ne, an perdas totum, dividuum face.
Minas decem conradet alicunde. SA. ei mihi,

Etiam

Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
Praeterea colaphis tuber eſt totum caput:
Etiam inſuper defrudat? nuſquam abeo. SY. ut lubet:
Numquid vis, quin abeam? SA. immo hercle hoc quaeſō Syre,
Ut ut haec ſunt acta, potius quam litis ſequar,
* m. * Meum ' mihi reddatur, ſaltem quanti emptaſt Syre.
* dif. Scio te non uſum * antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe & gratum. SY. ſedulo
Faciam. ſet Cteſiphonem video: laetus eſt]
Dĕ a'mica. SA. quid quod te oro? SY. pauliſper mane.

SCAENA III.

CTESIPHO. SYRUS.

CTESIPHO.

I. t. a. ABS ' quivis homine, cum eſt opus, bene‖ficium accipere gaudeas:
Verum ' enĭmvero id demum iuvat, ſi ‖ quem aequomſt facere, is bene facit.
O frater frater, quid ego nunc te ‖ laudem? ſatĭs certo ſcio:
Numquam ita magnifice quicquam dicam, id ‖ virtus quin ſuperet tua:
Itaque unam hanc rem mĕ habere praeter ‖ alios praecipuam arbitror,
Fratrem homini nemini eſſe primarum ‖ artium magĭs principem.
SY. O Cteſipho. CT. o Syre, Aeſchi-nus ubi eſt ‖? SY. ellum, te exſpectat domi. CT. hem.

SY. Quid

NOTAE.

1 *Quin omnia ſibi poſt putavit.*] i. e. *Quine*, ut monet Faernus, qui agnoſcit etiam optimos codices legere *putarit*, licet ipſe praetulerit, *putavit*, ut in ſequente verſu eſt *tranſtulit*. & latine dici poſſe, *Quine putavit* aeque ac *putarit*, ex Plauto liquet. vid. Rud. III. VI. 23.
Quin' arrhabonem a me accepiſti.
nec ulla ſane cauſa eſt cur cum *ne* ſit πάρελκον, *quine* poſt ſe ſubiunctivum modum poſtu-

SY. Quid ĕſt'? CT. quid ſit? illius opera Syre nunc ‖ vivo: feſtivom caput,
*m. I Quin omnia ſibi poſt putavit ‖ eſſe prae * meo commodo:
Maledicta, famam, meŭm amorem, & ‖ peccatum in ſe tranſtulit.
Nihil' pote ſupra. quid nam forĕs crepuit ‖. SY. manĕ mane. ipſe exit foras.

SCAENA IV.

AESCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.

AESCHINUS.

I. t. a. UBI' eſt ille ſacrilegus? SA. me quaerit ‖. numquidnam effert? occidi:
Nihil' video. AE. ehem, opportune: te ipſum ‖ quaero: quid fit Cteſipho?
In tuto eſt omnis res; omitte ‖ vero triſtitiem tuam.
CT. Ego illam' hercle vero omitto, qui quidĕm ‖ te habeam fratrem: o mi Aeſchine,
O mi germane: ah vereor coram in ‖ os te laudare amplius,
Nĕ id', adſentandi magis quam quo habeam ‖ gratum, facere exiſtumes.
AE. Age inepte, quaſi nunc non norimus ‖ nos inter nos Cteſipho.
Hoc mihi dolet, nos paene ſero ‖ ſciſſe: & paene in eum locum
Rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi ‖ poſſent auxiliarier.
CT. Pudebat. AE. ah, ſtultitiaſt iſtaec ‖, non pudor, tam ob parvolam
* m. Rem paene e patria: turpe dictu ‖. * deos quaeſo ut iſtaec prohibeant.

CT. Pec-

NOTAE.

poſtulet, potius quam *qui* ſine illo *ne* poſitum. hoc autem unicum eſt in Terentio exemplum, ubi *ne* hoc modo παρέλκει. Donatus inquit, *quine* hic *admirative* dici; ſed operarum, opinor, errore, pro *affirmative*, quod ut diceret res poſtulabat, cum alias *quine* valeat idem, quod *qui non*, i. e. ut non, ut Andr. II. I. 35. *Ego id agam, quine detur.*

CT. Peccavi. AE. quid ait tandem nobis ' Sanniō? SY. iam mitis eſt.
AE. Ego ad forum ibo, ut hunc abſolvam ": tu intro ad illam Cteſipho.
SA. Syre inſta. SY. eamus: namque hic properat " in Cyprum. SA. ne tam quidem:
Quam'vis etiam maneo otioſus " hic. SY. reddetur, ne time.
SA. At ut omne reddat, SY. omne reddet ": tacĕ modo, ac ſequere hac. SA. ſequor.
CT. Heus', heus Syre. SY. ehem, quid ĕſt =? CT. obſecro herclē " hominem iſtum inpuriſſimum
Quamprimum abſolvitote, ne ſi " magis inritatus ſiet,
Aliqua' ad patrem hoc permanet; atque ego " tum perpetuo perierim.
SY. Non fiet, bono animo es: tu cŭm illa " te intus oblectā interim:
Et lectulos iubĕ ſterni nobis ", & parari cetera.
Ego iam tranſacta re convortam " me domum cum obſonio.
CT. Ita quaeſo: quando hoc bene ſucceſſit ", hilarem hunc ſumamus diem.

ACTUS

NOTAE.

1 *Obſecro.*] Neſcio an non ante *obſecro* exciderit *au*, quod ſaepius huic verbo praeponitur, & eſt, ut Donatus inquit, *conſternatae mulieris interiectio.* huic igitur loco apprime conveniret, verſum autem ſequentibus parem redderet.

2 so. *Modo dolores.*] T. Faber vult hic perſonam *Soſtratae* tolli, atque ut omnia uſque ad *Miſeram me*, *Cantharae* tribuantur; recte, opinor, cum & verborum ſenſus nutrici optime conveniat, & hoc blandimento *mea tu* reſponderi videatur ad illud Soſtratae *mea nutrix.*

3 *Talem, tali genere, atque animo.*] Haec omnium codicum lectio eſt, & etiam Donati. *talem*, a corpore, a forma, a pulchritudine; *tali genere*, ab honeſtate generis; *atque animo*, id eſt ſapientia, modeſtia; *natum ex tanta familia*, ex tam divite domo. ſic aliquis veterum interpretum, non male. *animus* hoc loco idem fere eſt ac *ingenium*, unde ut hic *tali animo*, ſic Pamphili in And. I. I. 71. laus eſt, quod ſit *tali ingenio.* tanta vero animi ſeu ingenii cum genere coniunctio, ut alterum plerumque alterius ſit indicium, unde illud Phorm. I. II. 65.

Bonam, bonis prognatam.

& Plautus Perſ. IV. IV. 93.

Haec erit, bono genere nata ", nihil ſcit niſi verum loqui.

qui vero non genus animo referunt, degeneres dicuntur, quae ſumma eſt infamia.

Qui

ACTUS III. SCAENA I.

SOSTRATA. CANTHARA.

SOSTRATA.

T. t. c. OBSECRŌ mea nutrix, quid nunc ‖ fiet? CA. quid fiat rogas?

I. t. a. Recte′ edepol ſpero. 2 so. modo dolores ‖, mea tu, occipiunt primulum.

CA. Iam′ nunc times, quaſi numquam adfueris ‖, numquam tute pepereris?

so. Miſe′ram me, neminem habeo, ſolae ‖ ſumŭs? Geta autem hic non adeſt:

T. t. c. Nec quēm ad obſtetricem mittam ‖, nec qui adcerſat Aeſchinum. 5

I. t. a. CA. Pol′ is quidem iăm hic aderit: nam numquam ‖ unum intermittit diem,

* dif. Quin ſemper veniat. so. ſolus *meārum ‖ miſeriarum eſt remedium.

T. t. c. CA. E re nata melius fieri haut ‖ potuit quam factum eſt, era: Quando vitium oblatum eſt, quod ad illum ‖ attinet potiſſimum,

3 Talem, tali genere, atque animo ‖, natum ex tanta familia. 10

so. Ita

NOTAE.

Qui bono ſunt genere nati ‖, *ſi ſunt ingenio mali,*
Supate culpa genere capiunt genus, ingenium improbant. Merc. V. IV. 8. de ſecundo v. qui in mendo eſt, vid. Gronov. haec oſtendunt *genus* atque *animum* non male hic iunctim legi: ut autem habemus hic & *genus* & *familiam*, ſic III. III. 55.
Indigna genere noſtro.
& III. IV. 2.
——— *ex illan familia*
Tam illiberale facinus eſſe ortum?
quod ſi nimium videatur utrumque in eodem verſu poni, hoc forte muliebri impotentiae imputandum, cui in amatore ante omnia placent familiae & generis ſplendor & nobilitas. cum vero *ingenium* atque *animus* ſaepe coniuncta ſint, ut in hac ipſa fabula V. III. 42.
———*ſcire eſt liberum*
Ingenium atque animum,
& And. I. I. 86.
———*humani ingenî*
Manſuetique animi officia.
(vid. & Plauti Trin. I. II. 55.)
valde mihi arridet eruditiſſimi Bentleii coniectura pro *tali genere atque animo*, *tali ingenio atque animo* legendum exiſtimantis.

*m. so. Ita pol eſt ut dicis: ſalvos ‖ nobis, * deos quaeſo, ut ſiet.

SCAENA II.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

GETA.

I. t. a. NUNC' illud eſt, quod = ſi omnes omnia ‖ ſua conſilia conferant,
Atque huic malo ſalutem quaerant ‖, auxilii nihil adferant,
Quod mihique, eraeque, filiaeque e‖rili eſt. vae miſero mihi,
Tot res repente circumvallant ‖, unde emergi non poteſt,
T. t. c. Vis, egeſtas, iniuſtitia ‖, ſolitudo, infamia.
Hocine ſaeclum? o ſcelera. o genera ‖ ſacrilega. o hominem inpium.
I. t. a. so. Me' miſeram, quidnamſt, quod ſic video ‖ timidum, & properantem Getam?
GE. Quem neque fides, neque iuſiurandum ‖, neque illum miſericordia
Repreſſit, neque reflexit: neque quod ‖ partus inſtabat prope,
Cui miſerae indigne per vim vitium ob‖tulerat. so. non intellego
Satis' quae loquatur. CA. propius obſecro ‖ accedamus Soſtrata.
GE. ah,
Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ‖ ardeo iracundia.

Nihil

NOTAE.

1 *Darĭ.*] Ultima in *aari* corripitur etiam Phorm. II. I. 31.
Darĭ' mihi in conſpectum, nunc ſua culpa ut ſciat.

2 *Satis mihi id habeam ſupplicii.*] Horum verborum ſenſus, ſi Daceriae credimus, eſt, ſe quaſvis poenas ſubire velle, modo illos ulciſcatur. mira profecto interpretatio! non ſenſiſſe doctiſſimam feminam *ſupplicium* inter alia ſignificare omne id quo laeſae parti ſatisfactum eſt! eo plane ſenſu ſumitur Phorm. V. IX. 40.
——*iam* SUPPLICII *ſatis eſt mihi.*
& ſic ſaepe apud Plautum. Moſt. V. II. 43.
Si hoc pudet, feciſſe ſumptum ‖, SUPPLICII *habeō ſatis.*
& Epid. V. II. 59.
EP. *Nunquam, hercle, hodie, niſi* SUPPLICIUM ‖ *mihi das, me ſolvi ſinam.*
PE. *Optimum atque aequiſſimum oras* ‖. *ſoccos, tunicam, pallium*
Tibi dabō. EP. *quid deinde porro* ‖? PE. *libertatem*——
quibus adde Rud. Prol. 25.
Nihil ei (i. e. Iovi) acceptum eſt a periuris SUPPLICI.

7 3 *Ut*

Nihil eſt quod malim, quăm illam totam ‖ familiam ‹ darĭ = mihi obviam,
Ut ego ′ iram hanc in eos evomam omnem ‖, dum aegritudo haec eſt recens:
2 Sa′tis mihi id habeam ſupplicii, ‖ dŭm illos ulciſcar modo.
Seni animam primum extinguerem ipſi ‖, quĭ illud produxit ſcelus:
Tum autem Syrum inpulſorem, vah, quibus ‖ illum lacerarem modis?
Sublimem medium primum arriperem, & ‖ capite in terram ſtatuerem,
I. d. a. 3 Ut cerebro diſpergat viam:
T. t. c. Aduleſcenti ipſi eriperem oculos ‖: poſthaec praecipitem darem.
Ceteros ruerem, agerem, raperem ‖, tunderem, & proſternerem.
I. t. a. Set ceſſo eram hoc malo inpertiri ‖ propere. so. revocemus. Geta.
GE. Hem, quiſquis es, ſine me =. so. ego ſum Soſtrata ‖. GE. ubi eaſt? te ipſam quaerito:
T. t. c. Te exſpecto: oppido opportune ‖ te obtuliſti mihi obviam
Era. so. quid eſt? quid trepidas? GE. ei mihi ‖. so. quid feſtinas mi Geta?
Animam recipe. GE. prorſus. so. quid ĭſtuc ‖ prorſus ergoſt? GE. periimus:
I. t. a. Actumſt. so. eloquere ergo obſecrō te ‖ quid ſit. GE. iam. so. quid iam Geta?

GE. Ae-

NOTAE.

3 *Ut cerebro diſpergat viam.*] Dicitur & *diſpergere cerebrum*. V. II. 7 *An tibi iam mavis cerebrum diſpergam hic*? latet vero in his verbis grave mendum, ſi T. Fabro credimus; *omnino*, inquit, *ſcribendum eſt*, DISPERGERET, *quod ratio temporum docet*. patri filia pro more ſuccinit. miror autem verſus rationem virum doctiſſimum ab iſta emendatione non inhibuiſſe. ille quidem verſum ſuſtentari velit legendo *Cerebro ut* pro *Ut cerebro*, contra omnium codicum fidem, & peſſimo numero, cum pes penultimus ſpondeus eſſe deberet. & niſi plurimum fallor, tempus inſtans longe melius exprimit animum iracundia exardentem & vindictae avidum, cui mora omnis odio eſt, quique velit iam nunc Syri cerebro diſpergi viam. eiuſmodi autem conſtructionis exemplum eſt in Plauti Rud. I. II. 40.

——— *in fanum Veneris qui mulierculas*
Duas ſecum adduxit, quique adornaret ſibi,
Ut rem divinam FACIAT *aut hodie aut heri.*

T. t. c. GE. Aeſchinus. SO. quid is ergo? GE. alienus ‖ eſt ab noſtra familia. SO. hem,
Perii. quare? GE. amare occepit ‖ aliam. SO. vae miſerae mihi.
GE. Neque id occulte fert, ab lenone ‖ ipſus eripuit palam.
SO. Satin hoc certumſt? GE. certum: hiſce oculis ‖ egomet vidi Soſtrata. SO. ah,
I. t. a. Me′ miſeram, quid credas iăm? aut cui ‖ credas? noſtrum ne Aeſchinum?
Noſtram vitam omnium, in quo noſtrae ‖ ſpes, opeſque omnes ſitae
Erănt′: qui ſine hac iurabat ſe unum ‖ numquam victurum diem:
Qui′ ſe in ſui gremio poſiturum ‖ puerum dicebat patris;
Ita obſecraturum, ut liceret ‖ hunc ſibi ŭxorem ducere.
GE. Era′, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc ‖ rem opus eſt, porro proſpice.
Pati′amur ne an narremus cuipi‖ām? [1] CA. au, mĭ homo ſanŭs ne es?
An hŏc′ proferendum tibi videtur [2] ĕſſe ‖ uſquam? GE. mihi quidĕm = non placet.
Iam primum illum alieno animo a nobis ‖ eſſe, res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palam proferimus, ille in‖fitias ibit, ſat ſcio;
Tua fama & gnatae vita in dubium ‖ veniet. tum ſi maxime
Fateatur, cŭm amet aliam, non eſt ‖ utile hanc illi dari.

Qua-

NOTAE.

1 *Au mi homo.*] Cod. Dun. & alii nonnulli *au* geminant, verſus, opinor, gratia, ſed nullum iſtius geminationis in Terentio exemplum, nec ad verſum ſuſtentandum ea opus eſt, qui conſtat non elidendo ultimam in *cuipiam*.

2 *Eſſe uſquam.*] Sic omnes fere codd. praeter Bemb. in quo eſt *uſquam eſſe*, quem ſecutus eſt Faern.

3 *Getá, ex-.*] Faern. *ex* ſequenti verſui appoſuit, ſed in hunc reiiciendum eſſe diſerte dicit; & recte, ſi ſequentia ſana ſunt.

4 *Accedo, ut melius dicas.*] Nihil hic interpretes, quod ſatisfacit. nec codd. quicquam iuvant. Donati verba in duabus antiquiſſimis editionibus ſunt haec. *Accedo, ut melius dicas.* i. e. *ut conſentiam veluti melius potens ſis dicere.* ex quibus licet manifeſto corruptis, apparet eum legiſſe *accedo*; in qua tamen voce mendum latere vehementer ſuſpicor, & fortaſſe in ceteris. iſte certe meus eſt ſtupor, ut etſi centies haec verba relegerim, ſenſum ex iis commodum nequeam elicere. *Accedo* ſic ſeorſum poſitum nuſquam comperio valere idem quod *aſſentio*. nec *accedo, ut*, Latine dici poſſe videtur, niſi oratio ſit elliptica, & ſubintelligatur *orans* vel *obſecrans*. nec placet iſta τὸ *experiar* in tres quodammodo partes diſtractio, quam tamen praeſens lectio neceſſariam facit.

Quapropter quoquo pacto tacitoſt ‖ opus. so. ah, minime gentium:
Non faciam. GE. quid ages? so. proferam. GE. hem, mea ‖ Soſtrata, vide quam rem agas.
so. Peiore res loco non potis eſt ‖ eſſe, quam in quo nunc ſitaſt.
*m. Primum indotata eſt: tum praeterea ‖, quae ſecunda * ei dos erat,
Peri'it: pro virgine dari nuptum ‖ non poteſt. hoc relliquum eſt,
Si infitias ibit, teſtis mecum eſt ‖ anulus, quem amiſerat.
Poſtremo quando ego conſci-a mihi ſum ‖, a me culpam eſſe hanc procul,
Neque' pretium, neque rem ullam interceſſiſſe ‖, illa aut me indignam, 3 Geta, experi'ar. GE. quid ĭſtic? 4 accedo ut melius ‖ dicas. so. tu quantum potes
5 Abi, ătque' Hegioni cognato huius ‖, rem enarrato omnem ordine:
*m. Nam is noſtro Simulo * fuit ſummus ‖; & nos coluit maxume.
GE. Nam hercle alius nemo reſpicit nos ‖. so. propera tu, mea Canthara,
Curre: obſtetricem accerſe: ut cum opŭs ſit ‖, ne in mora nobis ſiet.

SCAENA

NOTAE.

facit. haec faciunt ut locum in mendo eſſe non dubitem; ſed quomodo reſtituendus ſit, de eo mihi quidem non conſtat. aliquando putavi hoc modo refingi poſſe. GE. *quid iſtic?* SO. *accede.* GE. *ut melius dicas.* ita ut *quid iſtic* ſit diſſentientis, & geſtu ſuo abiturum ſe minitantis, iuxta illud Donati, *quid hic reſiſtam?* ad haec Soſtrata *accede*, inquit, revocans; cui Geta ſe acceſſurum dicit ea lege, *ut melius dicat.* Soſtrata ad haec Getae nihil reſpondens, pergit id dicere quod coeperat, *tu quantum potes*, &c. ſed haec lectio verſum nihil adiuvabit, nec ſane neceſſe eſt ut adiuvetur; ſed ceteris paribus ea lectio melior fuerit, qua & numeris quoque conſultum erit; quod fiet, ſi hoc modo legamus. *Ex-periar.* GE. *quid ĭſtic, cedo? ut eum in ius* ‖ *ducas?* num vis Aeſchinum lege cogere ut ducat Pamphilam? quod conſilium Getae neutiquam placet, cum ineptum & inſanum putet cum tam potente familia litigare. ſed fruſtra lectorem in iis detineo, quae nec mihi ipſi ſatisfaciunt.

5 *Abi, ătque Hegioni.*] Poſſis verſum dimetiri *Hegioni* in triſyllabum contrahendo, ſed cum nullam in pronuntiando *ac*, vel *atque* ſequente vocali, moram facere oporteat, altera ratio, quam ſecutus ſum, longe praeſtat. corripere licere multis exemplis oſtendi poteſt. unum clarum certumque e Plauto afferre ſatis ſit. Pſeud. I. IV. 13.

ATQUE *ego' huic iam pridem me daturum dixeram.*

SCAENA III.

DEMEA. SYRUS.

DEMEA.

I. tr. DISPERII: Cteſiphonem audivi filium
Una fuiſſe in raptione cum Aeſchino.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
*m. Qui ali'cui * rei eſt, etiam eum ad nequitiem adducere.
Ubi ego' illum quaeram? credo abductum in ganeum
Aliquo: perſuaſit ille inpurus, ſat ſcio.
Set ĕc'cum Syrum ire video: hinc ſcibo iam, ubi ſiet.
Atque hercle hic de grege illo eſt: ſi me ſenſerit
* m. * Eum' quaeritare, numquam dicet carnufex.
Non oſtendam id me velle. SY. omnem rem modo ſeni,
Quo pacto haberet, enarramus ordine.
Nihil quicquam vidi laetius. DE. pro Iuppiter,
Hominis ſtultitiam. SY. conlaudavit filium:
Mihi', qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
DE. Diſrumpor. SY. argentum adnumeravit ilico:
Dedit praeterea in ſumptum dimidium minae:
Id diſtributum ſane eſt ex ſententia. DE. hem,
1 Huic mandes, ſiquid recte curatum velis.
SY. Ehĕm' Demea, haut aſpexeram te: quid agitur?
DE. Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. SY. eſt hercle inepta, ne dicam 2 dolo, atque
Abſurda. piſcis ceteros purga Dromo:
Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere
Tantiſper: ubi ego rediero, exoſſabitur;

Priŭs

NOTAE.

1 *Huic mandes.*] Eodem verſu uſus eſt Terentius etiam in Phorm. IV. IV. 8. eſt vero deſumptus e Plauti Aſin. I. I. 107.

Eidem homini, ſi quid recte curatum velis,
Mandes.

quod & alias ſaepe fecit Terentius, ut prolixe oſtendit Pareus in *Imitatione Terentiana*, quam Plauto ſuo attexuit.

2 *Dolo atque.*] *Atque* Faern. ſequenti verſui attexuit.

3 *Haecin.*] Faern. *haecine.* & ſic v. 36. & 54.

4 *Illum tu tuum.*] In textu Faerni eſt *tu illum tuum.* ſed plane contra mentem eius, qui in notis diſerte dicit *tu* addendum

Priŭs ′ nolo. DE. 3 haecin flagitia ? SY. mihi quidĕm non placent:
Et clamo ſaepe. falſamenta haec Stephanio
Fac macerentur pulchre. DE. di voſtram fidem,
Utrum ſtudio ne id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum ? vae miſero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. SY. o Demea,
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modoſt
Videre, ſet etiam illa quae futura ſunt,
Proſpicere. DE. quid ? ĭſtaec iam penes vos pſaltria eſt?
SY. Ellam intus-. DE. eho, ăn domi = eſt habiturus ? SY. credo: ut eſt
Dementia. DE. haecin fieri. SY. inepta lenitas
Patris′, & facilitas prava. DE. fratris me quidem
Pudet, pigetque. SY. nimium inter vos Demea, ac
Non quia ades praeſens dico hoc, pernimium intereſt.
Tu, quantus quantus, nihil ni-ſi ſapientia es:
Ille′, ſomnium. ſineres vero 4 illum tu tuum
Facere′ haec? DE. ſinerem illum? aut non ſex totis menſibus
Prius olfeciſſem, quăm ille quicquam coeperet ?
*m. SY. Vigilantiam * tuam tu mihi narras? DE. ſic ſiet
Modo, ŭt′ nunc eſt, quaeſo. SY. ut quiſque ſuum volt = eſſe, itaſt.
*m. DE. Quid, eum vidiſtin hodie ? SY. * tuum ne filium?
Abigam′ hunc rus: iamdudum aliquid ruri agere arbitror.
DE. Satĭn′ ſcis ibi eſſe? SY. 5 oh, quem egomet produxi. DE. optumeſt.

Metui

NOTAE.

dum eſſe poſt *illum*, non poſt *vero*, ut codd. recentiores.

5 Oh quem egomet.] Codd. hic mire variant. *qui*, *quin*, *quia*, *quem*. Editores alii praetulerunt *qui*, alii cum Donato *quem*, quia eorum utrumvis cum verſu ſtare poſſe viderent, repudiato *quin* ut verſui incommodo; neſcientes ſcilicet primam in *eſſe* poſſe corripi. mihi vero videtur *quin* vera eſſe lectio, & *qui* in Bemb. Baſil. Dun. aliis, pro *quin* poni, vel *n* omiſſa, vel lineola quae *n* denotaret, evanida facta. & ſic etiam a Nonio citatur in *producere*.

Metui ne haereret hic. SY. atque iratum admodum
DE. Quid autem? SY. adortus iurgio fratrem = apŭt forum
* m. De pſaltria ĭſtac. DE. * ain = vero? SY. vah, nihil reticuit.
Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit
Homo' de inproviſo: coepit clamare, o Aeſchine,
Haecin flagitia = facere te? haec te admittere
Indigna genere noſtro? DE. oh, lacrumo gaudio.
SY. Non tu hoc argentum perdis, ſet vitam tuam.
DE. Salvos ſit; ſpero eſt ſimilis maiorum ſuum. SY. hui.
DE. Syre, praeceptorum plenus iſtorum ille. SY. phy.
Domi habuit unde diſceret. DE. fit ſedulo:
Nihil' praetermitto: conſuefacio: denique,
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Iubeo': atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. SY. recte ſane. DE. hoc fugito. SY. callide.
DE. Hoc laudi eſt. SY. iſtaec res eſt. DE. hoc vitio datur.
SY. Probiſſume. DE. porro autem. SY. non hercle otiumſt
Nunc mihi auſcultandi. piſcis ex ſententia
Nactus ſum: hi mihi ne corrumpantur, cautioſt:
Nam id nobis tam flagitiumſt, quăm ĭlla Demea,
Non facere vobis, quae modo dixti: & quod queo,
Conſervis ad eundem iſtunc praecipio modum:
Hoc ſalſumſt, hoc aduſtumſt, hoc lautumſt parum:
Illud recte: iterum ſic memento: ſedulo
Moneō, quae poſſum pro mea ſapientia:
Poſtremo, tanquam in ſpeculum, in patinas, Demea,
Inſpicere iubeo, & moneo quid facto usŭs ſit.
Inepta haec eſſe, nos quae facimus, ſentio:
Verum quid facias? ut homoſt, ita morem geras.
Numquid vis? DE. mentem vobis meliorem dari.
SY. Tu rus hinc ibis? DE. recta. SY. nam quid tu hic agas,
Ubi, ſiquid bene praecipias, nemo obtemperet?
DE. Ego

NOTAE.

1 *Is hercl*ĕ*ſt: vah.*] Si per codd. liceret, legerem, *is* ĕ*ſt hercle: vah*, ut IV. II. 39.

——*verum hercle; vah.*

2 *Vah, vivere etiam.*] Vel *vah* extra verſum

DE. Ego′ vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet.
Quando ita volt frater, dĕ ĭſtoc ipſe viderit.
Set′ quis ĭllic eſt, quem video procul? eſt ne Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatĭs cerno, [1] is hercle ĕſt: vah,
Homo a′micus nobis iam inde a puero: di boni,
Nĕ ĭl′lĭŭſmodi iam nobis magna civium
Paenuriaſt. homo ăntiqua virtute ac fide.
Haut citŏ mali quid ortum ex hoc ſit publice.
Quam gaudeo ubi etiam = huius generis reliquias
Reſtare video. [2] vah, vivere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem & conloquar.

SCAENA IV.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

HEGIO.

I. tr. PRO′ dĭ ĭnmortales, facinus indignum Geta:
Quid narras? GE. ſic eſt factum. HE. ex illan familia
Tam in′liberale facinus eſſe ortum? o Aeſchine
Pol haut paternum iſtuc dediſti. DE. videlicet
De pſaltria hac audivit: id ĭlli nunc dolet
Alieno. pater is nihili pendit: ei mihi,
Utinam hic prope adĕſſet alicubi, atque audiret haec.
HE. Niſi′ facient quăe ĭllos aequomſt, haut ſic auferent.
GE. In te ſpes omnis Hegiō nobis ſita eſt:
Te ſolum habemus: tŭ ĕs patronus, tu pater:
Ille tibī moriens nos commendavit ſenex.
Si deſeris tu, [3] periimus. HE. cavĕ dixeris:
Neque faciam, neque me ſatĭs pie poſſe arbitror.
DE. Adibo. ſalvere Hegionem plurimum
Iubeo.

NOTAE.

verſum eſt, ſicut videtur eſſe etiam Heaut. IV. VIII. 16. vel *vivere* in diſ. contrahendum eſt extrito medio *e*.

3 *Periimus.*] Faern. *perimus.*

Iubeo. HE. oh, te quaerebam ipſum. ſalve Demea.
DE. Quid autem? HE. maior filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni,
Neque liberalis functus officium eſt viri.
DE. Quid ĭs'tuc eſt? HE. noſtrum amicum noras? Simulum, atque
Aequalem? DE. quid ni? HE. filiam eius virginem
Vitiavit. DE. hem. HE. manĕ, nondum audiſti Demea,
Quod eſt graviſſimum. DE. an quicquam eſt etiam amplius?
HE. Vero' ampliŭs: nam hoc qui-dem ferundum aliquo modoſt:
Perſuaſit nox, amor, vinum, aduleſcentia:
Humanumſt. ubi ſcit factum, ad matrem virginis
Venit' ipſus ultro, lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, iurans sĕ illam ducturum domum.
Ignotumſt; tacitumſt; creditumſt. virgo ex eo
Conpreſſu gravida facta eſt; menſis hĭc = decimus eſt:
Ille' bonŭs vir nobis pſaltriam, ſi dis placet,
Paravit, quicum vivat: illam deſerat.
DE. Pro certon tŭ ĭſtaec dicis? HE. mater virginis
In medioſt; ipſa virgo: res ipſa. hic Geta
Praeterea, ut captus eſt ſervorum, non malus
Neque iners, alit illas; ſolus omnem familiam
Suſtentat. hunc abduce, vinci, quaere rem.
GE. Immo hercle extorque, niſi ita factumſt Demea:
Poſtremo non negabit; coram ipſum cedo.
DE. Pudet: nec, quid agam, neque quid huic reſpondeam
Sciō. PA. miſeram me, differor doloribus.
Iunō Lucina fer opem: ſerva me obſecro. HE. hem,
Numnam illa quaeſo parturit? GE. certe Hegio. HE. hem,
Illaec fidem nunc voſtram inplorat Demea:

Quod

NOTAE.

1 *Simulum, atque.*] *Atque* Faern. ſequenti verſui adiunxit.

2 *Vis cogit.*] Alii *ius.* haec autem verba pari ductu literarum conſtantia, in MSS tam ſimilia ſunt, ut vix internoſci queant. Donatus quidem videtur legiſſe *vis*, ut oſtendit Faernus; ſed nequeo diſſimulare, mihi alteram lectionem multo magis arridere, ſive rem, ſive aequum Hegionis animum ſpectes. *Vis* & figurata, & dura vox eſt, quali in congreſſus principio vir, qui & bonus, & amicus, uti

Quod vos [2] vis cogit, id voluntate impetret.
*m. Haec primum ut fiant, * deos quaeſo, ut vobis decet.
Sin aliter animus veſter eſt, ego Demea
Summa vi defendam hanc, atque illum mortuum.
Cognatus mihi erat: una a pueris parvolis
[3] Sumus educti: una ſemper militiae, & domi
Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
Animam relinquam potius quăm illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? DE. fratrem conveniam Hegio:
Is, quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.
HE. Set Demea hoc tu facito cum animo cogites,
Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxume
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos aequo animo aequa noſcere
Oportet, ſi vos voltis perhiberi probos.
DE. Redito: fient, quae fieri aequomſt, omnia.
HE. Decet te facere: Geta, duc me intro ad Soſtratam.
DE. Non me indicente [4] haec fiunt: utinam hic ſit modo
Defunctum: verum nimia illaec licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram fratrem, [5] ut in eum haec evomam.

SCAENA V.

HEGIO.

l. tr. BONO animo fac ſis Soſtrata; & iſtam, quod potes,
Fac conſolere. ego Micionem -, ſi apŭt forumſt,
Conveniam; atque, ut res geſtaſt, narrabo ordine:

[1] Si

NOTAE.

voluiſſe haud facile cenſendus eſt.

3 *Sumus educti.*] Faern. *educati*, codices ſecutus, ſed verſus non patitur, quod ipſe vidit. eodem modo librarii errarunt in hac voce, Eun. I. II. 37.

4 *Haec fiunt.*] Sic omnes codd. praeter Bemb. qui, *fient*. quem ſequitur Faern. invitus tamen. vid. eius notas.

5 *Ut in eum haec evomam.*] Sic Hec. III. V. 65.

Atque' in eam hoc omne, quod mihi aegre eſt, EVOMAM.

1 Sĭ' eſt, facturus ut ſit officium ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt ĕiŭs ſententia,
Reſpondeat mihi: ut, quid agam, quam primum ſciam.

ACTUS IV. SCAENA I.

CTESIPHO. SYRUS.

CTESIPHO.

*m. T. t. a. * AIN patrem hinc abiſſe rus? SY. iam dudum. CT. dic ſo=des. SY. apŭd villamſt.
T. t. c. Nunc cum maxume operis aliquid facere credo. CT. utinam quidem,
I. t. a. Quod' cum ſalute eĭŭs fiat, ita ſe defetigarit velim,
Ut triduo hoc perpetuo prorſum e lecto nequeat ſurgere.
SY. Ita' fiat -, & ĭſtŏc ſi quid potis eſt recti-us. CT. ita: nam hunc diem
Miſere nimĭs cupio, ut = coepi, perpetuum in laetitia degere.
T. t. a. Et ĭllud rus nulla alia cauſa tam male odi=, niſi qui-a propeſt:
T. d. c. Quod ſi abeſſet longius,
T. t. a. Priŭs nox oppreſſiſſet illic, quam huc reverti poſſet iterum.
T. t. c. Nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio:
Rogitabit me, ubi = fuerim: 2 quem ego hodie toto non vidi die:
I. t. a. Quid dicam? SY. 3 nihil ne in mentem? CT. numquam quicquam. SY. tanto nequior.
Cliens, amicus, hoſpes, nemoſt vobis? CT. ſunt. quid poſtea? SY. Hiſce

NOTAE.

1 *Sĭ eſt, facturus ut ſit.*] Sic Hec. IV. I. 43.
——— *sĭ eſt, ut dicat velle ſe.*
& III. V. 51.
Si eſt, ut velit reducere uxorem, licet.
ſed hic forte ante *ſi* excidit &, qui facilis lapſus, cum *ordine* praecedat.

2 *Quem ego hodie.*] Eſt anapaeſtus, *hodie* in diſ. contracto: vel ordine verborum inverſo legendum eſt, *quem ego toto hodie*, quod malim.

3 *Nihil ne in mentem?*] Cod. Bemb. *in*

SY. Hiſce' opera ut data ſit. CT. quae non data ſit"? non poteſt fieri. SY. poteſt.

CT. Interdiu: ſet ſi hic pernocto", cauſae quid dicam Syre?

SY. Vah, quam vellem etiam noctu amicis " operam mos eſſet dari.

Quin tu otioſus es: ego illĭus " ſenſum pulchre calleo.

Cum fervit maxume, tam placidum " quăm ovem reddo. CT. quo modo?

SY. Laudarier te audit libenter " : facio te aput illum Deum:

Virtutes narro. CT. meas? SY. tuas: homini " ilico lacrumae cadunt,

Quaſi' puero, gaudio. em tibi autem". CT. quid nam eſt? SY. lupus in fabula.

T. t. c. CT. 4 Pater eſt? SY. ipſuſt. CT. Syre, quid agimus"? SY. fuge modo intro, ego videro.

I. t. a. CT. Si' quid rogabit, nuſquam tu me: au"diſtin? SY. potin ut deſinas?

SCAENA II.

DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.

DEMEA.

T. t. h. 5 Nĕ ego homō ſum infelix. primum " fratrem nuſquam invenio gentium:

T. t. c. Praeterea autem, dŭm illum quaero, a " villa mercenarium

Vidi: is filium negat eſſe ruri": nec quid agam ſcio.

CT. Syre. SY. quid eſt? CT. men quaerit? SY. verum". CT. perii. SY. quin tu animo bono es.

DE.

NOTAE.

in mentem eſt. ſed Donatus, quod obſervavit Faern. videtur legiſſe *in mentem* abſque *eſt*, ita ut ſubaudiatur *venit*. ut Heaut. V. II. 33.

----ego dicam, quod mihi in mentem.

4 *Pater eſt.*] Tres codd. Pall. & quidam alii, *Paterne eſt?* qua lectione admiſſa verſus erit par ceteris.

5 *Nĕ ego homo.*] Verſ. T. t. hyp. vid. And. III. II. 29. Eun. IV. I. 11. Heaut. III. III. 35.

I. t. a. DE. [1] Quid' hoc, malum, infelicitatis ‖? nequeo ſatis decernere: 5
*m. T. t. c. Niſi me credo huic eſſe natum ‖ * rei, ferundis miſeriis.
Primus ſentiō mala noſtra ‖: primus reſciſco omnia:
Primus porro obnuntio: aegre ‖ ſolus, ſiquid ſit, fero.
* m. SY. Rideo hunc: primum * ait ſe ſcire: is ‖ ſolus neſcit omnia.
DE. Nunc redeō: ſi forte frater ‖ redierit visō. CT. Syre, 10
Obſecrō, vidĕ ne ille huc prorſus ‖ ſe inru-at. SY. [2] etiam taces?
Ego cavebo. CT. numquam hercle hodie ego ‖ iſtuc committam tibi:
Nam me iam in cellam aliquam cŭm illa ‖ concludam: id tutiſſimumſt.
SY. Age, tamen ego hunc amovebo ‖. DE. ſet ĕccum ſceleratum Syrum.
SY. Non hercle hic quidem durare ‖ quiſquam, ſi ſic fit, poteſt. 15
Scire equidem volō, quot mihi ſint ‖ domini: quae haec eſt miſeria?
DE. [3] Quid ille gannit? quid volt? quid ais ‖ bone vir? eſt frater domi?
SY. Quid, malum, bone vir mihi narras ‖? equidem perii. DE. quid tibi eſt?
SY. Rogitas? Cteſiphō me pugnis ‖ miſerum, & iſtam pſaltriam
Uſque occidit. DE. hem, quid narras ‖? SY. em, vide ŭt diſcidit labrum. 20
*m. DE. Quamobrem. SY. me inpulſore hanc emptam eſſe ‖ * ait. DE.
†m. non tu † eum rus hinc modo

Pro-

NOTAE.

1 *Quid hoc, malum.*] Verſus erit T. t. c. ut ceteri, ſi *hoc* corripias; ſed potius puto, ut mora fiat in *hoc*, atque adeo ut producatur.

2 *Etiam taces?*] i. e. *quin taces?* ſic Heaut. II. II. 6. *etiam caves?* & ſic ſaepe alias.

3 *Quid ille gannit?*] Sic codd. fere omnes, & Donatus, qui dicit *gannitum eſſe proprie veluti ploratum vapulantium*, ſed neſcio quo auctore; nec locus ſatis ſanus videtur, cum *proprie* & *veluti* non bene cohaereant. Varro l. 6. de l. l. ait ab animalibus tranſlatum eſſe ad homines, laudatque hunc verſum Plauti ex Comoedia quadam deperdita.

Gannit odioſus omni toti familiae.

ubi Scaliger legi vult *oggannit*, ſed invito verſu, ſi eſt I. tr. ſed ad cuiuſmodi affectum exprimendum adhibebatur, non dicitur. Feſto *Gannitio* eſt *canum querula murmuratio*, ſcil. geſtientium, ſi Lucretio credimus; ſic enim ille de canibus, l. 5. ——*gannitu vocis adulant.*

nec

*dif. Produxe * aiebas? SY. factum: verum ‖ venit poſt inſaniens:
Nihil pepercit. non puduiſſe ‖ verberare hominem ſenem,
Quem ego modō puerum tantillum in ‖ manibus geſtavi meis?
DE. Laudo Cteſiphō: patriſſas ‖: abĭ, virum te iudico.
SY. Laudas? nĕ ĭlle continebit ‖ poſthac, ſi ſapiet, manus.
DE. Fortiter. SY. perquam, quia miſeram ‖ mulierem, & me ſervolum,
Qui referire non audebam ‖, vicit: hui, perfortiter.
*m. DE. Non potuit meli=us. idem quod ego ‖ ſentit, te eſſe huic * rei caput.
4 Set ĕſt ne frater = intus? SY. non eſt ‖. DE. ubi ĭllum quaeram, cogito.
SY. Scio ubi ſit, verum hodie numquam ‖ monſtrabo. DE. hem,
*m. quid * ais? SY. ita.
DE. Diminuetur tibi quidem iam ‖ cerebrum. SY. at nomen neſcio
Illĭus hominis, ſet locum novi ‖ ubi ſit. DE. dic ergō locum.
*dif. SY. Noſtin porticum apŭt macellum hanc ‖ * deorſum? DE. quid ni noverim?
SY. Praeterito hac recta platea ‖ ſurſūm -: ubi eo veneris,
*dif. Clivos * deorſum vorſus eſt; hac ‖ praecipitato: poſtea
Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi ‖ angiportum propter eſt.
DE. Quonam? SY. ĭllĭc - ubi eti=am caprificus ‖ magna eſt. DE. novi. SY. hac pergito.
DE. Id quidem angiportum non eſt ‖ pervium. SY. verum hercle; vah,

Cenſen

NOTAE.

nec alio trahi poteſt, ſi recte deducatur a γάνυσθαι, quod Homero ſemper eſt *gaudere*. vox nuſquam occurrit alias apud Terentium, nec in Plauto praeter locum a Varrone laudatum. *oggannіat* quidem habetur in Phorm. V. IX. 41.

Habet haec ēi, quod dum vivat ‖, *uſque ad aurem* OGGANNIAT.

ſed non inde ſenſus verbi ſimplicis ſatis certo deduci poteſt. haec facerent ut ſuſpicarer pro *gannit* legendum eſſe *garrit*, quae vox Terentio frequens, niſi nimium vero abſimile videretur, ut librarii per incuriam vocem raram & inuſitatam loco notae, & quae ſit in frequenti uſu, ponerent. re igitur perpenſa accedo Gloſſario, iuxta quod *gannire* eſt γαύζειν, murmurare inſtar canum. unde cum odio & contemptu a Demea traductum arbitror de Syri ficta eiulatione uſurpari.

4 *Sed ĕſtne frater.*] *Eſtne* corripitur hic, ut Eun. V. V. 4.

Sed ĕſtne' ille noſter?

Cenſen hominem me eſſe? erravi: in ||porticum rurſum redi:
Sane hac multo propius ibis||, & minor eſt erratio.
Scin Cratini hŭĭus ditis aedes||? DE. ſcio. SY. ubi e-as prae-terieris,
Ad ſiniſtram hac recta plateā||; ubi ăd Dianae veneris,
Ito ad dextram: priŭs quam ad portam || venias, aput ipſum lacum.
Eſt piſtrilla, & ex advorſum | fabrica: ibi eſt. DE. quid = ibi facit?
SY. [1] Lectulos in ſole ilignis | pedibus faciundos dedit.
DE. Ubi potetis vos: bene ſane|. ſet ceſſo ad eum pergere.
SY. I ſane: ego te exercebo hodie, ut || dignus es, [2] ſilicernium.
Aeſchi-nus odioſe ceſſat|: prandium corrumpitur:
Cteſipho autem in amore eſt totus|. ego iam proſpiciam mihi:
Nam iam adibo, atque unum quidquid|, [3] quod quidem erit belliſſimum,
Carpam: & cyathos [4] ſorbilans pau|latim hunc producam diem.

SCAENA

NOTAE.

1 *Lectulos in ſole.*] Haerent hic interpretes. Turnebus, aliique eum ſecuti, cenſent *lectulos in ſole* eſſe, in quibus ſenes qui ſole gaudent apricarentur. *Lectuli* igitur *in ſole* oppoſite dicuntur *lectulis in umbra.* ſed quae haec Latinitas? qui unquam vel veterum vel etiam recentiorum ita locutus eſt? melius opinor Donatus, qui cenſet haec, *lectulos*, *in ſole*, *ilignis*, ſingillatim Syro proferri, cum de ſubito reſpondendumerat adea quae minime opinabatur quaeſiturum ſenem. verba Donati ſunt: " repente interrogatus quod minime " opinabatur quaeſiturum ſenem, arri- " puit ſtatim *lectulos:* & quia ſenex po- " tuit dicere, mentiris, nam habet lectu- " los; addit extempore, *in ſole:* & ne " eos quoque habere diceret, addidit, *i-* " *lignis pedibus faciundos.* ſed hoc geſtu " actoris adiutum eſt, quaſi eodem tem- " pore ſervus & quaerat quid dicat, & " reſpondeat. in urbe nempe convivium " aut in ſole aut in umbra, pro conditi- " one temporis, inſtruebatur." Haec Donatus, quibus melius nihil habeo, quod afferam. erat quidem cum *in ſole* cum *faciundos* potius iungi oportere putarem, Syrumque dicere voluiſſe, locum quendam apricum & ſoli multo patentem lectulis faciendis Micionem delegiſſe, ut hoc pacto ligna probe exſiccarentur, atque ea de cauſa ad fabrum tam longe a domo profectum eſſe: vel verba forte in mendo eſſe, & pro *in ſole* legi debere, *ut ſolet*, ut I. I. 54. ——*credo, iam ut ſolet, jurgabit.* ſed neutrum placet, nec magis quod ad hunc locum attulit vir doctiſs. J. Clericus in Arte Critica. III. I. VI. qui pro *in ſole ilignis* legendum cenſet, *illic ſaligNis*, quamvis nihil a Micionis conſuetudine magis alienum, cum ipſe agnoſcat pauperiores ſolum eo ligno in lectos uti ſolere.

2 *Silicernium.*] Semel tantum apud Teren-

SCAENA III.

MICIO. HEGIO.

MICIO.

I. t. a. EGO in' hac re nihil reperio, quamobrem ' lauder tantopere Hegio.
5 Meum ŏf'ficium facio: quod peccatum a ' nobis ortumſt, corrigo.
Niſi' ſi me in illo credidiſti eſſe " hominum numero -, qui ita putant:
Sibi' fieri iniuriam ultro ſi quam " fecere ipſi, expoſtules,
Et ultro accuſant. id quia non eſt " a me factum, agĭs gratias. 5
HE. Ah, minime: numquam te aliter atque es ', in animum induxi meum.
Set quaeſo ut una mecum ad matrem " virgi-nis eas Micio,
Atque iſtaec eadem, quae mihi dixti ", tute dicas mulieri;
Suſpicionem hanc propter fratrem eĭus " eſſe, & illam pſaltriam.
MI. Si ita' aequom cenſes, aut ita opus eſt " facto, eamus. HE. bene facis: 10
T. t. c. 6 Näm & illi - animum = iam relevabis ", quae dolore ac miſeria Tabeſcit:

NOTAE.

Terentium occurrit, nuſquam apud Plautum. iuxta Nonium, *eſt proprie convivium funebre, quod ſenibus exhibetur.* inde ſenes ipſi *ſilicernia* dicti; ut digni quibus *ſilicernium* fiat, vel qui ad ſilicernium vocentur.

3 *Quod quidem erit belliſſimum.*] Metrum poſſit hoc etiam modo in pedes dividi, *quod quidem e-rit bel* = ſed altera dividendi ratio longe melior, & ſermoni aptior, ultima in *erit* correpta, ut II. I. 26.

Reſponde. AE. *ante aedes non feciſſe erit* " *melius hic convicium.*

& ſaepe alias.

4 *Sorbilans.*] Faern. *ſorbillans.* cum *l* ſimplici verba huius formae antiquitus ſcribebant. ab hoc autem verbo, *ſorbilum* in Plauti Poen. I. II. 185.

——— *victitandum ſorbilo.*

5 *Meum officium.*] Poſſit etiam *meum* pro monoſyllabo haberi, & ſic v. 12. *tuo.*

6 *Nam & illi animum iam relevabis.*] Cum ceteri verſus huius ſcaenae ſint omnes I. t. a. vix putem hunc fuiſſe alterius generis; quod facit ut ſuſpicer aliquid excidiſſe. legendum forte *nam* & ILLIUS, vel *illi* TU, *animum iam relevabis.* mihi quidem non placet illud *iam*, quod non agnoſcit Donatus, licet codices omnes occuparit; & neſcio an alterius vocis locum quae ſpondeo vel anapaeſto par erat obtinuerit, aut alieno loco poſita ſit, & totus verſus hoc modo reſtituendus ſit,

Năm & ' illi animum relevabis, quae IAM " PRAE *dolore ac miſeria.*

ſed fateor me deſiderare exemplum, quo dicitur, *tabeſco prae.* ſi *iam* tollatur, quod forte τὸ *nam* eſt varia lectio, non incommode legi poſſit vel *nam* SIC & *illi*, vel *năm* & ILICO *illi.*

I. t. a. Tabeſcit: & tuo ŏfficio fueris ‖ functus. ſet ſi aliter putas,
Ego'met narrabo quae mihi dixti ‖. MI. immo ego ibo. HE. bene facis:
Om'nes, quibŭs res ſunt minŭs ſecundae ‖, magĭs ſunt neſcio quo modo
Suſpicioſi: ad contumeliam ‖ omnia accipiunt magis.
Propter ſuam inpotentiam ſe ‖ ſemper credunt ¹ calvier.
Quapropter te ipſum purgare ipſi ‖ coram, placabilius eſt.
MI. Et recte, & verum dicis. HE. ſequere ‖ me ergo hac intro. MI. maxume.

SCAENA IV.

AESCHINUS.

I. m. h. Bacch. ² DISCRUCIOR animi;
Hocine de in-proviſo = mali mihi ob-ici tantum,
Ut neque quid - me faciam =, neque quid agam - certum ſiet?
Membra metu - debilia sŭnt =: animŭs timo-re obſtipuit:
Pectore con-ſiſtere nihil = conſilii - quit. vah, quo
Modō mē - ex hac ex=pediam tur-ba tanta?
Nunc ſuſpi-cio de me in=cidit: neque ea - inmerito:

So-

NOTAE.

1 *Calvier.*] Codices omnes, praeter Bembinum, *negligi*. & ſic Donatus, qui tamen annotat, legi etiam *claudere*. in aliis Donati editionibus additur, & *claudicare*; ſed verba manifeſto corrupta ſunt. liber Bembinus legit *claudier*. unde Faernus acute & erudite coniicit alteram illam lectionem a Donato memoratam fuiſſe *calvier*, quam receptae praefert, ſed ob cauſas, ut mihi videtur, non ſatis graves. alteram certe lectionem non parum firmat, quod Terentius videtur hic exprimere voluiſſe illud Menandri,

Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὐτῷ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

2 *Diſcrucior animi.*] Quantum hic locus uſque ad *Nam ut hinc*, torſerit interpretes, apud ipſos vide, qui fruſtra quaeſiverunt, cuius generis hi verſus eſſent. Faernus ipſe hic nihil vidit, nec alius quiſquam, quod ſciam. certo autem certius eſt, eſſe Paeonici generis, ſeu Bacchiacos, a Bacchio ſic dictos; ſed pes qui in his Terentianis dominatur, eſt Choriambus, qui animo vehementer perturbato, & immodice amanti maxime convenit. Faernus verſiculos hoſce digeſſit hoc modo.

Diſcrucior animi; hocine de inproviſo
mali mihi obici
Tantum, ut neque quid me faciam, neque quid agam certum ſiet?
Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtipuit:
Pectore conſiſtere nihil conſilii quit. vah,

Quo-

Soſtrata cre-dit, mihi me - pſaltriam hanc - emiſſe:
I.d. c. Id a'nus mihi indicium fecit:
T. t. c. Năm ut hinc - forte ea ad - obſtetricem erăt ‖ miſſa, ubi eam vidi, ilico
I. t. a. Ac'cedo; rogito, Pamphi-la quid a‖gat; 3 iam partus adſiet,
* m. * Eo ne' obſtetricem accerſat. illa ex‖clamat, abi, abĭ, iam Aeſchine,
* m. Satĭs' * diu dediſti verba: ſat adhuc ‖ tua nos fruſtrataſt fides.
Hem', quid ĭſtuc obſecro inquamſt? valeas‖, habeas illam quae placet.
Senſi' ilico id ĭllas ſuſpicari‖: ſet me reprehendi tamen,
Ne quid de fratre garrulae illi ‖ dicerem, ac fieret palam.
T. t. c. Nunc quid faciam? dicam fratris ‖ eſſe hanc? quod minimeſt opus
Uſquam efferri: 4 ac mitto: fieri ‖ potis eſt ut nequa exeat:
Ipſum id metuo ut credant: tot con‖currunt veriſimilia:
Egomet rapui: ipſe egomet ſolvi ar‖gentum: ad me abducta eſt domum.
* m. Haec adeo * mea culpa fateor ‖ fieri; non me hanc rem patri,
Ut ut erat geſta, indicaſſe? ex‖oraſſem ut eam ducerem.
Ceſſatum uſque adhuc eſt: nunc porro ‖ Aeſchine expergiſcere:
Nunc hoc primumſt: ad ĭllas ibo, ut ‖ purgem me. accedam ad fores. Perii.

NOTAE.

Quomodo me ex hac expediam turba
Tanta? nunc ſuſpicio de me incidit: neque ea inmerito:
Soſtrata credit, mihi me pſaltriam hanc emiſſe: id anus

perquam commode vero accidit, ut non modo verba ipſa ſed & eorum ordo integer ſervetur: quo factum eſt ut facile verſus in metra ſua reſtituerim, poſtquam Paeonici generis eſſe conieciſſem. Primus, *diſcrucior animi*, eſt Iambicus monometer hypercatal. vel quod eodem redit, Paeonicus dim. cat. ſecundus conſtat choriambo, moloſſo, & duobus Bacchiis, ultima in *tantum* ad ſequentem verſum reiecta. tertius conſtat tribus choriambis & moloſſo, *neque* enim eſt ſolutio primae ſyllabae choriambi, *fiet* autem monoſ. quartus conſtat quatuor choriambis, ultima in ſecundo, & prima in tertio in duas breves reſolutis. *ſunt* enim brevis eſt, ut ſaepe alias. quintus conſtat tribus choriambis, & moloſſo. ſextus Bacchio, moloſſo, Ionico a minore, & moloſſo. ſeptimus moloſſo, Ionico a minore, Paeone ſecundo, & choriambo. octavus duobus choriambis, cretico & moloſſo; ultima enim verſus ſyllaba communis eſt. Bacchiacos autem hoſce claudit, ut etiam in Andria III. II. 5. factum eſt, Iambicus dimeter catal.

3 *Iam partus adſiet.*] Pro *iam* legendum putem vel *num*, vel *iamne*.

4 *Ac mitto.*] Legendum videtur, *ac mitto id. id* enim vix videtur abeſſe poſſe ſine ſenſus diſpendio.

Perii. horreſco ſemper, ubi pul'tare haſce occipiō miſer.
Heus, heus: Aeſchi-nus ego ſum. aperite ' aliquis actutum oſtium.
Prodit neſcio quis: concedam huc '.

SCAENA V.

MICIO. AESCHINUS.

MICIO.

T. t. c. Ităă ut dixi, Soſtrata,
Facite: ego Aeſchinum conveniam; ut ", quomodo acta haec
ſunt, ſciat.
Set quis oſtium hoc pultavit ' ? AE. pater hercle eſt, perii. MI. Aeſchine.
I. tr. AE. ' Quid hŭic ' hic negotiſt ? MI. tu ne has pepuliſti fores?
Tacĕt '. cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt,
Quandoquidem hoc numquam mihi ĭpſe voluit credere.
Nihil mihi reſpondes? AE. non equidem iſtas, quod ſciam.
MI. Ita? nam mirabar = quid hĭc negoti eſſet tibi.
Erubuit: ſalva res eſt. AE. dic ſodes pater,
Tibi vero quid ĭſtic eſt rei? MI. nihil mihi quidem.
Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc advocatum ſibi. AE. quid? MI. ego dicam tibi:
Habitant hic quaedam mulieres pauperculae:
2 Ut opinor, has non noſſe te, & certo ſcio:
*m. Neque e'nim * diu huc commigrarunt. AE. quid tum poſtea? MI. Virgo

NOTAE.

1 *Quid huic hic negoti.*] Poſſis etiam producto *huic*, *hic* corripere, ſed alterum verae verborum pronuntiationi magis convenit. ad eundem vero modum *huic* corripitur, Hec. V. III. 9.

Ab noſtro adfine exeuntem" video. quid huĭc hic eſt rei?

2 *Ut opinor.*] Potuit recte dicere, *ut opinor, has non noſti*: ſed illud, *has non noſſe te*, venuſtius, inquit Donatus, *ut* eodem fere modo abundat Phorm. III. I. 16.

——UT *aiebat*
De eius conſilio ſeſe velle facere.

opinor autem & *ſcio* coniunxit etiam Plautus. Bacch. III. IV. 13.

Amo hercle, opinor, utpote quod pro certo ſciam.

3 *Qui illa conſuevit.*] Multum hic variant codd. plerique *cum illa*, quidam *illi*, Bembinus *illa*. quomodo Donatus legerit incertum. ſi Faerno credimus, legit *illa*. ſi Rivio, *illi*, & ſic ſane Eraſmi Editio. ſed duae antiquiſſimae editt. habent, altera *cum*

MI. Virgo eſt cum matre. AE. perge: MI. haec virgo orbaſt patre:
Hic meus amicus illi genere eſt proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. AE. perii. MI. quid eſt?
AE. Nihil': recte: perge. MI. is venit ut ſecum avehat:
Nam habi'tat Mileti. AE. hem, virginem ut ſecum avehat?
MI. Sic eſt. AE. Miletum uſque obſecro? MI. ita. AE. animo maleſt.
Quid ip'ſae? quid aiunt? MI. quid illas cenſes? nihil enim.
Commenta mater eſt, eſſe ex alio viro,
Neſcio quo, puerum natum: neque eum nominat:
Priorem eſſe illum, non oportere huic dari.
AE. Eho, non ne haec iuſta tibi videntur poſtea?
MI. Non. AE. obſecrō non? an illam hinc abducet, pater?
MI. Quid illam ni abducat? AE. factum a vobis duriter
Inmiſericorditerque, atque etiam, ſi eſt pater
Dicendum magis aperte, inliberaliter.
MI. Quamobrem? AE. rogas me? quid illi tandem creditis
Fore' animi miſero, 3 qui illa conſuevit prior,
Qui in' felix haut ſcio = an illam miſere nunc amat,
Cum hanc' ſibi videbit praeſens praeſenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
MI. Qua ratione iſtuc? quis deſpondit? quis dedit?
Cui, quando nupſit? auctor his rebus quis eſt?
Cur duxit alienam? AE. an ſedere oportuit
Domi' virginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc veniret exſpectantem? haec mi pater

Te

NOTAE.

cum illa, altera *quid illa*. Donatus annotat etiam legi *illam*, & dixiſſe veteres, *hanc rem conſuevi*. Terentius quidem alias ſemper dicit, *conſuevit cum*. vid. Hec. IV. I. 40. & Phorm. IV. V. 33. nuſquam vero vel ille, vel Plautus dixit *conſueſcere illi*, vel *illa*. ſed verſus, inquiunt, non admittit *qui cum illa*. recte quidem, ſi *qui* ſit primi caſus, *illa* vero *ſexti*. at ſi contra *qui* ſit ſexti, *illa* autem primi, & legamus *quicum illa conſuevit*, ſic verſus optime conſtabit. plerumque ſane vir dicitur cum muliere conſueſcere, non vice verſa. ſed eſt tamen, cum & illud dicitur, ut in Plaut. Ciſt. I. I. 89.

--ſed tu en unquam cum quiquam viro
Conſueviſti?

Te dicere aequom fuit, & id defendere.
MI. Ridiculum: advorſum ne illum cauſam dicerem,
Cui veneram advocatus? ſed quid iſta Aeſchine
Noſtra? aut quid nobis cŭm illis? abeamus. quid eſt?
T. t. c. Quid lacru-mas? AE. pater obſecro, auſculta‖. MI. Aeſchine audivi omnia,
Et ſciō: nam tĕ amo: quo magĭs ‖, quăe agis, curae ſunt mihi.
AE. Ita velim me promerentem a‖mes, dum vivas, mi pater,
Ut me hoc delictum admiſiſſe in me‖, id mihi vehementer dolet:
*m. Et me * tui pudet. MI. credo hercle‖: nam ingenium novi tuum
Liberale: ſet vereor ne in‖diligens nimium ſies.
In qua civitate tandem ‖ te arbitrare vivere?
Virginem vitiaſti, quam te ‖ non ius fuerat tangere.
1 Iam id peccatum primum magnum: at humanum tamen.
2 Fecere alii ſaepe item boni. ăt ‖ poſtquam id evenit, cedo
Numquid circumſpexti? aut numquid ‖ tute proſpexti tibi
Quid fieret? qua fieret? ſi te ip‖ſum mihi puduit dicere,
Qua reſciſcerem? haec dum dubitas‖, menſes abierunt decem.
3 Prodidiſti & te=, & illam miſeram, & ‖ gnatum, quod quidem
ĭn = te fuit.
Quid credebas? dormienti haec ‖ tibi confecturos deos?
Et illam ſine tua opera in cubiculum ‖ iri deductum domum?
*dif. 4 Nolim ceterarum rerum ‖ te ſocordem * eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc‖. AE. 5 hem. MI. bono animo es inquam. AE. pater,
Obſecrō num ludis tu nunc me‖? MI. ego te? quamobrem? AE. neſcio:
Quia tam miſere hoc eſſe cupio ‖ verum, eo vereor magis.
*m. MI. Abĭ domum, ac *deos conprecare, ut ‖ uxorem accerſas: abi.
AE. Quid,

NOTAE.

1 *Iam id peccatum.*] Verſum laborare nemo non videt. Faernus, neſcio an primus, putat geminari debere, *magnum.* alii deinceps vocem iſtam in textum inſeruerunt, cum nulla alia ratione verſui tam bene conſuli poſſe cenſerent. mihi magis veriſimile videtur excidiſſe ab initio *Civem.* ut IV. VII. 7.
---*hoc peccatum in virginem eſt civem.*
2 *Fecere alii.*] Sic Plautus Merc. II. II. 47.
3 *Prodidiſti & te.*] Sic V. III. 33.

Et

AE. Quid, iam uxorem? MI. iam. AE. iam? MI. iam quan'tum potes. AE. di me pater
Omnes oderint, ni magis te', quam oculos nunc amō meos.
MI. Quid? quăm illam? AE. aeque. MI. perbenigne'. AE. quid? ille ubi eſt Mileſius?
MI. Abiit, periit, navem aſcendit'; ſet cur ceſſas? AE. abĭ pater:
* m. Tu potius * deos comprecare': nam tibi eos certo ſcio,
Quo vir melior multo es quăm ego, ob'temperaturos magis.
MI. Ego eo intro - ut quae opŭs = ſunt, parentur': tu fac ŭt - dixi, ſi ſapis.
I. t. c. AE. Quid hŏc' eſt negoti? hoc = eſt patrem eſſe, aut' hōc eſt filium eſſe?
Si frater aut ſodalis eſſet', qui magĭs morem gereret?
Hic non amandus? hicine non ges'tandus in ſinu eſt? hem;
* m. Itaque' adeo magnam mihi iniecit * ſua' commoditate curam,
Ne forte inprudens faciam, quod no'lit: ſciens cavebo.
* m. † m. Set ceſſo ire intro, ne morae * meis' nuptiis egomet † ſiem?

SCAENA VI.

DEMEA.

I. tr. DEFESSUS ſum ambulando: ut Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Juppiter.
Perreptavi uſque omne oppidum: ad portam, ad lacum:
Quo non? neque illic fabrica = ulla erat, neque fratrem homo
* dif. Vidiſſe ſe * aiebat quiſquam. nunc vero domi
Certum obſidere eſt uſque, donec redierit.

SCAENA

NOTAE

Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.
ſed malim & hic abeſſet, ut Hec. II. I. 13.
Quae' me, & te, & familiam dedecoras.
& deeſſe video in una ex antiquiſs. Donati editionibus.

4 *Nolim ceterarum rerum.*] i. e. in ceteris rebus; antiquum loquendi genus, quod & Cicero ſecutus eſt pro Quinctio, *ſane ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in re paulo minus conſideratus.* haec J. Fr. Gronovius ad Plauti Ciſt. I. I. 33. quem vide.

5 *Hem.*] Si *hem* vicem ſyllabae ſuſtinet, verſus erit I. t. a. conſtans ex Trochaico dimetro acat. & Iambico dimetro acatal. ſin extra verſum ſit, verſus erit T. t. c. ut ceteri, quod malim.

SCAENA VII.

MICIO. DEMEA.

MICIO.

I. tr. IBO, illis dicam nullam esse in nobis moram.
DE. Set ĕccum' ipsum: te iamdudum quaero Micio.
MI. Quid nam? DE. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni' illĭus adulescentis. MI. ecce autem. DE. nova,
Capitalia. MI. ohe, iam. DE. nescis qui vir sit. MI. scio.
DE. O stulte, tu de psaltria me somnias
Agere: hoc peccatum in virginem est civem. MI. scio.
DE. 1 Ohŏ', scis & patere? MI. quid ni patiar? DE. dic mihi,
Non clamas? non insanis? MI. non. malim quidem,
DE. Puĕr' natust. MI. di bene vortant. DE. virgo - nihil habet.
MI. Audivi. DE. & ducenda indotatast? MI. scilicet.
DE. Quid nunc futurumst? MI. id enim quod res ipsa fert:
Illinc huc transferetur virgo. DE. o Iuppiter,
Istocine pacto oportet? MI. quid faciam amplius?
DE. Quid facias? si non ipsa re tibi ĭstuc dolet,
Simulare certe est hominis. MI. quin iam virginem
Despondi: res composita est: fiunt nuptiae:
Dempsi metum omnem: haec magis sunt hominis. DE. ceterum,
Placet tibi factum Micĭō? MI. non, si queam
Mutare: nunc cum non queo, animo aequo fero.
Ita vitast hominum, quasi, cum ludas tesseris:
Si ĭllud, quod maxime opus est iactu, non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
DE. Corrector. nempe tua arte viginti minae
Pro psaltria periere: quae quantum potest,

Asi-

NOTAE.

1 *Oho.*] Sic Faern. ex codice Bembino. alii mutarunt in *eho*, alterum, opinor, pro mendoso habentes. sed eo usus est & Plautus, in Pseud. IV. II. 31.

Accipĕ: cognosce signum. BA. OHO !. *Polymachaeroplacides.*

2 *Hancin.*] Faern. *Hancine.*

3 *Edepol Syrisce.*] Initium quinti Actus proculdubio hic male constitutum est, cum Demea in scaena remanserit. Donati argumentum in scaena sequente collocat; sed ne tum scaena vacua est. rectius igitur Daceria ponit in scaena ab hac secunda. ibi enim & scaena vacua est,

Aliquo' abicienda eſt: ſi non pretio, gratiis.
MI. Neque eſt, neque illam ſane ſtudeo vendere.
DE. Quid igitur facies? MI. domi erit. DE. pro divom fidem,
Mere'trix & materfamilias una in domo?
MI. Cur non? DE. ſanum te credis eſſe? MI. equidem arbitror.
DE. Ita' me dĭ ament, ut = video egō tuam ineptiam;
Facturum credo, ut habeas qui cum cantites.
MI. Cur non? DE. & nova nupta eadem haec diſcet? MI. ſcilicet.
DE. Tŭ ĭnter eas reſtim ductans ſaltabis. MI. probe.
DE. Probe? MI. & tu nobiſcum una, ſi opŭs ſit. DE. ei mihi.
Non te haec pudent? MI. iam vero omitte Demea
Tuam' iſtanc iracundiam: atque ita - utĭ decet
Hilarum ac lubentem fac te gnati in nuptiis.
Ego hos conveniam; poſt huc redeo. DE. o Iuppiter,
[2] Hancin' vitam? hoſcine mores? hanc dementiam?
Uxor ſine dote veniet: intus pſaltria eſt:
Domŭs' ſumptuoſa: aduleſcens luxu perditus:
Senex delirans. ipſa ſi cupiat Salus,
Servare prorſus non poteſt hanc familiam.

ACTUS V. SCAENA I.

SYRUS. DEMEA.

SYRUS.

I. tr. 3 EDEPOL Syriſce te curaſti molliter,
Lauteque munus adminiſtraſti tuum:
[4] Abĭ. ſet poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. DE. illud ſis vide
Exemplum

NOTAE.

eſt, & ſat magnum temporis intervallum intervenit ex mora quam Micio facit apud Soſtratam. neque enim ut ſcaena vacua ſit, id ſolum novo actui conſtituendo ſufficit, alias initium novi actus ponendum erat in ſcaena tertia actus quarti; quod quidem Muretus voluit, hoc ſolo argumento ductus: pari autem iure alium actum incipere oportuit ab initio ſcaenae ſequentis, cum ibi quoque ſcaena vacua remanſerit. Haec evidentiſſime monſtrant exitum perſonarum omnium quae in pro-

Exemplum diſciplinãe. SY. ecce autem hic adeſt
Senex noſter. quid ſit? quid tu es triſtis? DE. oh ſcelus.
SY. Ohe, iam: tu verba fundis hic ſapientia?
DE. [1] Tun? ſi meus eſſes. SY. dis quidem eſſes Demea;
* m. Ac * tuam rem conſtabiliſſes. DE. [2] exemplo omnibus
Curarem ut eſſes. SY. quamobrem? quid feci? DE. rogas?
In ipſa turba, atque in peccato maxumo,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, [3] potaſti ſcelus,
Quaſi re bene geſta. SY. ſane nollem huc exitum.

SCAENA II.

DROMO. SYRUS. DEMEA.

DROMO.

I. tr. HEUS Syre, rogat te Cteſipho ut redeas. SY. abi.
DE. Quid Cteſiphonem hic narrat? SY. nihil. DE. eho carnufex,
Eſt Cteſipho intus? SY. non eſt. DE. cur hic nominat?
SY. Eſt alius quidam, paraſitaſter parvolus:
Noſtin? DE. iam ſcibo. SY. quid agis? quŏ abis? DE. mitte me.
SY. Noli inquam. DE. non manum abſtines maſtigia?
An tibi iam mavis cerebrum diſpergam hic? SY. abit.
Ede'pol commiſſatorem haut ſane commodum,
Praeſertim Cteſiphoni. quid ego nunc agam?
Niſi' dum hae fileſcunt turbae, interea in angulum
Aliquo' abeam, atque edormiſcam hoc villi. ſic agam.

SCAENA

NOTAE.

ſcaenio fuerant, non neceſſario actui finem facere: ad novum actum, ut ſcaena prorſus vacua ſit, eſt ſane neceſſarium; ſed non id unum ſatis eſt: ad fabulae conſtitutionem & partes acriter attendendum eſt, & videndum, ubi ſint idonea novis actibus conſtituendis intervalla. ſed de his ſatis. adeant ſcriptores de Poeſi ſcaenica, qui de his plura ſcire velint.

4 *Abi.*] Hoc, inquit Donatus, eſt *verbum hominis, ſibi vel alteri cum laudatione blandientis.* eo plane ſenſu eſt, IV. II. 25.
Laudo Cteſipho: patriſſas: abĭ II, *virum te indico.*
& ſic Plaut. Aſin. III. III. 114.
Hem ſic. abĭ; LAUDO.

1 *Tun?*] In Faerno nulla eſt diſtinctio poſt *Tun*, quod tamen neceſſarium videtur, ut Demeae prae iracundia frementis animus

SCAENA III.

MICIO. DEMEA.

MICIO.

I. tr. PARATA a nobis ſunt, ită ut dixi, Soſtrata
Ubi' vis. quiſnam a me pepulit tam graviter fores?
DE. Ei mihi quid faciam? quid agam? quid clamem? aut querar?
O coelum, o terra, o maria Neptuni. MI. em tibi,
Reſcivit omnem rem. id nunc clamat. ilicet:
Paratae lites: ſuccurrendumſt. DE. eccum adeſt
Communis corruptela noſtrum liberum.
MI. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
DE. Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia:
Rĕm ĭpſam putemus. dictum hoc inter nos fuit,
Ex te adeo eſt ortum, ne tu curares meum,
Neve ego tuum? reſponde. MI. factumſt, non nego.
DE. Cur nunc aput te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam Miciō? 4 num qui minus
Mihi idem ius aequumſt eſſe, quod mecumſt tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
MI. Non aequom dicis. DE. non? MI. nam vetŭs verbum hoc quidemſt,
Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.
DE. Facete, nunc demum iſtaec nata oratioſt.
MI. Auſculta paucis, niſi moleſtumſt Demea.
Principio, ſi id te mordet, ſumptum filii

Quem

NOTAE.

animus exprimatur. alias non *tun*, quae omnium codicum lectio eſt, ſed *tu* legendum putem.

2 *Exemplo omnibus.*] Faern. *exempla omnibus*, ex codice Bemb. ſed corrupte opinor pro *exemplo*. *exempla* enim eſſe vix puto latine dici. Codices alii, vel *exemplum*, vel *exemplo*. quod poſterius videtur elegantius.

3 *Potaſti.*] Donat. *potaſtis*. ſed procul dubio *potaſti* vera lectio. cui *s* adhaeſit ex voce ſequenti, ut ſolet.

4 *Num qui minus.*] Malim *nam qui*, quod video Mureto etiam placuiſſe, quem fere ſequitur T. Faber. ſed apparet Donatum legiſſe *num qui*. dicit enim ex iis alterum abundare, quod de *nam qui* dici haud poterat.

Quem faciunt, quaeſo hoc facito tecum cogites:
Tŭ illos duo olim [1] pro re tollebas tua,
Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore;
Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet
*dif. Ducturum: * eandem illam rationem antiquam obtine;
Conſerva, quaere, parce, fac quamplurimum
Illis relinquas: gloriam tŭ iſtam obtine:
Mea', quae praeter ſpem evenere, utantur ſine:
De ſumma nihil decedet: quod hinc acceſſerit,
Id de lucro putato eſſe omne. haec ſi voles
In animo vere cogitare Demea,
Et mihi', & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.
DE. Mittō rem: conſuetudinem ipſorum. MI. mane:
Scio': iſtuc ibam. multa in homine Demea
Signa inſunt, ex quibŭs coniectura facile fit,
Duo' cŭm ĭdem faciunt, ſaepe ut poſſis dicere,
Hoc licet inpune facere huic, illi non licet:
Non quo diſſimilis res ſit, ſet quo is qui facit.
Quae ego il'lis ineſſe video, ut confidam fore
Ita ŭt' volumus. video ſapere, intellegere, in loco
Vereri, inter ſe amare: ſcire eſt liberum
Ingenium atque animum. quo vis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulo. o noſter Demea,
Ad omnia alia aetate ſapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus,
Adtentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt:
Quod illos ſat aetas acuet. DE. ne nimium modo
Bonae tuae iſtae nos rationes Micio,

Et

NOTAE.

1 *Pro re tollebas.*] Faern. *tolerabas* ex libro Bemb. miror tam doctum virum uni libro voluiſſe tam arcte ſe adſtringere, cum non modo alii omnes ſtent contra, ſed & ipſa latinitatis ratio, quae oſtendit *tolerabas* lectionem eſſe nullo modo ferendam, *tollebas* vero aptiſſimam. ſic Hec. IV. IV. 82. *puerum iniuſſu credo, non* TOLLET *meo.*

2 *Pugnaveris.*] i. e. rem magnam feceris, inquit Donatus: eodem fere modo Andr. V. III. 21. *Viceris.* Lucilius a Donato laudatus utrumque coniunxit,

Vicimus

Et tuus iſte animus aequos ſubvortat. MI. tace;
Non fiet. mitte iam iſtaec: da te hodie mihi:
Exporge frontem. DE. ſcili-cet ita temptus fert,
Faciundumſt: ceterum rus cras cum filio
Cum primo lucu ibo hinc. MI. de nocte cenſeo:
Hodie modo hilarum fac te. DE. & iſtam pſaltriam
Una illuc mecum hinc abſtraham. MI. [2] pugnaveris.
* m. * Eo' pacto prorſum illi alligaris filium.
Modo' facito ut illam ſerves. DE. ego iſtuc videro:
Atqui [3] illi favillae plena, fumi, ac pollinis,
Coquendo ſit faxo, & molendo: praeter haec
Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quam carboſt. MI. placet.
Nunc mihi videre ſapere. atque equidem filium,
Tum eti'am ſi nolit, [4] cogam ut - cŭm illa u-na cubet.
DE. Derides? fortunatus, [5] qui iſto animo ſies:
Ego' ſentio. MI. ah, pergis ne? DE. iam iam deſino.
*m. †m. MI. I ĕrgo' intro; & cui * rei eſt, ei † rei hunc ſumamus diem.

SCAENA IV.

DEMEA.

T. t. c. NUMQUAM ita quiſquam bene ſubducta ‖ ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, uſus ſemper ‖ aliquid adportet novi;
Aliquid moneat, ut illa quae te ‖ ſcire credas, neſcias;
Et quae tibi putaris prima, in ‖ experiundo ut repudies:

Quod

NOTAE.

Vicimus ocius, & magnam pugnavimus pugnam.

3 *Illi favillae.*] Codices fere omnes praeter Dun. *illi* vel *illic*, & ſic Donatus. Dun. *ibi*, ut verſus ſcilicet conſtaret. ſed nihil iſta lectione opus, ſecunda enim in *favillae* corripienda eſt, quod in vocibus iſtius formae a Plauto plus ſemel fieri obſervavi.

4 *Cogam ut cum illa.*] Haec Micio in perſona Demeae; neque opus ut in *togas* mutes, quod verſus reſpuit.

5 *Iſto animo.*] In Faerni textu eſt *iſtoc*, ſed contra ipſius mentem. nam verſus poſtulat *iſto*, & ſic l. b. Bemb.

Quod nunc mihi evenit. nam ego vitam ‖ duram, quam vixi uſque adhuc,
Prope iam excurſo ſpatio mitto. id ‖ quamobrem? re ipſa repperi,
Facilitate nihil eſſe homini ‖ melius, neque clementia.
Id ĕſſe verum, ex me, atque ex fratre ‖ cuivis facileſt noſcere.
*m. Ille * ſuam ſemper egit vitam in ‖ otio, in conviviis:
Clemens, placidus, nulli laedere ‖ os, adridere omnibus:
Sibi vixit: ſibi ſumptum fecit ‖ : omnes benedicunt, amant.
Ego ille agreſtis, ſaevos, triſtis ‖, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem: quam ibi miſeriam ‖ vidi? nati filii,
Alia cura: heia autem, dum ſtudeo ‖ illis ut quamplurimum
Facerem, contrivi in quaerundo ‖ vitam, atque aetatem meam:
*m. Nunc exacta aetate hoc fructi ‖ pro labore ab * iis fero,
Odium. ille alter ſine labore ‖ patria potitur commoda:
Illum amant, me fugitant: illi ‖ credunt conſilia omnia:
Illum diligunt: aput illum ‖ ſunt ambo, ego deſertŭs ſum:
Illum ut vivat optant, [1] meam ăutem ‖ mortem exſpectant ſcilicet.
*m. Ita eos * meo labore eductos ‖ maxumo, hic fecit ſuos
Paulo ſumptu: miſeriam omnem ego ‖ capio; hic potitur gaudia.
[2] Age age, nunc iam experiamur porro ‖ contra, & quid ego poſſiem
Blande dicere, aut benigne ‖ facere, quando hoc provocat.
Ego quoque a meis me amari, & ‖ magni pendi poſtulo.
Si id ſit dando atque obſequendo ‖, non poſterioris feram.
*m. Deerit: id * mea minime refert ‖, qui ſum natu maximus.

SCAENA V.

SYRUS. DEMEA.

SYRUS.

l. tr. HEUS Deme-a, rogat frater ne abeas longius.
DE. Quis homo? o Syre noſter, ſalve: quid ſit? quid agitur?
SY. Recte

NOTAE.

1 *Meam autem.*] Prima in *autem* corripitur etiam, ni fallor, Eun. II. III. 12. —TŬM ĂUTEM, *qui illum flocci fecerim:*

&

SY. Recte. DE. optumeſt. iam nunc haec tria primum addidi
Praeter naturam, o noſter, quid fit? quid agitur?
Servum haut inliberalem praebes te: & tibi
Lubens bene faxim. SY. gratiam habeo. DE. atqui Syre
Hoc verumſt, & ĭpſa re experiere propediem.

SCAENA VI.

GETA. DEMEA.

GETA.

I. tr. ERA ego' huc ad hos proviſo, quam mox virginem
Accerſant. ſet ĕccum Demeam. ſalvos ſies.
DE. O, qui vocare? GE. Geta. DE. Geta hominem maxumi
Pretii tĕ ĕſſe, hodie iudicavi animo meo:
Nam is mihi profecto eſt ſervos ſpectatus ſatis,
Cui dominus curaeſt: ita uti tibi ſenſi Geta.
Et tibi, ob eam rem, ſiquid uſus venerit,
Lubens bene faxim. meditor eſſe adfabilis,
Et bene procedit. GE. bonus es cum haec exiſtimas.
DE. Paulatim plebem primulum faciō meam.

SCAENA VII.

AESCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.

AESCHINUS.

I. tr. OCCIDUNT me equidem, dum nimĭs ſanctas nuptias
Studĕnt' facere, in apparando conſumunt diem.
DE. Quid agitur Aeſchine? AE. ehĕm pater mi, tu hic eras?
DE. Tuus' hercle vero & animo & natura pater;
Qui tĕ amat plus quam hoſce oculos. ſet cur non domum
Uxorem

NOTAE.

& ſic Plaut. Merc. II. III. 85.
Litigare nolo ego vos. quam ‖ TUAM AUTEM *accuſari fidem* ----

2 *Age age, nunc iam.*] Vel *age*, vel *nunc* delendum, ut verſus par ceteris reddatur. ego prius malim, cum unum *age* multo venuſtius videatur.

Uxorem accerſis? AE. cupio: verum hoc mihi moraeſt
Tibicina, & hymenaeum qui cantent. DE. eho
Vin tu huic ſeni auſcultare? AE. quid? DE. miſſa haec face,
Hymenaeum, turbas, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam iubĕ dirui
Quantum poteſt: hac transfer: unam fac domum:
Traduce & matrem & familiam omnem ad nos. AE. placet
Pater lepidiſſime. DE. euge, iam lepidus vocor.
Fratri aedes fient perviae: turbam domum
Adducet, [1] ſumptum admittet: multa: quid mea?
* dif. Ego' lepidus ineo gratiam. iubĕ nunc * iam
[2] Dinumeret illi Babylo viginti minas.
Syre ceſſas ire, ac facere? SY. quid ĕrgo? DE. dirue.
Tu illas abi & traduce. GE. Di tibi Demea
Benefaciant, cum te video noſtrae familiae
Tam ex animo factum velle. DE. dignos arbitror.
Quid tŭ ais? AE. ſic opinor. DE. multo rectiuſt,
Quăm illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam-. AE. nihil enĭm = vidi melius mi pater.
DE. Sic ſoleo. ſet ĕccum Micio egreditur foras.

SCAENA VIII.

MICIO. DEMEA. AESCHINUS.

MICIO.

I. tr. IUBĔT' frater? ubi is eſt? [3] tun iubes hoc Demea?
DE. Ego' vero iubeo, & hac re, & aliis omnibus,

Quam

NOTAE.

1 *Sumptum admittet.*] Lib. Bemb. *amittet*, quem ſequitur Faernus; ſed quid ſit *ſumptum amittere*, fateor me non intelligere. forte *amittet* pro *ammittet*, ut nonnulli codd. quod idem eſt ac *admittet*.

2 *Dinumeret illi Babylo.*] Quantas turbas hic *Babylo* dederit interpretibus, apud ipſos vide. Turnebus, quem plures ſecuti ſunt, cenſet Micionem ſic a Demea dici, ut prodigum, & profuſum. ſed primum, hoc non eſt Terentiani moris, perſonas ridiculi gratia nominibus non ſuis nuncupare. praeterea nihil magis contra decorum eſſe poſſit, quam ut Demea Aeſchino praecipiat, ut Micionem facere quicquam iubeat. verba enim Demeae ſunt, *iube nunc iam Dinumeret illi Babylo*. alii pro *Babylo* legendum cenſent, *Babalon*, *Batalum*, *Bacchilo*; alii alia, in quibus nihil ſani. ſimpliciſſimum & veriſſimum

Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuvare, adiungere. AE. ita quaesō pater.
MI. Haut aliter cenſeo. DE. immo hercle ita nobis decet:
Primum' hŭius uxoris eſt mater. MI. quid poſtea?
DE. Proba & modeſta. MI. ita aiunt. DE. natu grandior.
MI. Scio. DE. parere iam diu haec per annos non poteſt:
*m. Nec qui * eam reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt=. MI. quam hic rem agit?
DE. Hanc te aequum eſt ducere: & te operam ut fiat dare.
I. t. a. MI. Me ducere autem? DE. te. MI. me? DE. te inquam. MI. in||eptis. DE. ſi tu ſis homo,
Hic faciat. AE. mi pater. MI. quid tu autem huic || aſine au|| ſcultas? DE. nihil agis:
Fieri' aliter non poteſt. MI. deliras||. AE. ſine te exorem, mi pater.
MI. 4 Inſanis: aufer. DE. age, da veniam || filio. MI. ſatĭn ſanus es?
Ego' novŭs maritus anno demum || quinto & ſexageſimo,
Fiam, atque anum decrepitam ducam? id ne || eſtis auctores mihi?
AE. Fac: promiſi ego illis. MI. promiſti autem||? de te largitor puer.
DE. Age, quid ſiquid te maius oret||? MI. quaſi non hoc ſit maxumum.
DE. Da veniam. AE. ne gravere. DE. fac, pro||mitte. MI. non omittitis?
AE. Non, niſi te exorem. MI. vis eſt haec quidem||. DE. age prolixe Micio.

MI. Etſi

NOTAE.

mum mihi videtur, ut intelligamus Babylonem eſſe trapezitae nomen, apud quem Micio pecunias deponeret, quique paulo ante Micionis iuſſu viginti minas Aeſchino dinumeraverat, II. I. 37. quibus empta eſt amica Clitiphonis; eandem nunc ſummam vult Demea, ut Aeſchinus ſuae quoque amicae Micionis impenſis dinumerari iubeat. *illi* enim eſt, idem quod *illam*, v. 23. Pamphilam ſc. quam v. 6. *uxorem* Demea aperte dixit.

3 *Tun iubes.*] Faern. *tune.*

4 *Inſanis: aufer.*] Deeſt, inquit Donat. *te* vel *manum.* Ego vero *te* cum Mureto inſerendum arbitror. ut Phorm. III. III. 26. *aufer te hinc.* ſed codd. fere omnes omittunt *aufer.* & inſerunt *quaeſo* poſt *veniam. Inſanis* vero dixit, ut modo *deliras*; ideoque ſuſtuli interrogationis punctum quod appoſuerat Faernus.

MI. Etſi hoc mihi pravum, ineptum, abſurdum, atque ‖ alienum a vita mea
Videtur: ſi vos tantopere iſtuc ‖ voltis, fiat. AE. bene facis:
T. t. c. Merito tĕ amo. DE. verum quid ego ‖ dicam? hoc conſit quod volo.
I. t. a. Quid' nunc quod reſtat? Hegiō his ‖ eſt cognatus proxumus:
Adfinis nobis; pauper: bene nos ‖ aliquid facere illi decet.
MI. Quid facere? DE. agelli eſt hic ſub urbe ‖ [1] paulum quod locitas foras:
Huic demus qui fruatur. MI. paulum id ‖ autem? DE. ſi multumſt, tamen
Faciundum eſt: pro patre huic eſt; bonus eſt ‖; noſter eſt; recte datur.
[2] Poſtremo non meum illud verbum ‖ facio, quod tu Micio
Bene & ſapienter dixti dudum ‖; vitium commune omnium eſt,
Quod nimium ad rem in ſenecta attenti ‖ ſumus. hanc maculam nos decet
[3] Effugere: dictum eſt vere, & re ipſa ‖ fieri oportet. [denique
Hic vult dari.] MI. Quid iſtic? dabitur ‖, quandoquidem hic volt. AE. mi pater.
DE. Nunc' tu mihi es germanus pariter ‖ corpore & animo. MI. gaudeo.
DE. Suo ſibī gladio hunc iugulo.

SCAENA

NOTAE.

1 *Paulum.*] Faern. *paululum*, & ſic etiam verſu ſequente.

2 *Poſtremo non meum illud.*] Pro *non* proculdubio legendum eſt *nunc*: *non*, *num*, & *nunc* in MSS ſaepiſſime confunduntur, & pro altero alterum ponitur. *nunc* opponitur τῷ *dudum*, & ſententiae magna inde venuſtas, ni fallor, accedit: video autem, dum haec ſcribo, doctiſſimos viros, Guilielmum & Guietum idem ſenſiſſe.

3 *Effugere.*] Manifeſtum eſt in fine verſus aliquid deeſſe, & quaedam etiam initio ſequentis: unde enim Micioni compertum eſt Aeſchinum id voluiſſe? *quandoquidem hic vult*, neceſſario exigit, ut aliquid praeceſſerit, unde id reſciri poterat; quod miror a nemine animadverſum. quae vero exciderunt non melius ſuppleri poſſe arbitror quam iſtis ſcaenae ſequentis verbis, v. 12. *Denique hic vult fieri*, niſi quod pro *fieri* hic malim *dari*, quae proinde addenda

SCAENA IX.

SYRUS. DEMEA. MICIO. AESCHINUS.

SYRUS.

FACTUM ‖ eſt quod iuſti Demea.
T. t. c. *m. DE. Frugi homo es. ego edepol hodie ‖ * mea quidem ſententia
Iudi-co Syrum = fieri eſſe aequum ‖ liberum. MI. iſtunc liberum?
Quodnam ob factum? DE. multa. SY. o noſter ‖ Demea, edepol
4 vir bonus es:
Ego iſtos vobis uſque a pueris ‖ curavi ambos ſedulo; 5
Docui, monui, bene praecepi ‖ ſemper, quae potui omnia.
DE. Res apparet. & quidĕm porro haec ‖, 5 obſonare cum fide,
Scortum adducere, apparare ‖ de die convivium:
Non mediocris hominis haec ſunt ‖ officia. SY. o lepidum caput.
DE. Poſtremo, hodie in pſaltria hac e‖munda hic adiutor fuit, 10
Hic curavit: prodeſſe aequumſt ‖: alii meliores erunt:
Denique hic vult fieri. MI. vin tu hoc ‖ fieri? AE. cupio. MI. ſi quidem
Tu vis, Syre eho accede huc ad me ‖: liber eſto. SY. bene facis:
*dif. Omnibŭs gratiam habeo: & *ſeorſum ‖ tibi praeterea Demea.
DE. Gaudeo. AE. & ego. SY. credo: utinam hoc per‖petuum fiat gaudium, 15
Phrygiam ut uxorem meam una ‖ mecum videam liberam.
*m. DE. Optumam quidĕm = mulierem. SY. & quidĕm ‖ * tuo nepoti, hŭiŭs filio,

Hodie

NOTAE.

denda curavi, ſed uncis incluſa, ne lectori imponerent. alii de verſu ſequente parum ſolliciti hunc verſum complendum duxere addendo in fine, *Micio*; quod nequaquam placet, cum prius in hac ipſa ſententia Micionis nomen habeatur.

4 *Vir bonus es.*] Vel *s* & *e* eliſis legendum eſt cum aliis *vir bonus*, vel *us* extrito, *vir bon es.* quod malim. in Plauto certe frequentiſſime *us* finalis, & interdum etiam *is*, extritum eſt, quod & ab aliis veteribus factum; unde illud Lucretii l. 3.

---*proinde ac* FAMUL *infimus eſſet.*

5 *Obſonare cum fide.*] Accedo iis, qui cenſent *cum fide* iungendum eſſe cum *obſonare*, non cum *ſcortum adducere. cum fide* vero eſt fideliter, ut Columella l. 1. c. 7. *ſed nec conditum frumentum cum fide rationibus inferunt.* dixit etiam Cicero eodem ſenſu, *cum fide facere.* Faernus diſtinctionem poſuit poſt *obſonare.*

Hodie primam mammam dedit haec ‖. DE. hercle vero ſerio,
Siquidem primam dedit, haut dubium ‖ quin emitti aequum ſiet.
MI. Ob eam rem? DE. ob eam: poſtremo a me ar‖gentum, quanti eſt ſumito.
SY. Di tibi Demea omnes ſemper ‖ omnia optata offerant.
MI. Syre, proceſſiſti hodie pulchre ‖. DE. ſiquidem porro Micio,
Tu tuum ŏfficium facies; atque huic ‖ aliquid [1] paulum prae manu
[2] Dederis, unde utatur. reddet ‖ tibi cito. MI. [3] iſtoc vilius.
AE. Frugi homo eſt. SY. reddam hercle, da modo ‖. AE. age pater.
MI. poſt conſulam.
DE. Faciet. SY. o vir optime. AE. o pa‖ter mi feſtiviſſime.
MI. Quid ĭſtuc? quae res tam repente ‖ mores mutavit tuos?
[4] Quod prolubium? quăe ĭſtaec ſubita eſt ‖ largitas? DE. dicam tibi:
Ut id oſtenderem, quod tĕ ĭſti ‖ facilem, & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita ‖, neque adeo ex aequo & bono;
Set ĕx adſentando, indulgendo, & ‖ largiendo, Micio.
Nunc adeo ſi ob eam rem vobis ‖ [5] mea vita inviſa Aeſchine eſt,
Quia non iuſta iniuſta prorſus ‖ omnia, omnino obſequor;
Miſſa facio: effundite, emite ‖, facite quod vobis lubet.
Set ſi id vultis potius, quae nos ‖ propter aduleſcentiam
Minŭs videtis, magis inpenſe ‖ cupitis, conſulitis parum,
Haec reprehendere, & corrigere me ‖, [6] obſecundare in loco:

Ecce

NOTAE.

1 *Paulum.*] Faern. *paululum.*

2 *Dederis, unde utatur.*] Ut *quo* interdum poſitum eſt pro *unde*, ſic *unde* videtur hic uſurpari pro *quo*. idem enim eſt hic *unde utatur*, ac ſcaena praecedente v. 27.

Huic demus, qui fruatur.

Vim vero verbi optime explicat Donat. *de quo uſum fructum capiat, & cuius tibi ſortem reddat.*

3 *Iſtoc vilius.*] Negatio eſt floccum oſtendentis, ſubaudito, *quicquam non dabo.* ſic Donat. vide de eadem formula Soſip. Char. p. 180.

4 *Quod prolubium.*] Alii quod *proluvium.* ſic Nonius. ſed Donat. *prolubium*, cui accedo. *proluvium* enim maius quid quam *largitas*, ideoque praeponi ei non debuerat. fruſtra vero pro *proluvio* afferunt Caecilii verſum a Nonio laudatum in *Lactare*,

Quod proluvium, quae voluptas, quae te-lactat largitas?

cum ibi quoque *prolubium* legendum videatur. notum eſt *b* & *v* facile miſceri.

5 *Mea vita inviſa Aeſchine eſt.*] Faern. *inviſa eſt Aeſchine.* ſed ratio verſus exigit ut *eſt* ponatur poſt *Aeſchine.* & ſic ſex codd. Leng. & duo Boecleri.

6 *Obſecundare.*] Faern. *& obſecundare*, Donat. *& ſecundare.* ſed lectio iſta nequaquam placet, cum vox ea nuſquam alias

Ecce me, qŭi ĭd faciam vobis ‖. AE. tibi pater permittimus:
Plus ſcis quid facto opus eſt. ſet de ‖ fratre quid fiet? DE. ſino.
Habeat: in ĭſtac finem faciat ‖. MI. 7 iſtuc recte. Plaudite. 40

NOTAE.

alias occurrat apud Terentium, nec apud alios, quod ſciam, ſcriptores iſto ſenſu. *obſecundare* autem *in loco* Terentius ipſe dixit, Heaut. IV. VI. 22. *Qua cauſa id fiat. obſecundato in loco.* & vero cum Mureto inducendum cenſeo, cum & elegantius omitti videatur, & verſui ſit conſultius.

7 *Iſtuc recte.*] Haec Faernus cum aliis Aeſchino tribuit, ſed Donatus Micioni; quod rectius arbitror, tum ut aliquid reponat Micio ad id quod Demea ſupra dixerat, tum ut tandem inter fratres conveniat: alias Micio quaſi mutam perſonam in ipſo fabulae exitu ageret, nec aſſentiens nec diſſentiens ab iis quae a Demea dicta, cum tamen iis reſponſum fuerit ad id quod ipſe rogaverat. quid quod in adoleſcentis ore *iſtud recte* minus decorum ſit, cum filii ſit patri obſequi, eiuſque dicto audientem eſſe, non approbantis aut collaudantis partes ſibi ſumere.

HECY-

TILCK

HECYRA TERENTII.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEX. IUL. CAESARE CN. CORNELIO DOLABELLA AEDI. CURULIB. NON EST PERACTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA 1 MENANDRU. FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO CN. OCTAVIO T. MANLIO COS. RELATA EST. L. AEMILIO PAULO LUDIS FUNERALIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA EST Q. FULVIO L. MARCIO AEDILIB. CURULIB. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT.

Fabulae interlocutores.

PHILOTIS meretrix.
SYRA anus.
PARMENO ſervus.
LACHES ſenex.
SOSTRATA mulier.
PHIDIPPUS ſenex.
PAMPHILUS aduleſcens.
MYRRHINA mulier.
SOSIA ſervus.
BACCHIS meretrix.

NOTAE.

1 MENANDRU.] Alii, *Apollodoru*; & ſic Donatus. ſed & aliae magnae ſunt in hoc titulo codicum varietates, quibus recenſendis immorari non eſt operae pretium. quod ſequitur, FACTA EST, delendum arbitror, quid enim ſibi velit, neſcio, & mox verba illa, RELATA EST: L. AEMILIO PAULO LUDIS FUNERALIBUS, inducenda cenſeo, cum titulus ſine illis integer eſſe videatur, aut ea quae praecedunt a DATA SECUNDO; cum utrumque ſimul ſtare non poſſe quivis videat. pro *Funeralibus* autem melius alii codd. FUNEBRIBUS. ut in titulo Adelph.

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. Uxorem ducit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit,
Cuiuſque per vim quem detraxit anulum,
Dederat amicae Bacchidi meretriculae:
De'in profectus in Imbrum eſt, nuptam haut attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id ſciat ſocrus,
Ut aegram ad ſe ſe transfert. revenit Pamphilus:
* triſ. * Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt. pater incuſat Bacchidis
Amorem. dum ſe purgat Bacchis, anulum
Mater vitiatae forte adgnoſcit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

P. TERENTII

HECYRA.

PROLOGUS.

I. tr. HECYRA eſt huic nomen fabulaē: haec cum data
1 Eſt' nova, novum intervenit vitium, & calamitas,
Ut neque ſpectari, neque cognoſci potuerit:
Ita' populus ſtudio ſtupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc haec plane eſt pro nova :
Et is qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum poſſit vendere.
Alias cognoſtiseius : quaeſo hanc noſcite.

ALTER PROLOGUS.

I. tr. 2 ORATOR ad vos venio ornatu prologi :
* diſ. Sinite ' exorator ſim : * eodem ut iure uti ſenem
Liceat, quo iure ſim uſus aduleſcentior;
Novas qui exactas feci ut inveteraſcerent;

Ne

NOTAE.

1 *Eſt nova.*] Faern. cum aliis *eſt* ad finem praecedentis verſus attexuit, ſed verſus ratio poſtulat ut huic praeponatur.

2 *Orator ad vos.*] Sic Heaut. Prolog. ver. 11.
Oratorem eſſe voluit me, non prologum.

Ne cum poeta ſcriptura evaneſceret.
In his, quas primum Caecili didici novas,
Partim ſum earum exactus: partim vix ſteti.
* dif. Quia' * ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcaenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
* dif. * Eaſdem' agere coepi; ut = ab eodem alias diſcerem
Novas, ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfeci ut ſpectarentur: ubi ſunt cognitae,
Placitae ſunt. ita poetam reſtitui in locum,
Prope iam remotum iniuria adverſarium
Ab ſtudio, atque ab labore, atque arte muſica.
Quod ſi ſcripturam ſpreviſſem in praeſentia,
Et in' deterrendo voluiſſem operam ſumere,
Ut in otio eſſet, potius quam in negotio,
Deterruiſſem facile, ne alias ſcriberet.
* m. Nunc quid petam, * mea cauſa, aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium
Numquam agere licitum eſt; ita eam oppreſſit calamitas:
* m. * Eam' calamitatem veſtra intellegentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtrae induſtriae.
Cum primum eam agere coepi, pugilum gloria,
[1] (Funambuli eodem acceſſit exſpectatio:)
Comitum conventus, [2] ſtrepitus, clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in nova coepi uti conſuetudine,
In experiundo ut eſſem: refero denuo:
Primo actu placeo: cum interea rumor venit

Datum

NOTAE.

1 *Funambuli.*] Mirum eſt non vidiſſe interpretes haec parentheſi includenda eſſe, cum *pugilum gloria* non ad *acceſſit* ſed ad *Fecere*, referendum ſit.

2 *Strepitus.*] Donat. *ſtudium*, ſed codd. omnes, *ſtrepitus*, quod melius.

3 *Meae auctoritati.*] Vehementer ſuſpicor pro *meae auctoritati*, legendum eſſe, *Induſtriae meae*, ut v. 24.

——*ſi erit adiutrix noſtrae induſtriae.*

vide etiam Prol. Ad. v. 25. quod certe modeſtius, & actorem magis decuit.

4 *Si numquam avare.*] Hoc verſu cum duobus qui ſequuntur idem actor uſus eſt in Prol. etiam Heaut. v. 48. quem vide.

5 *Pretio emptas meo.*] Aeſtimatione a me facta, quantum aediles darent, & proinde

Datum iri gladiatores: populus convolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
*m. Ego in'terea * meum non potui tutari locum.
Nunc turba non eſt: otium, & ſilentium eſt:
Agendi tempus mihi datum eſt: vobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcaenicos.
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere ad paucos: facite, ut veſtra auctoritas
*m. * 3 Meae au'ctoritati fautrix, adiutrixque ſit.
4 Si numquam avare pretium ſtatui arti meae;
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maxumum,
Quammaxume ſervire voſtris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in voſtram commiſit fidem,
*m. Ne * eum' circumventum inique iniqui inrideant.
*m. * Mea' cauſa cauſam accipite, & date ſilentium,
Ut libeat ſcribere aliis, mihique ut diſcere
Novas expediat poſthac, 5 pretio emptas meo.

NOTAE.

proinde me periclitante, ſi abiecta fabula a me pretium quod poetae numeraverint, repetant. ſic Donatus, atque huic ſententiae accedit doctiſs. Daceria; ſed haec verba iſtum ſenſum ferre poſſe nemo mihi perſuaſerit. ſi Mer. Caſaubono credimus, fabulas interdum hiſtriones, interdum aediles (ſi ludi erant publici) emerunt. quidni vero putemus utroſque, & aediles & hiſtriones, eiuſdem fabulae emptores fuiſſe? eſto enim, emerint aediles; at ſi integrum poetae reliquerunt, ad quem hiſtrionum gregem fabulam deferret, cenſendum eſt poetam hoc iure ſuo uſum, non gratis, ſed pretio quam potuit maximo fabulam huic vel illi gregi agendam dediſſe. Caſauboni enim ſententiam evertere videtur, quod haec ipſa fabula ab actore empta ſit, cum tamen ludi publici eſſent, quibus agenda erat, ut ex titulo patet.

ACTUS

ACTUS I. SCAENA I.

PHILOTIS meretrix. SYRA anus.

PHILOTIS.

I. tr. 1 PER pol quam paucos reperias meretricibus
Fidelis evenire amatores Syra.
Vel hĭc ' Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi,
Quam ſancte, ut quivis facile poſſet credere,
Numquam illa viva [2] ducturum uxorem domum:
Em duxit. SY. ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam [3] miſereat:
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemque nacta ſis.
PH. Utĭn eximium neminem habeam? SY. neminem.
Nam nemo illorum quiſquam ſcito ad te venit,
Quin' ita paret sē, abs te ut blandiciis ſuis
* m. Quam minimo pretio * ſuam voluptatem expleat:
[4] Hiſcin tŭ amabo non contra inſidiabere?
PH. [5] Tamĕn' pōl eandem iniuriumſt eſſe omnibus.
SY. Iniurium autem eſt ulciſci adverſarios?
* dif. Aut qua via te captent, * eadem ipſos capi?
Eheu me miſeram, cur non aut iſtaec mihi
Aetas & forma eſt, aut tibi haec ſententia?

SCAENA

NOTAE.

1 *Per pol quam paucos.*] i. e. Perquam paucos. ſic And. IV. II. 6.
Per ecaſtor ſcitus puer eſt natus Pamphilo.

2 *Ducturum uxorem.*] Sex e Leng. codicibus, *uxorem ducturum*, quae mihi videtur melior collocatio. ſic, I. II. 60.
----uxorem deducit domum, & v. 71.
----uxorem duxiſſet domum.

3 *Miſereat.*] Sic Donatus & codd. fere omnes. Faernus librum Bemb. ſequi maluit legentem *miſereas*; quod miror, cum nec Terentius nec eo antiquior Plautus uſquam id verbum ea forma efferant. vid. I. II. 54.

4 *Hiſcin'*] Faern. *Hiſcine.*

5 *Tamen pol.*] Cum *pol* plerumque corripiatur, nec recte tamen medium hic

SCAENA II.

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

PARMENO.

I. tr. SENEX ſi quaeret me, modo iſſe dicito
Ad portum, percontatum adventum Pamphili.
Audin quid dicam, Scirte? ſi quaeret me, uti
Tum dicas: ſi non quaeret, nullus dixeris:
Alias ut uti poſſim cauſa hac integra.
Set videon ego Philotium? unde haec advenit?
Philotis ſalve multum. PH. o ſalve Parmeno.
SY. Salve mecaſtor Parmeno. PA. & tu edepo lSyra.
Dic mihi [6] Philotis, ubi te oblectaſti tamdiu?
PH. Minime! equidem me oblectavi, quae cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſumo:
Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli.
PA. Edepol te deſiderium Athenarum arbitror
Philotium cepiſſe ſaepe: & te tuum
Conſilium contempſiſſe. PH. non dici poteſt,
Quam cupida eram huc redeundi: abeundi a milite:
Voſque hic videndi, antiqua ut conſuetudine
Agitarem inter vos libere convivium:
[7] Năm ĭlli' haut licebat niſi praefinito loqui,
Quăe ĭlli placerent. PA. haut opinor commode
Finem ſtatuiſſe orationi militem.
PH. Sed' quid hŏc negoti eſt? modo quae narravit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego numquam credidi
Fore,

NOTAE.

hic locum occupet in pede dactylico, ſuſpicor in verſu mendum latere, & poſt *eandem* excidiſſe *me*, & proinde legendum eſſe,

Tamĕn' pŏl eandem me iniurium eſt eſſe omnibus.

6 *Philotis, ubi.*] Ut verſus conſtet, pro *Philotis* Muretus legit *Philoti*, abſque codicum auctoritate, & contra Terentii morem, qui in nominibus propriis terminatione Graeca nuſquam utitur. ſi inverſo ordine legas, *ubi Philotis*, verſus optime procedet.

7 *Nam illi.*] *Illi* eſt pro *illic*, ut ſaepe alias.

Fore, ut' ille hac viva poſſet animum inducere
Uxorem habere. PA. habere autem? PH. eho tu, an non habet?
PA. Habet: ſet firmae hae vereor ut ſint nuptiae.
PH. Ita dĭ deaeque faxint: ſi in rem eſt Bacchidis.
Set quĭ ĭſtuc credam ita eſſe? dic mihi Parmeno.
PA. Non eſt opus prolato: hoc percontarier
* m. Deſiſte. PH. nempe * ea cauſa, ut ne id fiat palam.
Ita' me dĭ amabunt, haut propterea te rogo,
Ut hŏc' proferam, ſet ŭt = tacita mecum gaudeam.
PA. Numquam tam dices commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. PH. ah noli Parmeno,
Quaſi tu non multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego' quae percontor, ſcire. PA. vera haec praedicat:
Et ĭllud mihi vitiumſt maxumum. ſi mihi fidem
Das, te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis.
Fidem do: loquere. PA. auſculta. PH. iſtic ſum. PA. hanc Bacchidem
Amabat, ut cum maxime, tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et haec communia omnium quae ſunt patrum,
Se ſe ſenem eſſe dicere, illum autem unicum:
Praeſidium velle ſe ſenectuti ſuae.
Ille' ſe primo negare. ſet poſtquam acrius
Pater inſtat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin an ne amori obſequeretur magis.
Tundendo atque odio denique effecit ſenex:
* m. Deſpondit * ei gnatam hŭiŭs vicini proxumi.
Uſque illud viſum eſt Pamphilo ' nĕutiquam grave;
Donec iam in ipſis nuptiis, poſtquam videt
Paratas: nec moram ullam, quin ducat, dari,
Ibi' demum ita aegre tulit, ut ipſam Bacchidem,
Sĭ ad'eſſet, credo ibi eius conmiſereſceret.

Ubi-

NOTAE.

1 *Nĕutiquam.*] Prima in *neutiquam* alias etiam corripitur. vid. Andr. II. I. 30. & Heaut. II. III. 116.

2 *Set*

Ubìcunque datum erat ſpatium ſolitudinis,
Ut conloqui mecum una poſſet: Parmeno,
Perii. quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmenō. perii miſer.
* m. † dif. PH. At te di * deaeque † perduint cum iſto odio Laches.
PA. Ut ăd' pauca redeam, uxorem deducit domum.
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quae conſecutaſt nox eam, nihilo magis.
PH. Quid ais? cum virgine una aduleſcens cubuerit
Plus potus, ſeſe illa abſtinere ut potuerit?
Non veriſimile dicis: nec verum arbitror.
PA. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit
Niſi' cupiens tui: ille invitus illam duxerat.
* dif. PH. Quid * deinde fit? PA. diebus ſane pauculis
Poſt, Pamphilus me ſolum ſeducit foras;
Narratque, ut virgo ab ſe integra etiam tum ſiet;
Seque ante -, quăm eam uxorem duxiſſet domum,
Speraſſe eas tolerare poſſe nuptias.
a Set quam decrerim me non poſſe diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi ab ſuis,
Neque ho'neſtum mihi, neque utile ipſi virgini eſt.
PH. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
PA. Hoc' ego proferre, incommodum mihi eſſe arbitror:
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viti,
Superbum eſt: ſet illam ſpero, ubi hoc cognoverit,
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram denique.
PH. Quid ĭn'terea? ibat ne ad Bacchidem? PA. cotidie:
Set ut fit, poſtquam hunc alienum ab ſeſe videt,
Maligna multo, & magĭs procax facta ilico eſt.
PH. Non edepol mirum. PA. atque ea res multo maxume
Diſiunxit illum ab illa; poſtquam & ipſe ſe,

Et

NOTAE.

a *Set quam.*] Sic codd. mihi vero haud paulo melius videtur, *ſet quum.*

Et illam, & hanc quae domi erat, cognovit satis,
* dis. Ad ex'emplum ambarum mores * earum existimans.
Haec, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta; incommoda, atque iniurias
Viri omnis ferre; & tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordia
Devinctus, partim victus huius iniuriis,
1 Paulatim elapsust Bacchidi, atque huc transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horunce. 2 ea ad hos rediebat lege hereditas.
Eo a'mantem invitum Pamphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre hic uxorem: nam senex
Rus abdidit se: huc raro in urbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
PA. Nunc audies. primo dies compluſculos
Bene conveniebat sane inter eas. interim
Miris modis odisse coepit Sostratam:
Neque lites ullae inter eas, postulatio
Numquam. PH. quid igitur? PA. si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu ilico,
Videre nolle: denique ubi non quit pati,
Simulat se ad matrem accersi ad rem divinam, abit;
*m. Ubi illic * dies est compluris, accersi iubet;
* dis. Dixere causam tum * nescio quam. iterum iubet;
Nemo remisit. postquam accersunt saepius,
Aegram esse simulant mulierem. nostra ilico

It

NOTAE.

1 *Paulatim elapsust.*] Faern. *elapsus.* sed omnes fere codd. *elapsus est*, quod & sententia exigit.

2 *Ea ad hos.*] Sic Andr. IV. V. 4.
Eiŭs' morte EA *ad me* LEGE REDIERUNT *bona.*

3 *Pro deum,*] Versus est I. t. a. ut sequentes, prima syllaba correpta; qualis hic Andr. I. III. 20.
Mihi quidem' hercle non fit verisimile atque " *ipsis commentum placet.*
ubi *mihi*, quod in monosyllabum contrahitur, ut solet, pro brevi etiam habetur.

4 *Itaque adeo.*] Nihil hic Faern. quod miror, cum versus plane laborare videatur. si verba recte se habent, ultima in *socrus* pro correpta habenda est, (quod in dissyllabis quorum prima brevis est, saepe factum est, cuiusque exemplum in versu proxime sequente habemus) & tum versus erit I. tr.

It viſere ad eam : admiſit nemo. hoc ubi ſenex
Reſcivit, heri ea cauſa rure huc advenit,
Patrem continuo convenit Philumenae,
Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio :
Niſi ſane curae eſt, quorſum eventurum hoc ſiet.
Habes omnem rem; pergam quo coepi hoc iter.
PH. Et' quidem ego: nam conſtitui cum quodam hoſpite
Mĕ ĕſſe' illum conventuram. PA. di vortant bene
Quod agas. PH. vale. PA. & tu bene valē Philotium.

ACTUS II. SCAENA I.

LACHES. SOSTRATA.

LACHES.

I. t. a. 3 PRŏ Deum' atque hominum fidem, quod hŏc genus eſt ||, quae haec eſt coniuratio?
Utĭn' omnes mulieres eadem aeque || ſtudeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quiequam ab aliarum || ingenio ullam reperias?
4 Itaque' adeo uno animo omnes [omnino ||] ſocrus oderunt nurus. 5
5 Virĭs' eſſe advorſas, aeque ſtudium eſt ||, ſimilis pertinaciaſt.
In e'odemque omnes mihi videntur || ludo doctae ad malitiam.
* m. * Ei ludo, 6 ſi ullus eſt, magiſtram hanc || eſſe ſatĭs certo ſcio.

so. Me

NOTAE.

tr. quales tetrametris immiſceri alias vidimus; nec longe abeſt exemplum, vid. v. 19. hic tamen mihi admodum veriſimile videtur poſt *omnes* excidiſſe *omnino*, quod & verſum integritati ſuae reſtituit, & ſententiam emphaſi ſua non parum adiuvat. ſic Adelph. V. IX. 33.

Quia non iuſta, iniuſta prorſus || OMNIA OMNINO *obſequor.*

5 *Virĭs.*] Secundam in *viris* corripuit quoque Plautus, etiam ante conſonam, Pſeud. I. II. 41.

VIRIS *cum ſummis inclytae amicae* || *nunc ego ſcibo atque hodie experiar.*

6 *Si ullus eſt.*] Haec lectio nemini, quod ſciam, diſplicuit: ſed aut plurimum fallor, aut legendum eſt, *ſi ulla eſt*, cum de mulierum ludo, nec de magiſtro, ſed magiſtra ei praepoſita, loquatur Laches. tum vero, ut conſtet verſus, *ei* erit diſſyllabum.

I. tr. so. Me miſeram, quae nunc, quamobrem accuſer, neſcio. LA. hem,
Tu neſcis? so. ' non, ita me di bene ament mi Laches,
I. t. a. Itaque ' una inter nos agere aetatem " liceat. LA. di mala prohibeant.
SO. Meque ' abs te inmerito eſſe accuſatam ", poſtmodo reſciſces. LA. ſcio:
Te inmerito? an quicquam prŏ iſtis factis " dignum te dici poteſt?
Quae me ', & te, & 2 familiam dedecoras ", filio luctum paras.
Tum autem ', ex amicis inimici ut ſint " nobis adfines, facis:
* m. Qŭi illum decrerunt dignum, * ſuos cui " liberos committerent.
Tu ſola exorere, quae perturbes " haec, tua inpudentia.
so. 3 Egŏn'? LA. tu inquam mulier, quae me omnino " lapidem, non hominem putas.
4 An, quia ruri crebro eſſe ſoleo ", neſcire arbitramini
I. tr. Quo quiſque pacto hic vitam voſtrarum exigat?
I. t. a. 5 Multo melius hic quae fiunt ", quam illic ubi ſum adſidue, ſcio:
*diſ. T.t. c. Ideo quia, ŭt vos mihi domi eritis ", * proinde ego - ero fama foris.
* m. Iampridem equidem audivi cepiſſe " odium * tui Philumenam:
Minimeque adeo mirum; &, ni id fe"ciſſet, magis mirum foret.
Set non credidi adeo, ut etiam " totam hanc odiſſet domum:
Quod ſi ſciſſem, illa hic maneret " potius, tu hinc iſſes foras.
At vidĕ, quam inmerito aegritudo haec " oritur mihi abs te Soſtrata:
* m. Rus habitatum abii, concedens " vobis, & * rei ſerviens;
Sumptus veſtros, otiumque ut " noſtra res poſſet pati,

* Meo

NOTAE.

1 *Non, ita me dii bene ament.*] Faern. *non, ita me dii ament.* & ſic inquit Donatum legiſſe; ſed Donati editiones duae antiquiſſimae habent, *bene ament*; & *bene* ad verſum ſuſtentandum neceſſarium eſt, niſi *non*, quo vehementius neget, gemines, aut pro *ament* legas *amabunt*.

2 *Familiam dedecoras.*] Faern. ex cod. Bemb. *familiam omnem.* ſed verſus reſpuit, nec alii codd. agnoſcunt, ideoque inducendum putavi. vid. Heaut. IV. VIII. 4.

3 *Egŏn*] Faern. *egone*, quod verſus pati nequit.

4 *An quia ruri.*] Verſus eſt I. t. a. ut prae-

*m * Meo labori haut parcens, praeter ‖ aequom, atque aetatem meam.
Non te pro his curaſſe rebus‖, ne quid aegre eſſet mihi?
so. Non mea opera, neque pol culpa e‖venit. LA. immo maxume:
*dif. Sola hic * fuiſti: in te omnis haeret ‖ culpa, ſola Soſtrata.
Quae hic erant curares; cum ego vos ‖ ſolvi curis ceteris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe ‖ inimicitias non pudet?
Illĭus dices culpa factum. so. haut ‖ equidem dico mi Laches.
LA. Gaudeo, ita me dĭ ament, gnati ‖ cauſa: nam de te quidem
Satĭs ſciō, peccando detri‖menti nihil fieri poteſt.
so. Qui ſcis, an ea cauſa mi vir ‖ me odiſſe adſimulaverit,
Ut cum matre plus una eſſet ‖? LA. quid ais? non ſigni hoc ſat eſt,
Quod heri nemo voluit viſentem ‖ ad eam te intro admittere?
*dif. †m. so. Enĭm laſſam oppido tum eſſe * aiebant ‖: eo ad † eam non admiſſa ſum.
*m. LA. * Tuos eſſe ego ĭlli mores morbum ‖ magĭs quam ullam aliam rem arbitror:
Et merito adeo: nam voſtrarum ‖ nulla eſt, quin gnatum velit
Ducere uxorem: & quae vobis ‖ placita eſt condicio, datur:
*dif. Ubi duxere inpulſu veſtro‖, veſtro inpulſu * eaſdem exigunt.

SCAENA II.

PHIDIPPUS. LACHES. SOSTRATA.

PHIDIPPUS.

I. t. c. ET' ſi ſcio - ego Philumena meum ‖ ius eſſe, ut te cogam,
Quae ego' imperem facere =: ego tamen patrio ‖ animo victus faciam,
Ut

NOTAE.

praecedentes, conſtans ex ditrochaeo impuro, & Iamb. trimetro, ut Eun. V. VIII. 1.

O populares = ecquis me vivit ‖ hodie fortunatior.

5 *Multo melius.*] Verſus eſt I. t. a. conſtans ex dimetro troch. acatal. & Iambico dim. acat. quales multi apud Plautum; ſed in Terentio hic fere unicus eſt, in quem cadit iſta ſectio. Muretus pro *illic* legit *illi*, quo verſus fit T. t. c.

Ut tibi concedam, neque tuae li|bidini adverſabor.
Atque eccum Phidippum optume video|: hinc iam ſcibo quid
*m. * ſiet.
*m. Phidippe, & ſi ego * meis = me omnibus ſcio ĕſſe | adprime obſequentem,
Set non adeo ut mea = facilitas cor|rumpat illorum animos:
Quod tu sĭ idem face-res, magis in rem & | noſtram, & voſtram id eſſet.
Nunc video in illa-rum poteſtate | eſſe te. PH. heia vero.
LA. Adi'ı tĕ heri de = filia: ut veni |, itidem incertum amiſti.
Haut ita decet, ſi perpetuam vis | eſſe adfinitatem hanc,
Celare te iras. ſi quid eſt pec|catum a nobis, profer:
Aut ea refellendo, aut purgando |, vobis corrigemus
Te iudice ipſo. ſin ea eſt cau|ſa retinendi aput vos,
Quia aegra eſt: te mihi iniuriam facere | arbitror Phidippe,
*m. Si metuis ſatis ut * meae domi cu|retur diligenter.
At' ta me dĭ ament, haut tibi hoc con|cedo, & ſi illi pater es,
Ut tŭ illam ſalvam magĭs velis, quam ego: id | adeo gnati cauſa:
Quĕm ego' intellexi illam = haut minus quam | ſe ipſum magnificare.
Neque' adeo clam me eſt, quam eſſe eum gravi|ter laturum credam,
*m. Hoc ſi reſcierit. * eo domum ſtudeo | haec, priŭs quam ille, ut redeat.
PH. Laches, & diligentiam veſtram | & benignitatem
Novi: & quae dicis, omnia eſſe, ut | dicis, animum induco:
Et te' hoc mihi cupio credere: illam ad | vos redire ſtudeo,
Si facere poſſim ullo modo. LA. quae | res te facere id prohibet?
Eho', numquidnam accuſat virum? PH. mini|me: nam poſtquam attendi
Magis, & vi coepi cogere, ut re|diret, ſancte adiurat,

Non

NOTAE.

1 *Nemini ego.*] *i* medium in *nemini* eliditur, ut fiat diſſyllabum, quod & a Plauto factum Poenul. V. VI. 11. NEMINEM *venire = qui iſtas aſſereret manu.*

idem

Non poſſe aput vos Pamphilo ſe ab‖ſente perdurare:
Aliud fortaſſe aliis vitii eſt: ego ‖ ſum animo leni natus:
Non poſſum advorſari meis. LA. hem ‖ Soſtrata. SO. heu me miſeram.
LA. Certum ne eſt iſtuc? PH. nunc quidem ut vi‖detur: ſet nunquid vis? 30
Nam eſt ' quod me tranſire ad forum iam o‖porteat. LA. eo tecum una.

SCAENA III.

SOSTRATA.

T.t.c. EDEPOL ne nos ſumus inique aeque ‖ omnes inviſae viris,
Propter paucas: quăe ŏmnes faciunt ‖ dignae ut videamur malo.
Nam ita me dĭ ament, quod me accuſat ‖ nunc vir, ſum extra noxiam.
Set non facile eſt expurgatu: ita ‖ animum induxerunt ſocrus 4
Omnis eſſe iniquas. haut pol ‖ me quidĕm: nam numquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata ‖: nec, qui hoc mihi eveniat, ſcio.
Niſi pol filium multimodis ‖ iam exſpecto ut redeat domum.

ACTUS III. SCAENA I.

PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.

PAMPHILA.

*dif. T.t.a. 1 * NEMINI ego - plura acerba credo eſſe ‖ ex amore homini umquam oblata,
T. t. c. Quam mihi -. heu me infelicem, hancine ego ‖ vitam parſi perdere?

Hacin

NOTAE.

idem in verſu ſequente fit in *hancine*. vel legendum *hancne* ut in Plauti Men. V. IX. 79. —*hancne dicis*? ſed ibi forſan pro *hancne* legendum, *hancine*.

Hacine cauſa ego eram tantopere ' cupidus redeundi domum?
I. t. h. ' Cui' quanto fuerat praeſtabilius ', ubivis gentium agere aetatem,
T. t. c. Quam huc redire? atque haec ita eſſe ' miſerum me reſciſcere? 5
Nam nos omnes, quibus eſt alicunde ' aliquis obiectus labos,
Omne quod eſt interea tempus ' priŭſquam id reſcitumſt, lucroſt.
PAR. At ſic citius qui te expedias ' his aerumnis, reperias.
T. t. a. Si non ² rediiſſes, hāe irae ' factae eſſent multo ampliores:
Set nunc adventum tuum ambas ' Pamphi-le ſcio reverituras. 10
Rem cognoſces: iram expedies ': rurſum in gratiam reſtitues:
T. t. c. Levia ſunt, quae tu pergravia eſſe ' in animum induxti tuum.
I. t. a. PAM. Quid conſolare me? an quiſquam uſquam ' gentiumſt aeque miſer?
Priŭs' quam hanc uxorem duxi, habebam alibi ' animum amori deditum:
Iam in ' hac re, ut taceam, cuivis facile ' ſcitu eſt, quam fuerim miſer: 15
*m. Tamen numquam auſus ſum recuſare ' *eam, quam mihi obtrudit pater.
Vix me illi abſtraxi, atque inpeditum in ea ' expedivi animum meum:
Vixque ' huc contuleram, em nova res ortaſt ', porro ab hac quae me abſtrahat.
*m. Tum matrem ex *ea re me, aut uxorem in 'culpa inventurum arbitror:
Quod cum ' ita ĕſſe in-venerō, quid reſtat ', niſi porro ut fiam miſer? 20
Nam matris ferre iniurias me ' Parmenō pietas iubet:

Tum

NOTAE.

1 *Cui quanto.*] Verſus eſt I. t. h. vid. Heaut. III. III. 13.

2 *Rediiſſes.*] Faern. *rediſſes.*

3 *At quidem hercle.*] Cui non placet haec verſum dimetiendi ratio, poſſit primam in *hercle* corripere; ſed prius malim, cum ſit longe uſitatius.

4 *Itidem illae.*] Faernus cenſet verſum non conſtare poſſe, niſi *mulieres* triſyllabum facias. ſed iſta ratio nec neceſſaria, nec commoda. fit quidem aliquoties apud Plautum iſtiuſmodi contractio, ſed nuſquam in Terentio; & ſi admitteretur, numeros penitus corrumperet. vera verſum ſuſtentandi ratio eſt ultimam in *levi* corripere; quod ſaepe fieri in diſſyllabis quorum prima brevis eſt, dixi ad II. I. 5. in hac ipſa voce fecit Plaut. Perſ. II. II. 61.

---*omnes*

*m. Tum uxori obnoxius ſum : ita olim ‖ * ſuo me ingenio pertulit:
*m Tot * meas iniurias quae numquam in ‖ ullo patefecit loco.
Set magnum neſcio quid neceſſe eſt ‖ eveniſſe Parmeno,
Unde ira inter eas interceſſit ‖, quae tam permanſit diu.
PAR. 3 At quidem ' hercle parvom : ſi vis vero ‖ veram rationem exſequi,
Non maxumas, quae maxumae ſunt ‖ interdum irae, iniurias
Faciunt: nam ſaepe eſt quibus in rebus ‖ alius ne iratus quidem eſt ;
*dif. Cum de * eadem cauſa, eſt iracundus ‖ factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe quam pro levibus ‖ noxiis iras gerunt ?
*m. Quapropter? quia enim qui * eos gubernat ‖ animus, infirmum gerunt.
4 Itidem 'illae mulieres ſunt ferme, ut ‖ pueri, levĭ ſententia:
Fortaſſe unum aliquod verbum inter eas ‖ 5 irām hanc conciverit.
PAM. Abĭ ' Parmeno intro, ac me veniſſe ‖ nuntia. PAR. hem, quid hoc eſt? PAM. tace.
Trepi'dari ſentio, & curſari ‖ rurſum prorſum. PAR. agedum, ad fores
Accedo propius. hem, ſenſiſtin ‖ ? PAM. noli fabularier.
Pro Iuppiter, clamorem audivi ‖. PAR. tu te loqueris, me vetas ?
MY. Tace obſecrō mea gnata. PAM. matris ‖ vox viſaſt Philumenae.
Nullus ſum. PAR. qui dum? PAM. perii. PAR. quamobrem ‖ ? PAM. neſcio quod magnum malum
Profecto Parmenō me celas ‖. PAR. uxorem Philumenam
Pavitare neſcio quid dixerunt ‖: id ſi forte eſt, neſcio.
PAM. Interii: cur mihi id non dixti ‖ ? PAR. quia non poteram una omnia.

PAM. Quid

NOTAE.

---- *omnes ſunt lenae levĭ fide.* ſic enim ibi legendum, non *levifidae.*

5 *Iram hanc conciverit.*] Legitur, inquit vetus interpres, & *conciviſſe*; nam veteres *fortaſſe* infinitivo modo adiungebant. ſic ille, & exemplum affert ex Plauto quod hodie nuſquam in fabulis eius legitur, ſed alia ſuperſunt apud eum eiuſdem conſtructionis exempla. vid. Merc. IV. IV. 42. & Poenul. V. II. 44. & ſic verſus erit I. t. c. ſin legas *conciverit*, T. t. a. ut ceteri, ultima in *iram* non eliſa; ſed vera forte lectio eſt, *iram omnem hanc*, quod melius reſpondet ad *unum aliquod verbum*; & tum nulla licentia opus eſt.

PAM. Quid morbi eſt? PAR. neſciō. PAM. quid? nemon ‖ medicum adduxit? PAR. neſcio.

PAM. Ceſſo hinc ire intro, ut hoc quamprimum ‖, quidquid eſt, certo ſciam?

I. t. c. Quonam modo Philumena mea ‖ nunc te offendam adfectam? Nam ſi periclum ullum in te ineſt, pe‖riſſe me una haut dubium eſt.

I. tr. PAR. Non uſus facto eſt mihi nunc hunc intro ſequi:
Nam inviſos omnis nos eſſe illis ſentio.
Herĭ ′ nemo voluit Soſtratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus ſiet,
Quod ſane nolim, maxume eri cauſa mei;
Servom ilico introiſſe dicent Soſtratae,
Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,
*m. Capiti atque aetati illorum, morbus qui auctŭs * ſiet.
Era ĭn′ crimen veniet, ego vero in magnum malum.

SCAENA II.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.

SOSTRATA.

*dif. I. t. c. *Ne′sciō quid iamdudum audio hic tu‖multuari miſera:
Male′ metuo, ne Philumenae magĭs ‖ morbus adgraveſcat:
Quod te Aeſculapi, & te Salus, ne ‖ quid ſit huius, oro.
Nunc ad eam viſam. PAR. heus = Soſtrata. so. hēm. PAR. iterum ‖ iſtinc excludere.
so. Ehĕm′ Parmenō, tun hic eras? peri‖i, quid faciam miſera?
Non viſam uxorem Pamphili, cum in ‖ proximo hic ſit aegra?
PAR. [2] Non viſas, ne mittas quidem vi‖ſendi cauſa quenquam.
Nam quĭ amat cūi odio ipſus eſt, bis ‖ facere ſtulte duco,
Laborem inanem ipſus capit, & il‖li moleſtiam adfert.

Tum

NOTAE.

1 *Mi redit.*] Faern. *Rediit*, ſed melius *redit*, gemino *i* in unum contracto.

2 *Non viſas*;] Sci Faern. aliique omnes: ſed cum interrogatione legendum, niſi plurimum fallor.

3 *Nam ſi remittent.*] Malim cum Donato

Tum filius tuus introiit vi‖dere, ut venit, quid agat.
*m. so. Quid * ais? an venit Pamphilus? PAR. ve‖nit. so. dis gratiam habeo.
Hĕm, ĭs'toc verbo animus ı mihi redit, & ‖ cura ex corde excessit.
*trif. PAR. Iäm e'a te causa maxime nunc ‖ huc * introire nolo:
3 Nam si remittent quippiam Phi‖lumenam dolores,
Omnem rem narrabit, sciō, con‖tinuo sola soli,
Quae ĭnter vos intervenerīt, unde ‖ ortum est initium irae:
Atque eccum video ipsum egredi. 3 quam ‖ tristis est. so. o mi gnate.
PAM. Mea mater, salve. so. gaudeō ve‖nisse salvom. salvan
Philumena est? PAM. meliuscula est. so. utinam ‖ istuc ita di faxint.
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam ‖ tristis? PAM. recte mater.
*m. so. Quid * fuit tumulti? dic mihi: an do‖lor repente invasit?
PAM. Ita factumst. so. quid morbi est? PAM. febris. so. co‖tidiana? PAM. ita aiunt.
I sodes intro, consequar iam ‖ te mea mater, so. fiat.
*m PAM. Tu pueris curre Parmeno obviam ‖, atque * eis onera adiuta.
PAR. Quid? non sciunt ipsi viam, do‖mum qua redeant? PAM. cessas?

SCAENA III.

PAMPHILUS.

*dif. T. t. c. NEQUEO * mearum rerum initium ullum ‖ invenire idoneum,
Unde exordiar narrare ‖, quae nec opinanti accidunt,
Partim quae perspexi his oculis ‖, partim quae accepi auribus:
Qua me propter exanimatum ‖ citius eduxi foras.
Nam modō me intro ut corripui ‖ timidus, alio suspicans
Morbo

NOTAE.

nato legere *Philumenae*; *Philumenam* enim errori librariorum deberi arbitror, ut *disciplinam*, positum est pro *disciplinae*. Eun. II. II. 32.

3 *Quam tristis est.*] Pronuntiandum, *quam trist est*, is finali extrito, quod saepe fieri in Plauto dixi ad Adelph. V. IX. 4.

Morbo me viſurum adfectam ac ‖ ſenſi eſſe uxorem, ei mihi,
Poſtquam me aſpexere ancillae ad‖veniſſe, ilico ŏmnes ſimul
Laetae exclamant, venit, id quod ‖ me repente aſpexerant.
Set continuo voltum earum ‖ ſenſi inmutari omnium,
Quia tam incommode illis fors ob‖tulerat adventum meum.
Una illarum interea propere ‖ praecucurrit, nuntians
Me veniſſe: ego eiŭs videndi ‖ cupidus, recta conſequor.
Poſtquam intro adveni, extemplo eius ‖ morbum cognovi miſer:
Nam neque, ut celari poſſet ‖, tempus ſpatium ullum dabat:
Neque voce alia, ac [1] res monebat ‖ ipſa, poterat conqueri.
Poſtquam aſpexi, o facinus indignum ‖ inquam: & corripui ilico
Me inde lacrumans, incredibili re ‖, atque atroci percitus.
Mater conſequitur: iam ut limen ‖ exirem, ad genua accidit,
Lacrumans miſera: miſeritum eſt. pro‖fecto hoc ſic eſt, ut puto.
Omnibŭs nobis ut res dant ſeſe ‖, ita magni atque humiles ſumus.
Hanc habere orationem ‖ mecum principio inſtitit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem haec ‖ abierit, cauſam vides:
Nam vitium eſt oblatum virgini ‖ olim ab neſcio quo inprobo.
Nunc huc confu=git, tĕ ătque alios ‖ partum ut celaret ſuum.
Set cum orata eius reminiſcor ‖, nequeo quin lacrumem miſer.
Quaeque fors fortuna eſt, inquit ‖, nobis quae te hodie obtulit,
Per eam te obſecramus ambae ‖, ſi ius, ſi fas eſt, uti
Advorſa eius per te tecta ‖, tacitaque aput omnes ſient.
*m. Si umquam erga te animo eſſe amico ‖ [2] ſenſti * eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam, te, ut ‖ ſibi des prŏ illa, nunc rogat:
Ceterum de redducenda id ‖ facias, quod ĭn rem ſit tuam.
Parturire eam, neque gravidam eſſe ‖ ex te, ſolus conſcius.
Nam aiunt tecum poſt duobus ‖ concubuiſſe menſibus.
Tum, poſtquam ad te venit, menſis ‖ agitur hic iam ſeptimus:
Quod te ſcire, ipſa indicat res ‖. nunc ſi potis eſt Pamphile,
Maxime

NOTAE.

1 *Res monebat ipſa, poterat.*] Faern. cum aliis diſtinguit poſt *monebat*, ſed mihi ſatius videtur diſtinctionem ponere poſt *ipſa*, ut iungatur cum *res*, ut v. 35. *ipſa indicat res.*

2 *Senſti:*] Faern. *ſenſiſti*, ſed melius *ſenſti*, ut IV. I. 45. ----*ſenſti eſſe in eo.* & And. V. III. II. ----*demum ſenſti?*

3 *Me*

Maxime volō, doque operam, ut ‖ clam eveniat partus patrem :
Atque adeo omnis. ſet ſi fieri id ‖ non poteſt quin ſentiant,
Dicam abortum eſ=ſe : ſcio nemini ‖ aliter ſuſpectum fore,
Quin, quod veriſimile eſt, ex te ‖ recte eum natum putent.
Continuo exponetur: hic tibi ‖ nihil eſt quicquam incommodi:
Et illi miſerae, indigne factam in‖iuriam contexeris.
Pollicitus ſum; & ſervare in eo ‖ certumſt, quod dixi, fidem.
Nam de redducenda, id vero ‖ neutiquam honeſtum eſſe arbitror :
Nec faciam; & ſi 3 mĕ amor graviter ‖, conſuetudoque eĭŭs tenet.
Lacrumo, quae poſt hac futuraſt ‖ vita, cum in mentem venit,
Solitudoque, o fortuna, ut ‖ numquam perpetuo es bona.
Set iam prior amor me ad hanc rem ex‖ercitatum reddidit.
I. t. a. Quem ego ′ tum conſilio, miſſum feci: i‖dem nunc huic operam dabo.
I. tr. Adĕſt ′ Parmenō cum pueris : hunc minimeſt opus
In hac re adeſſe : nam olim ſoli credidi,
Ea me abſtinuiſſe in principio, cum data eſt:
Vereor, ſi clamorem eius hic crebro audiat,
Ne parturire intellegat. aliquo mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

SCAENA IV.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.

PARMENO.

*m. I. tr. * AIN′ tu tibi hoc incommodum eveniſſe iter?
SO. Non hercle verbis Parmenō dici poteſt
Tantum, quam re ipſa navigare incommodumſt.
PAR. Ita ne eſt? so. o fortunate, neſcis quid mali

Prae-

NOTAE.

3 *Me amor graviter.*] Sic Donat. & codd. fere omnes. Faern. omittit *me*, putans id verſum poſtulare, neſcius nimirum primam in *eius* corripi. *conſuetudo* autem & *amor* eodem modo coniuncta ſunt, Andr. I. V. 43.

Ut neque me conſuetudo, neque amor,

Praeterieris, qui numquam es ingreſſus mare.
Nam alias ut mittam miſerias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cum interea ſemper mortem exſpectabam miſer:
Ita uſque advorſa tempeſtate uſi ſumus.
PAR. Odioſum. so. haut clam me eſt: denique hercle aufugerim
* m. Potius, quam redeam, ſi * eo mihi redeundum ſciam.
PAR. Olim quidem te cauſae inpellebant leves,
Quod nunc minitare facere, ut faceres Soſia.
Set Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium:
Ite intro: ego hunc adibo, ſi quid me velit.
1 Ere', etiam tu nunc hic ſtas? PAM. & quidĕm te exſpectō. PAR. quid eſt?
PAM. In arcem tranſcurſo opus eſt. PAR. cūi homini? PAM. tibi.
PAR. In arcem? quid eo? PAM. Callidemidem hoſpitem
My'cŏnium, qui mecum una vectuſt, conveni.
PAR. Perii. voviſſe hunc dicam, ſi ſalvos domum
Rediſſet unquam, ut me ambulando rumperet.
PAM. Quid ceſſas? PAR. quid vis dicam? an conveniam modo?
PAM. Immŏ', quod conſtitui me hodie conventurum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illĭc exſpectet. vola.
PAR. At non novi hominis faciem. PAM. at faciam ut noveris:
Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caeſius,
Cadaveroſa facie. PAR. dĭ illum perduint.
Quid, ſi non veniet? maneam ne uſque ad veſperum?
PAM. Maneto: curre. PAR. non queo: ita defeſsŭs ſum.
PAM. Ille abiit. quid agam infelix? prorſus neſcio
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,

* Suae

NOTAE.

1 *Ere, etiam tu nunc.*] Si hanc recipimus lectionem, verſus eſt ſeptenarius, quales non facile admittendi, ut dixi ad And. IV. IV. 3. huius generis in Plauto ſunt circiter quindecim, ſed ex iis maxima pars ea eſt, quam niſi plurimum fallor, de mendo merito ſuſpicemur. quod ad hunc de quo iam agitur, cum Lengi codices fere omnes & alii non pauci pro *tu nunc* habeant *nunc* vel *num tu*, opinor veram lectionem eſſe,

Ere, etiam nunc tu hic ſtas?

&

* m. * Suae' gnatae partum: nam me miſeret mulieris.
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam:
Nam me parenti potius quăm amori obſequi
Oportet. attat = eccum Phidippum, & patrem
Video, horſum pergunt. quid dicam hiſce, incertŭs ſum.

SCAENA V.

LACHES. PHIDIPPUS. PAMPHILUS.

LACHES.

T. t. c. DIXTIN dudum, illam dixiſſe ‖, ſe exſpectare filium?
PH. Factum. LA. veniſſe aiunt: redeat ‖. PA. quam cauſam dicam patri
Quamobrem non reducam? neſcio ‖. LA. quĕm ego hic audivi loqui?
PA. Certum offirmare eſt viam me ‖, quam decrevi perſequi.
LA. Ipſus eſt de quo hoc agebam ‖ tecum. PA. ſalve mi pater.
LA. Gnate mi ſalve. PH. bene factum ‖ te adveniſſe Pamphile,
Atque adeo, quod maxumumſt, ſalvum ‖ atque validum. PA. creditur.
LA. Advenis modo? PA. admodum. LA. cedo ‖, quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter? PA. ſane hercle ‖ homo voluptati obſequens
* m. * Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt ‖, haut multum heredem iuvant.
Sibi vero hanc laudem relinquunt ‖: vixit, dum vixit, bene.
LA. Tum tu igitur nihil attuliſti huc ‖ plus una ſententia?
PA. Quidquid eſt id, quod reliquit ‖, profuit. LA. immo obfuit:
Nam illum vivum & ſalvom vellem. PH. in ‖ pune optare iſtuc licet:
Ille reviviſcet iam numquam; & ‖ tamen utrum malis ſcio.
LA. Herĭ Philumenam ad ſe adcerſi hic ‖ iuſſit: dic iuſſiſſe te.
PH. Noli

NOTAE.

& hoc pacto verſus ad trimetrum redigetur, *etiam* in duas ſyllabas contracto, hoc modo

Ere ĕt'iam nunc - tu hic ſtas ? PAM. *& quidĕm te expectŏ.* PAR. *quid eſt.*

Etiam vero interdum ſic contrahi ex Plauto liquet. Ciſt. II. I. 42.

Anne ut ĕt - iam quid conſultura ‖ ſis, ſciam? ME. *perge eloqui.*

Etiam vero & *nunc* non debuere ſeparari *tu* interpoſito. vid. Eun. II. II. 55.

PH. Noli fodere: iuſſi. LA. ſet eam ‖ iam remittet. PH. ſcilicet.
PA. Omnem rem ſcio, ut ſit geſta: ad‖veniens audivi omnia.
LA. At ĭſtos invidos di perdant‖, qui haec libenter nuntiant.
PA. Ego me ſcio caviſſe, ne ulla ‖ merito contumelia
Fieri a vobis poſſet: idque ‖ ſi nunc memorare hic velim,
Quam fideli animo, & benigno in ‖ illam & clementi fui,
Vere poſſum; ni te ex ipſa haec ‖ magĭs velim reſciſcere:
* m. Namque * eo pacto maxume apŭt te ‖ meo erit ingenio fides,
Cŭm ĭlla, quae nunc in me iniqua eſt‖, aequa de me dixerit.
Neque mea culpa hoc diſcidium e‖veniſſe, id teſtor deos.
Set quando ſeſe eſſe indignam ‖ deputat matri meae,
* m. [1] Cui concedat, cuiŭſque mores ‖ toleret * ſua modeſtia,
Neque alio pacto componi ‖ potĕſt inter eas gratia;
Segreganda aut mater a me eſt ‖ Phidippe, aut Philumena:
Nunc me pietas matris potius ‖ commodum ſuadet ſequi.
LA. Pamphile, haut invito ad aures‖ ſermo mihi acceſſit tuus,
Cum te poſt putaſſe omnes res ‖ prae parente intellego.
Verum vidĕ, ne inpulſus ira ‖ prave inſiſtas Pamphile.
* m. I. tr. PA. [2] Quibus' iris inpulſus nunc - in ĭllam in=iquōs * ſiem?
Quae numquam quicquam erga me commeritaſt pater,
Quod nollem: & ſaepe quod vellem, meritam ſcio:
Amōque & laudo & vehementer deſidero:
*dif. Nam * fuiſſe erga me miro ingenio expertŭs ſum:
Illique exopto, ut relliquam vitam exigat
Cŭm e'o viro, me qui ſit fortunatior:
Quandoquidem illam a me diſtrahit neceſſitas.'
PH. Tibi id' in manu eſt, ne fiat. LA. ſi ſanus ſies,
Iube ĭllam redire. PA. non eſt conſilium pater:
Matris ſervibo commodis. LA. quŏ abis? mane,

Mane

NOTAE.

1 *Cui concedat.*] Haec omnium codicum lectio eſt, & quod ſequitur, *cuiŭſque*, videtur neceſſario poſtulare ut *cui* legatur, non *quae*, quod Tan. Faber cum aliis malit; ut conſtructioni ſc. conſulat, ſed nihil iſta mutatione opus. cum enim ſyntaxis poſtulet *matre mea* poſt *indignam*, antecedens mutata conſtructione ſequitur caſum relativi, ut Eun. IV. III. 11. *Eunuchum, quem dediſti.* vid. etiam Plauti Men. II. III. 37. ad eum modum hic dicitur *matri meae--- Cui.*

2 *Quibus iris inpulſus.*] Malim ob verſum cum cod. Dun. legere *pulſus*; nec deſunt alii codices, qui ita legunt.

3 *Decedat iam ira haec.*] *Decedet*, plerique

Mane inquam: quŏ abis? PH. quae haec eſt pertinacia?
LA. Dixin Phidippe hanc rem aegre laturum eſſe eum?
Quamobrem te orabam, filiam ut remitteres.
PH. Non credidi edepol adeo inhumanum fore:
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt', ut velit reducere uxorem, licet:
Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.
LA. Ecce autem tu quoque proterve iracundus es.
PH. Percontumax rediſti huc nobis Pamphile.
LA. 3 Decedat iam ira haec: & ſi merito iratus eſt.
PH. 4 Quia paulum vobis acceſſit pecuniae,
Sublati animi ſunt. LA. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet, renuntietque hodie mihi,
Velit ne an non: ut alii, ſi huic non eſt, fiet.
LA. Phidippe, ades, audi paucis. abiit. quid mea?
Poſtremo inter ſe tranſigant ipſi, ut lubet:
Quando nec gnatus, neque hĭc mihi - quicquam obtemperant:
Quae dico parvipendunt. porto hoc iurgium
Ad ŭx'orem cŭius haec fiunt conſilio omnia:
Atque in eam hoc omne, quod mihi aegreſt, evomam.

ACTUS IV. SCAENA I.
MYRRHINA. PHIDIPPUS.

MYRRHINA.

*m. T.t.a. PERII, quid agam? quo me vortam"? quid viro * meo reſpondebo
Miſera? nam audiviſſe vocem " pueri viſuſt vagientis:
T. t. c. Ita corripuit derepente " tacitus ſeſe ad filiam:
T. t. a. 5 Quod ſi reſcierit peperiſſe eam", id qua cauſa clam me habuiſſe Dicam

NOTAE.

rique codices; & ea mihi videtur melior lectio; ſic enim ipſe Laches, V. II. 15.

——*cito ab eo haec ira abſcedet.*

& ſic Donati editio antiquiſſima 1576. in altera locus deeſt.

4 *Quia paulum vobis.*] Nonius, in SUBLATUM, *quia vobis paululum.*

5 *Quod ſi reſcierit.*] Hic & ſequens verſus ita forte conſtituendi ſunt,

Quod ſi reſcierit peperiſſe eam,
Id qua cauſa clam me habuiſſe " dicam,
non edepol ſcio.

ut verſus prior ſit poſterius biſegmentum Trochaici t. h. alter autem T. t. c

T. d. c. Dicam? non edepol ſcio.
I. t. a. Set' oſtium concrepuit: credo ipſum ‖ ad me exire: nulla ſum.
T. t. c. PH. Uxor ubi me ad filiam ire ‖ ſenſit, ſe duxit foras:
I. t. h. [1] Atque' eccam video. quid ais Myrrhina ‖? heus tibi dico. MY. mihine mi vir?
T. t. a. PH. Vir ego tuŭs ſim? tu virum me, aut ‖ hominem deputas adeo eſſe?
T. t. c. Nam ſi utrumvis horum mulier ‖ umquam tibi viſus forem,
*m. T. t. a. Non ſic ludibrio * tuis factis ‖ habitus eſſem. MY. quibus? PH. at rogitas?
Peperit filia? [2] hem, tacĕs-? ex qŭo? MY. i‖ſtuc patrem rogare eſt aequom?
T. t c. Perii: ex-quo cen=ſes, niſi ĕx-illo ‖, cui data eſt nuptum, obſecro?
T. t. a. PH. Credo: neque adeo arbitrari ‖ patris eſt aliter. ſet demiror,
T. t. c. Quid ſit, quamobrem tantopere omnes ‖ nos celare volueris
Partum; praeſertim cum & recte, & ‖ tempo-re ſuo pepererit.
*triſ. T. t. a. Adeon pervicaci eſſe animo, ut ‖ puerum * praeoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos ‖ fore amicitiam poſthac ſcires:
*m. Potius quam advorſum = animi * tui li‖bidinem eſſet cŭm illo nupta?
T. t. c. Ego etiam illorum eſſe hanc culpam ‖ credidi, quae te eſt penes.
MY. Miſera ſum. PH. utinam = ſciam ita eſſe iſtuc ‖. ſet nunc mihi in mentem venit,
I. t. a. Ex' hac re quod locuta es olim ‖, cum illum generum cepimus:
*m. T. t. c. Nam negabas nuptam poſſe ‖ filiam * tuam te pati
Cŭm eo qui meretricem amaret ‖, qui pernoctaret foris.
MY. Quam vis cauſam hunc ſuſpicari ‖, quam ipſam veram, mavolo.
PH. Multo priŭs ſcivi quam tŭ, illum a‖micam habere Myrrhina: Verum

NOTAE.

1 *Atque eccam.*] Verſus I. t. h. vid. III. I. 4. & Heaut. III. III. 13.

2 *Hem tacĕs.*] Ultima in *taces* hic corripitur, ut in *vides*, *habes*, aliiſque eiuſmodi, praeſertim cum interrogant.

3 *Nam id omnibus innatumſt.*] Sic omnes codd. ſed ſuſpicor *omnibus* explicationis gratia in margine poſitum, inde huc irrepſiſſe; quo ſublato verſus erit T. t. c. ut praecedentes; ſin retineas, pro *inna-*

Verum id vitium numquam decrevi ‖ esse ego adulescentiae:
I. t. a. 3 Nam id' omnibus innatumst. at pol iam aderit ‖, se quoque etiam cum oderit.
Set, ut' olim te ostendisti, eadem esse ‖ nihil cessavisti usque adhuc:
Ut filiam ab eo abduceres; neu ‖, quod ego egissem, esset ratum.
Id nunc res indicium haec facit, quo ‖ pacto factum volueris.
T. t. c. MY. Adeon me esse pervicacem ‖ censes, cui mater siem,
Ut eo essem animo, si ex usu esset ‖ nostro hoc matrimonium?
PH. Tun prospicere, aut iudicare ‖ nostram in rem quod sit potes?
* m. Audisti ex aliquo fortasse ‖, qui vidisse * eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad a‖micam. quid tum postea,
Si modeste ac raro hoc fecit ‖: non ne ea dissimulare nos
Magis humanum est, quam dare operam id ‖ scire, qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea sese ‖ derepente avellere,
Qua cum tot consuesset annos ‖, non eum hominem ducerem:
Nec virum satis firmum gnatae ‖. MY. mitte adulescentem obsecro:
Et quae me peccasse ais. abi ‖; solum solus conveni:
Roga, velit ne uxorem an non: si ‖ est, ut dicat velle se,
Redde: sin est autem ut nolit ‖, recte ego consului meae.
PH. Siquidem ille ipse non volt, & tu ‖ 4 sensti esse in eo Myrrhina
Peccatum, aderam, cui consilio ‖ ea par fuerat prospici.
Quamobrem incendor ira, esse ausam ‖ facere haec te iniussu meo:
Interdico ne extulisse extra ‖ aedis puerum usquam velis.
* m. Set ego stultior, * meis dictis ‖ parere hanc qui postulem.

Ibo

NOTAE.

innatumst, legendum est *innatum*, aut *us* in *omnibus* elidendum contra Terentii morem, ut versus sit I. t. a. quales sunt, qui sequuntur quod vero sequitur,

-----at pol iam aderit ‖ s. q. e. c. o.

ex Plauto sumptum, Bacch. III. III. 13.

Iam aderit tempus, cum sese etiam ipse ‖ *oderit; morem geras.*

4 *Sensti esse.*] In textu est Faern. *sensisti*, sed versus exigit *sensti*: quo modo & ipse legi voluit.

Ibo intro, atque edicam ſervis ||, ne quoquam ecferri ſinant.
I. t. a. MY. Nul'lam pol credo mulierem me || miſeriorem vivere:
Năm ut' hic laturus hoc ſit, ſi ipſam || rem, ut ſiet, reſciverit,
Non edepol clam me eſt; cum hoc quod leviuſt ||, tam animo iracundo tulit:
Nec qua via ſententia eius || poſſit mutari, ſcio.
Hoc mihi unum ex plurimis miſeriis || relliquum fuerat malum,
Si puerum ut tollam cogit; cŭiŭs nos || qui ſit neſcimus pater:
Nam cum conpreſſa eſt gnata, forma in || tenebris noſci non quita eſt:
Neque' detractum ēi eſt quicquam, qui pos||ſet poſt noſci qui ſiet:
Ipſe' eripuit vi, in digito quem habuit || virgini abiens anulum.
Simŭl vereor Pamphilum, ne orata || noſtra nequeat diutius
Celare, cum ſci-et alienum || puerum tolli pro ſuo.

SCAENA II.

SOSTRATA. PAMPHILUS.

SOSTRATA.

I. t. a. NON clam me eſt gnate mi, tibi me eſſe || ſuſpectam, uxorem tuam
*m. Propter * meos mores hinc abiſſe: & || ſi ea diſſimulas ſedulo:
Verum ita me dĭ ament, itaque obtingant || ex te, quae exoptō mihi,
*m. Ut numquam * ſciens commerui, merito ut || caperet odium illam mei:
*m. †m. Teque' | ante quam mĕ amare rebar ||, * ei † rei firmaſti fidem:
Nam

NOTAE.

1 *Ante quam me amare rebar.*] Sic codices omnes, & Donatus. ſed quocunque ſe vertant interpretes, dura & impedita eſt locutio. Donatus inquit *deeſſe* TAM; *ut ſit ordo, & quam te amare me rebar, tantum firmaſti fidem ei rei:* alii *quam* referunt ad *rei*. ſed utroque modo mira eſt in verborum ordine ſynchyſis, quo nihil magis eſt contra Terentii morem. mihi ſemper viſum eſt legi debere pro *quam, quem*; quaſi diceret Soſtrata, *Teque, quem ante rebar me amare*, te inquam *me amare*, id iam mihi perſuaſiſſimum eſt, *ei rei firmaſti fidem*; *te* ſequente caſum relativi, ut *matri meae*, III. V. 28.

2 *Nihil iam mihi iſtaec.*] Codd. omnes Leng.

Nam mihi intus tuŭs pater narravit ‖ modo, quo pacto me habueris
*m. Praepoſitam amori * tuo: nunc tibi me ‖ certum eſt contra gratiam
Referre ut apŭt me praemium eſſe ‖ poſitum pietati ſcias.
*m. Mi Pamphile hoc & vobis, & * meae ‖ commodum famae arbitror:
*m. Ego' rus abituram hinc cum * tuo me eſſe ‖ certo decrevi patre;
Ne mea praeſentia obſtet, neu cauſa ‖ ulla reſtet relliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat ‖. PA. quaeſo quid ĭſtuc conſilî eſt?
Illĭ'us ſtultitia victa, ex urbe ‖ tu rus habitatum migres?
Haut facies: neque ſinam, ut qui nobis ‖ mater maledictum velit,
*m. †m. * Mea pertinacia eſſe dicat ‖ factum, haut † tua modeſtia.
*m. Tum * tuas amicas te, & cognatas ‖ deſerere & feſtos dies
*m. * Mea cauſa, nolo. so. [2] nihil iam mihi ĭſtaec ‖ res voluptatis ferunt:
Dum aetatis tempŭs tulit, perfuncta ‖ ſatĭs ſum: ſatias iam tenet
Studiorum iſtorum: haec mihi nunc cura eſt ‖ maxima, ut ne cui mea
Longinquitas aetatis obſtet ‖; mortemve exſpectet meam.
Hic video me eſſe inviſam inmerito ‖: tempus eſt concedere.
Sic optime, ut ego opinor, omnis ‖ cauſas praecidam omnibus:
Et me hac ſuſpicione exſolvam, & ‖ illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere, volgus ‖ quod male audit mulierum.
PA. Quam fortunatus ceteris ſum ‖ rebus, [3] abſque una hac foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem ‖. so. obſecrō mi Pamphile,

Non

NOTAE.

Leng. *nihil pol iam*, ſed verſum impedit. *iſtaec* vero eſt pro *iſtaece*, ut *haec* pro *haece*. Eun. III. V. 34.

3 *Abſque una hac foret.*] Faern. *haec foret.* & ſic Donatus, qui dicit *abſque* eſſe adverbium magis, quam praepoſitionem. ſed cum videam Terentium alias in ſimili loquutione poſt *abſque* auferendi caſum ponere, credibile eſt ipſum eadem conſtructione hic quoque uſum fuiſſe. ſic enim Phorm. I. IV. 11.

——*nam* abſque te *eſſet*,
Recte ego mihi vidiſſem.

& eodem modo Plautus, Men. V. VII. 33.

Nam abſque te *eſſet*, *hodie nunquam ad* ‖ *ſolem occaſum viverem.*

vid. etiam Bacch. III. III. 8. Capt. III V. 96. Trin. IV. I. 13. & V. II. 3.

Non tute incommodam rem, ut quaeque eſt ||, in animum induces pati?
Si cetera ita ſunt, ut vis, itaque ut || eſſe ego [1] illam exiſtimo,
Mi gnate da veniam = hanc mihi -, rĕduc || illam. PA. vae miſero mihi.
so. Et' mihi quidĕm-: nam haec res = non minus me || male habet quam te, gnate mi.

SCAENA III.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.

LACHES.

I. t. c. QUEM' cum iſtoc ſermonem habueris, procul || hinc ſtans accepi uxor:
I. t. a. Istuc eſt ſapere, [2] qui, ubicunque opŭs ſit || animum poſſis flectere;
T. t. c. Quod faciundum ſit poſt fortaſſe ||, idĕm hoc nunc ſi feceris.
so. Fors fuat pol. LA. abĭ rus ergo hinc ||: ibi ego te, & tu me feres.
so. Spero ecaſtor. LA. ĭ ĕrgo intro, & com||pone, quae tecum ſimul
I. tr. Ferantur. dixi. so. ita ut iubes, faciam. PAM. pater.
T. t. a. LA. Quid vis Pamphile? PAM. hinc abire || matrem? minime. LA. quid ita iſtuc vis?
T. t. c. PAM. Quia de uxore incertus ſum etiam || quid ſim facturus. LA. quid eſt?
T. t. a. Quid vis facere, niſi reducere||? PAM. equidem cupio, & vix contineor:

Set

NOTAE.

1 *Illam exiſtimo.*] Sic videtur legiſſe Donatus; nequeo tamen a me impetrare, ut putem ita ſcripſiſſe Terentium, ſed pro *illam* legendum eſſe *illa*; niſi pro *ſunt* legas *ſit*. nuſquam facilius labuntur librarii quam addendo vel detrahendo *m*, quam lineola ſupra poſita fere deſignabant, ut monui ad Andr. II. III. 24. ubi *m* eadem incuria eſt omiſſum, qua hic additum; ſed & in hac ſcaena in MSS eſt exemplum *m* perperam omiſſi in *illam*, v. 4. quod vero ad diſtinctionis notas huic & verſui praecedenti appoſitas, accedo ſententiae Mer. Caſauboni, cenſentis interrogationis notam poſt *pāti* tolli debere, & collocari poſt *exiſtimo*, ut hic verſus unam cum eo ſententiam abſolvat; quod mihi multo meliorem ſenſum efficit, quam ſi, diſtinctione poſita poſt *pati*, ad ſequentia trahatur.

2 *Qui*

*m. T. t. c. Set non minuam * meum conſilium: ex ‖ uſu quod ĕſt, id perſequar:

* m. Credo * ea gratia concordes ‖, ſi non redducam, fore.

* m. LA. Neſcias. verum * tua re ‖ fert nihil, ŭtrum illae fecerint,
Quando haec aberit. odioſa haec eſt ‖ aetas aduleſcentulis:
E medio aequum excedere eſt; po ‖ ſtremo nos iam fabulae

I. d. a. Sumŭs ' Pamphile, 3 ſenex, atque anus.

I. t. c. Set video Phidippum egredi per ‖ tempus, accedamus.

SCAENA IV.

PHIDIPPUS. LACHES. PAMPHILUS.

PHIDIPPUS.

I. tr. TIBĪ quoque edepol ſum iratus Philumena
Gravi'ter quidem: nam hercle = abs te factumſt turpiter:
Etſi tibi cauſa eſt de hac re: mater te inpulit:
Huic vero nulla eſt. LA. opportune te mihi
Phidippe in ipſo tempore oſtendis. PH. quid eſt?
PA. Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
LA. Dic filiae rus conceſſuram hinc Soſtratam:
Ne revereatur, minŭs iam quo redeat domum. PH. ah.
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina haec ſunt mea ŭxore exorta omnia:
Mutatiō fit: ea nos perturbat Lache.
PA. Dum ne reducam, turbent porro, quam velint.
PH. Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Adfinitatem hanc ſane perpetuam volo:

Sin

NOTAE.

2 *Qui ubicunque.*] Neſcio quomodo haec lectio ſtare poſſit. ſic tamen legit Donatus, & QUI, inquit, *pro* QUAE *interdum abundat.* ſed quid *qui* vel *quae* hic velit, fateor me non intelligere. mihi videtur omnino legendum pro *qui*, *ſi*, ſenſu aperto. & ſequentem verſum, in quo multum variant codices, hoc modo legendum arbitror,

Et, quod faciendum ſit fortaſſe ‖ poſt, ĭdem hŏc nunc ſi feceris.

3 *Senex atque anus.*] *Quaſi initium fabulae*, inquit Donat unde Tan. Faber, & ante eum Guyetus, cenſuit legendum non *fabulae*, ſed *fabula*; ut *fabula quanta fui!* & *fabula fias*, apud Horatium, & *cinis*, & *manes*, & *fabula fias*, ap. Perſium.

Sin eſt, ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. PA. ſenſit peperiſſe: occidi.
LA. Puerum? quem puerum? PH. natus eſt nobis nepos:
Nam abducta a vobis praegnas fuerat filia,
* dif. Neque ' * fuiſſe praegnatem umquam ante hunc ſcivi diem.
LA. Bene', ita me di ament, nuntias: & gaudeo
Natum illum, & tibi illam ſalvam: ſet quid mulieris
Uxorem habes? aut quibŭs moratam moribus?
Nos ne hoc celatos tamdiu? nequeō ſatis,
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.
PH. Non tibi illud factum minŭs placet, quam mihi Laches.
PA. Etiam ſi dudum fuerat ambiguum hoc mihi,
* m. Nunc non eſt; cum * eam con-ſequitur alienus puer.
LA. Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatioſt.
PA. Perii. LA. hunc videre ſaepe optabamus diem,
Cum ex ' te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem:
Evenit: habeo gratiam dis. PA. nullŭs ſum.
LA. Reduc uxorem, ac noli advorſari mihi.
PA. Pater, ſi ex me illa liberos vellet ſibi,
Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certo ſcio,
Non me clam haberet, quod celaſſe intellego.
Nunc, cum eius alienum eſſe a me animum ſentiam,
Nec conventurum inter nos [1] poſthac arbitror:
Quamobrem reducam? LA. mater quod ſuaſit ſua,
Aduleſcens mulier fecit: mirandum ne id eſt?
Cenſen te poſſe reperire ullam mulierem,
Quae careat culpa? an quia non delinquunt viri?
PH. Voſmet videte [2] iam Lache & tu Pamphile,
Remiſſan opŭs ſit vobis, redductan domum;

Uxor

NOTAE.

1 *Poſthac arbitror.*] Conſtructio videtur poſtulare, ut legamus *arbitrer*, quomodo emendavit Muretus.

2 *Iam Lache.*] In Faern. textu, *Laches.* ſed in nota ad v. 11. oſtendit legendum eſſe, *Lache.*

3 *Quae tum obſecutus.*] Sic codd. omnes, plena diſtinctione poſita ad *decuerat*; quae lectio & diſtinctio verſum tam inſulſum reddunt, ut Terentio ſit indignus; nec plurale aliquod praeceſſit, ad quod *quae* referatur. Quod ſi pro *quae* legamus

qui

Uxor quid faciat, in manu non eſt mea:
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Set quid faciemus puero? LA. ridicule rogas:
*m. Quidquid futurumſt, huic * ſuum reddas ſcilicet,
Ut alamus noſtrum. PA. quem ipſe neclexit pater,
Ego a'lam? LA. quid dixti? eho ăn = non alemus Pamphile?
Prodemus quaeſo potius? quae haec amentia eſt?
Enĭm'vero prorſus iam tacere non queo.
Nam cogis ea quae nolo, ut praeſente hoc loquar.
* dif. Ignarum cenſes * tuarum lacrumarum eſſe me?
Aut quid ſit id, quod ſollicitere ad hunc modum?
Primum hanc ubi dixti cauſam, te propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi,
Pollicita eſt ea ſe conceſſuram ex aedibus.
Nunc, poſtquam ademptam hanc quoque tibī cauſam vides;
Puer quia clam te eſt natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum,
Quam longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos feciſti in eam, quam animo aequo tuli?
Egi atque oravi tecum, uxorem ut duceres:
Tempus dixi eſſe: inpulſu duxiſti meo.
3 Quae tum obſecutus mihi, feciſti ut decuerat.
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum:
Cui tu obſecutus, facis huic adeo iniuriam.
Nam in e'andem vitam te revolutum denuo
Video eſſe. PA. me ne? LA. te ipſum: & facis iniuriam.
Confingis falſas cauſas ad diſcordiam,
Ut cŭm ĭlla vivas, teſtem hanc cum abs te amoveris:
* m. Senſitque adeo uxor. nam * ei cauſa alia quae fuit,
Quamobrem abs te abiret? PH. plane hic divinat: nam id eſt.

PA.

NOTAE.

qui, & diſtinctionem tollamus, pulchre opponetur ipſe ſibi Pamphilus; qui fuit, cum patris imperiis obſequeretur; quique iam eſt, cum in meretricis obſequium iterum revolutus eſt. ſic igitur legi velim,

Qui tum, obſecutus mihi, feciſti ut decuerat,
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum.

PA. Dabo' iuſiurandum nihil eſſe iſtorum tibi. LA. ah,
Reduc uxorem: aut, quamobrem non opŭs ſit, cedo.
PA. Non eſt nunc tempus. LA. puerum accipias: nam is quidem
In culpa non eſt: poſt de matre videro.
PA. Omni'bus modis miſer ſum: nec, quid agam, ſcio:
Tot me nunc rebus miſerum concludit pater.
Abibo hinc, praeſens quando promoveō parum.
Nam puerum iniuſſu credo non tollet meo;
Praeſertim in ea re cum ſit mihi adiutrix ſocrus.
LA. Fugis'? hem, nec quicquam certi reſpondes mihi?
Num tibi videtur [1] eſſe aput ſeſe? ſine:
Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam. PH. maxume.
Non mirum fecit ŭxor mea, ſi hoc aegre tulit:
Amarae mulieres ſunt, non facile haec ferunt.
Propterea haec iraſt: nam ipſa narravit mihi:
Id ego' hoc praeſente tibi nolueram dicere:
Neque illi credebam primo: nunc verum palam eſt.
Nam omnino abhorrere animum huic [2] video a nuptiis.
LA. Quid ergo agam Phidippe? quid das [3] conſilî?
PH. Quid agas? meretricem hanc primum adeundam cenſeo:
Oremus: accuſemus gravius: denique
Minitemur, ſi cŭm illo habuerit rem poſtea.
LA. Faciam ut mones. [3] e-ho puer, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam noſtram: huc evoca verbis meis.
Et te oro porro in hac re adiutor ſis mihi. PH. ah,
Iamdudum dixi, idemque nunc dicō Lache,
Manere adfinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo eſt ut poſſit; quod ſperō fore.

Set

NOTAE.

1 *Eſſe aput ſeſe? ſine.*] Sic quidem conſtat verſus, ſed inſuaves numeri, *eſſe a-pud ſe = ſe? ſine.* in fine excidiſſe arbitror *modo. ſine modo* eſt loquutio Terentiana, ut Eun. I. I. 19. & Phorm. II. III. 73. & verba ſunt minantis, ut Donatus inquit ad Phorm. tum vero ſic numeri optime procedent hoc modo,

Eſſe apŭd - ſeſe = ſine modo.

2 *Video a nuptiis.*] Faern. codicem Bemb. ſecutus, *video nuptiis.* ſed magis placet aliorum codicum lectio, cum praepoſitio vix abeſſe poſſe videatur.

3 *Conſili.*] Faern, *conſilii.*

4 *Eho puer, curre.*] Legendum forſan *puere*, quod Plauto frequens, *ne* partes tŭ

eho

5 Set viſne adeſſe me una, dum iſtam convenis?
LA. Immŏ vero abi, aliquam puero nutricem para.

ACTUS V. SCAENA I.

BACCHIS. LACHES.

BACCHIS.

I. t. a. 6 NON hoc de nihiloſt, quod Laches me nunc conventam eſſe expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod ſuſpicor, ſit quod velit.
LA. Videndum eſt ne minŭs propter iram hanc impetrem, quam poſſiem:
Aut ne quid faciam plus, quod poſt me minŭs feciſſe ſatiŭs ſit.
I. d. c. Adgrediar. Bacchis ſalve.
I. t. c. BA. Salve Laches. LA. credo edepol te non nihil mirari Bacchis,
Quid ſit, quapropter te huc foras puerum evocare iuſſi.
BA. Ego pol quoque etiam timida ſum, cum 7 venĭt mihi in mentem quae ſim:
Ne nomen mihi quaeſti obſiet: nam mores facile tutor.
LA. Si vera dicis, nihil tibi eſt a me pericli mulier:
* m. 8 Nam iam aetate * ea ſum, ut non ſiet 9 peccato mihi ignoſci aequom:
Quo magis omnis res cautius, ne temere faciam, adcuro.
Nam ſi facis, facturave es, bonas quod par eſt facere:
Inſcitum

NOTAE.

eho diſtrahantur, quod numeros corrumpit.

5 *Sed viſne.*] Sic plerique codices, cum verſus poſtulet ut producatur. Faern. *vin.* Sed id etiam produci poteſt. vid. V. II. 21.

6 *Non hoc.*] Initium actus hic male collocatur, cum ſcaena non ſit vacua.

7 *Venit mihi in mentem.*] Ut conſtet verſus, ſecunda in *venit* corripitur, & *mihi* fit monoſ. ſed deleri malim, cum in principio ſequentis verſus redeat.

8 *Nam iam*] *iam* lubens delerem, cum fruſtra verſum oneret.

9 *Peccato.*] i. e. in peccato, ſi peccatum a me ſit; eſt in auferendi caſu abſolute poſitum, ut multis oſtendit Tan. Faber.

Inſcitum offerre iniuriam tibi[1]: inmerenti iniquom eſt.
BA. Eſt magna ecaſtor gratia dĕ ĭ[1]ſtac re quam tibi habeam.
Nam qui poſt factam iniuriam ſe ex[1]purget, [1] parŭm mihi proſit.
I. t. a. Set quid ĭſtuc eſt? LA. meum receptas [1] filium ad te Pamphilum.
BA. ah.
LA. Sine dicam: uxorem hanc priŭs quam duxit[1], voſtrum amorem pertuli.
[2] Ma'nē, [manĕ] nondum eti-am dixi id quod [1] volui. hic nunc uxorem habet:
T. t. a. Quaere alium tibi firmiorem[1], dum tibi tempus conſulendi eſt.
* diſ. Nam neque ille hoc animo erit aetatem[1], neque pol tu * eadem iſtac aetate.
T. t. c. BA. Quis id ait? LA. ſocrŭs-. BA. me ne? LA. te ipſam: & [1] filiam abduxit ſuam:
Puerumque ob eam rem clam voluit[1], natus qui eſt, extinguere.
I. t. a. BA. Aliud ſi ſcirem, qui firmare [1] meam aput vos poſſem fidem,
T. t. c. Sanctius quam iuſiurandum, id [1] pollicerer tibi Lache,
I. t. a. Me ſegregatum habuiſſe, uxorem ut [1] duxit, a me Pamphilum.
T. t. c. LA. Lepida es. ſet ſcin, quid volo potius [1] ſodes facias? BA. [3] quid? cedo.
* m. LA. * Eas ad mulieres huc intro, atque [1] iſtuc iuſiurandum idem Pol-

NOTAE.

1 *Parum mihi proſit.*] Secunda in *parum* ſaepe corripitur. ut Plaut. Mil. III. I. 103.
Tum obſtetrix expoſtulavit [1] mecum, parŭm miſſum ſibi. Vid. Phorm. III. III. 13.

2 *Mane, nondum etiam.*] Vacillat verſus, codices autem nihil iuvant Erat cum exeidiſſe putarem, SODES, (quae vox eſt Terentio frequens, ut V. IV. 4. *Manĕ dum ſodes.* vid. v. 27. & III. II. 23. V. IV. I.) vel verbum aliquod a Bacchide dictum. verba enim *mane, nondum*, oſtendunt ſenem interpellari; credibile eſt igitur Bacchidem iterum reſpondere incepiſſe, & blanda voce compellantem dixiſſe LACHES; Lachetem autem inhibuiſſe his verbis, *mane, nondum etiam*, &c. ut verſus hoc modo conſtituendus ſit,

BA. *La'ches.* LA. *manĕ*----
ſed ut facilior, ſita verior forſan emendandi ratio eſt, ut *mane* repetatur.

Ma'nē, manĕ, nondum ----
hoc ipſum verbum geminatur Heaut. III. III. 52.

MANE, MANE, *quid eſt* ----
Sed ibi, ut fere fit, ultima primi corripitur, alterius autem ultima producitur: hic vero contra ultima primi producenda erit, ultima ſecundi correpta. Sed & hoc ipſum fecit Terentius, Eun. V. I. 18.

Hera' mea TACE, TACE *obſecro*----
quod vero hanc emendandi rationem firmat,

* m. Polliceare illis: exple animum * iis ||, teque hoc crimine expedi.
BA. Faciam: quod pol, ſi eſſet alia ex || hoc quaeſtu, haut faceret, ſcio,
Ut de tali cauſa nuptae || mulieri ſe oſtenderet.
Set nolō falſa fama eſſe || gnatum ſuſpectum tuum:
Nec leviorem vobis, quibus eſt || minime aequom, viderier
Inmerito: nam meritus de me eſt ||, quod queam, illi ut commodem.
LA. Facilem, benivolumque lingua || tua iam tibi me reddidit:
Nam non ſunt ſolae=arbitratae hāe ||: ego quoque etiam credidi.
Nunc cum ego te eſſe praeter noſtram o||pinionem comperi,
Fac eadem ut ſis porro: noſtra u||tēre amicitia, ut voles:
4 Aliter ſi facias. reprimam me ||, ne aegre quicquam ex me audias.
Verum te hoc moneo unum, 5 qualis || sĭm amicus, aut quid poſſiem,
Potius quam inimicus, 6 periclum || facias.

SCAENA

NOTAE.

mat, video, dum haec ſcribo, G. Fabritium dicere, in quibuſdam codicibus hoc verbum repeti, ideoque repoſui.

3 *Quid? cedo.*] Faern. *quid vis? cedo.* Sed *vis* verſum impedit; recte igitur Muretus ſuſtulit. haec vox alias etiam ſe temere è margine ingeſſiſſe videtur. vid. Andr. V, III. 27. & Phorm. II. IV. 8.

4 *Aliter ſi facias. reprimam.*] Sic Faern. ſed plerique codd. *ſed reprimam.* nec ſane *ſed* facile ſenſus abeſſe patitur: verſus autem tunc erit I. t. a. & ſic numeri mihi quidem videntur longe meliores, & comminanti magis convenire. pro *facias* autem Donati antiquiſs. editt. *facies.*

5 *Qualis ſim amicus.*] Ut verſus conſtet, nulla facta ſynaloepha in *ſim*, *us* in *amicus* eliditur, & legendum eſt, *qualis sĭm amic'*, *aut quid poſſiem*; aut verba tranſponenda ſunt, & legendum *qualis amicus ſim.* ſed prius malim, quod Plauto frequentiſſimum.

6 *Periclum facias.*] Quidam codices hic addunt, *faciam ſedulo*, quod Bacchidi tribuunt. ſic etiam antiquiſſima Editio; & ita alias Terent. vid. Eun. II. III. 71. & Ad. II. II. 43. ſed cum codices qui haec habent, pauciſſimos eſſe Faernus dicat, deſintque in omnibus Leng, non reponenda putavi: quod vero deeſt ad verſum complendum, petendum eſt ex primis verbis ſcaenae ſequentis.

SCAENA II.

PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.

PHIDIPPUS.

[1] NIHIL apŭt me tibi
Defieri patiar: [2] quin quod opuſt, be||nigne praebeatur.
Set cum tu ſatura atque ebria eris, puer || ut ſatur ſit facito.
LA. Noſter ſocer, video, venit: pue||ro nutricem adducit.
Phidippe, Bacchis deierat per||ſancte, PH. haecine eaſt? LA. haec eſt.
* m. † m. PH. Nec' pol ĭſtae metuunt * deos: neque has re||ſpicere † deos opinor.
BA. Ancillas dedo: quolubet cruci||atu per me exquire;
Haec res hic agitur: Pamphilo me || facere ut redeat uxor,
Oportet: quod ſi perficiō, non || poenitet me famae,
Solam feciſſe id quod aliae mere||trices facere fugitant.
*dif. LA. Phidippe, noſtras mulieres ſu||ſpectas * fuiſſe falſo
Nobis in re ipſa invenimus: porro || hanc nunc experiamur:
Nam ſi compererit crimini tua || ſe uxor credidiſſe,
Miſſam iram faciet: ſin autem eſt ob e||am rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leveſt: cito || ab eo haec ira abſcedet.
Profecto

NOTAE.

1 *Nihil apud me tibi.*] Niſi haec verba ad verſum complendum iis adiungantur quae praecedentem ſcaenam claudunt, cum primis ſequentis verſus facient Iambicum t. c. hoc modo,

Ni||hil apud - me ti = bī de - fieri || patiar - quin quod = opus eſt.

reliqua vero erunt Iambicus dim. c.

2 *Quin quod opuſt.*] Faern. atque alii, *quin quod opus ſit.* quo verſus fiet T. t. a. ſed peſſimis numeris.

Deſie-ri pati = ar quin - quod opus || ſit, benigne praebeatur.

Sed *eſt* poſito pro *ſit*, eſt optimus I. t. c. ut ſequentes. *eſt* autem et *ſit*, ſeu potius *ſt* & *ſit* in MSS facillime librariorum incuria permutantur. uti hic *ſit* pro *eſt*, ita in Phorm. V. VIII. 67. *eſt* ſcribitur pro *ſit*, quod vide.

3 *An quia non tute ipſe.*] Sic codices & Donati editt. antiquiſs. & verſus ratio ſatis oſtendit hanc veram eſſe lectionem. ſed Faern. *tu ipſe*, ſecutus ſuum Donatum;

Profecto in hac re nihil mali eſt, quod ‖ ſit diſcidio dignum.
PH. Velim quidem hercle. LA. exquire: adeſt: quod ‖ ſatĭs ſit, faciet ipſa.
PH. Quid mihi ĭſtaec narras? 3 an quia non tute ‖ ipſe dudum audiſti,
De hac re ′ animus meus ut ſit Laches? il‖lis modo explete animum.
LA. Quaeſo edepol Bacchis, quod mihi es pol‖licita, tute ut ſerves.
BA. Ob e′am rem - vin ergo = introeăm? LA. 4 ĭ, atque ‖ exple
*m. animum * iis, ut credant.
*m. BA. Eo′, & ſi ſcio pol = * iis fo-re meum ‖ conſpectum inviſum hodie:
Nam nupta meretrici hoſtis eſt, a ‖ viro ubi ſegregata eſt.
LA. At haec amicae erunt, ubi, quamobrem ad‖veneris, reſciſcent.
PH. 5 At eaſdem amicas fore tibī pro‖mitto, rem ubi cognorint.
Nam illas errore, & te ſimul ſu‖ſpicione exſolves.
BA. Perii. pudet Philumenae me ‖: ſequimini me intro ambae.
LA. Quid ĕſt′, quod mihi malim, quam quod huic in‖tellego evenire,
Ut gratiam ineat ſine ſuo diſ‖pendio, & mihi proſit?
Nam ſi eſt ut haec nunc Pamphilum vere ‖ ab ſe ſegregarit,
Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem ‖ natam, & gloriam eſſe;
*dif. 6 Refe′ret * gratiam ei u=naque nos ſibi ‖ opera amicos iunget.

SCAENA

NOTAE.

natum; quocum verſus ſtare non poteſt, niſi pro *audiſti*, legamus *audiviſti*.

4 *I atque.*] Neſcio an exciderit *intro* poſt *i*, ut *i intro, atque* ſit anapaeſtus: quod ſi nihil excidit, ultima in *introeam* non elidetur. pro *vin* vero in priore verſus parte codd. fere omnes & Donatus, *vis*.

5 *At eaſdem amicas.*] Fruſtra Faernus ſuſpicatur hunc verſum ſpurium eſſe, quod deſit in lib. Bemb. cum alii omnes agnoſcant. cum verſus duo concurrunt tam ſimiles, alter librarii incuria facile omittitur. ſed pro *rem ubi*, legi velim, *ubi rem*. decuit certe utrumque ſenum, timidum Bacchidis animum, quantum poterant, obfirmare.

6 *Referet gratiam ei.*] In textu Faerni eſt *referetque*, ſed contra ipſius mentem, qui ex auctoritate libri Bemb. & Victor. *que* delendum cenſet. verſus autem eſt I. t. c. ut praecedentes. eſt vero vel *gratiam* diſ. vel *ei* monoſ.

SCAENA III.

PARMENO. BACCHIS.

PARMENO.

T. t. c. 1 EDEPOL ne meam = erus esse operam ‖ deputat parvi preti,
Qui ob rem nullam misit: frustra ubi ‖ totum desedi diem,
Myconium-hospitem dum exspecto in ‖ arce Callidemidem:
Itaque ineptus hodie dŭm illi ‖ sedeo, ut quisque venerat,
Accedebam: adulescens, dic dum ‖ 2 quaesō, es tu Myconius? 5
Non sum. at Callidemides? non ‖. hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant ‖: neque eum quemquam esse arbitror.
Denique hercle iam pudebat ‖: abii. set quid Bacchidem
Ab nostro adfine exeuntem ‖ video? 3 quid hŭic hic est rei?
BA. Parmeno, opportune te offers ‖, propere curre ad Pamphilum. 10
PA. Quid eo? BA. dic me orare, ut veniat ‖. PA. ad te? BA. immo ad Philumenam.
* m. PA. Quid rei est? BA. * tua quod nihil refert ‖, percuntari desinas.
PA. Nihil aliud dicam? BA. etiam, cognosse ‖ anulum illum Myrrhinam
* m. Gnatae * suae fuisse, quem ipsus ‖ olim mihi dederat. PA. scio.
Tantum ne est? BA. tantum: aderit continuo ‖, hoc ubi ex te
4 audierit. 15
Set cessas? PA. minime equidem: nam hodie ‖ mihi potestas haut datast:
Ita cursando, atque ambulando ‖ totum hunc contrivi diem.
I. t. c. BA. Quantam obtuli adventu meo lae‖titiam Pamphilo hodie?
Quot commodas res attuli? quot ‖ autem ademi curas?

Gna-

NOTAE.

1 *Edepol.*] Hic quinti actus initium constituendum erat, cum nunc primum scaena vacua sit, ut observavit doctiss. Daceria; & Donatus in argumento huius Fabulae idem aperte satis ostendit.

2 *Quaeso, es tu.*] Legendum *tun'es*, quod interroganti magis convenit, & sic legi versus postulat, cum secunda in *Myconius* brevis sit.

3 *Quid*

*m. Gnatum * ei reſtituo, qui paene harum ip‖ſiuſque opera periit:
Uxorem, quam nunquam eſt ratus poſt‖hac ſe habiturum, reddo:
*m. Qua re ſuſpectus * ſuo patri, & Phi‖dippo fuit, exſolvi.
Hic adeo his rebus anulus fuit ‖ initium inveniundis.
Nam memini, abhinc menſes decem fere ‖ ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine ‖ comite, vini plenum,
Cum hoc anulo: extimui ilico: mi ‖ Pamphile, inquam, amabo,
Quid exanimatus ĕs obſecro? aut unde ‖ anulum iſtum nactus?
Dic mihi'. ille alias res agere ſe ſimu‖lare: poſtquam video,
*dif. 5 * Neſciō quid ſuſpicarier, magĭs ‖ coepi inſtare ut dicat.
*dif. Homo ſe fatetur vi in via, * ne‖ſciō quam conpreſſiſſe:
Dicitque ſeſe illi anulum, dum ‖ luctat, detraxiſſe:
Eum haec cognovit Myrrhina in digi‖to modō me habentem:
Rogat unde ſit: narro omnia haec: ind‖eſt cognitio facta,
Philumenam conpreſſam eſſe ab eo, & ‖ filium inde hunc natum.
Haec tot propter me gaudia illi ‖ contigiſſe laetor:
Etſi hoc meretrices aliae nolunt ‖: neque enim eſt in rem noſtram
Ut quiſquam amator nuptiis lae‖tetur. verum ecaſtor,
Nunquam animum quaeſti gratia ad ma‖las adducam partis.
Ego ' dŭm ĭllo licitumſt uſa ſum be‖nigno, & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptiis e‖venit, factum fateor:
At pol me feciſſe arbitror, ne id ‖ merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint commoda, eĭus in‖commoda aequumſt ferre.

SCAENA IV.

PAMPHILUS. PARMENO. BACCHIS.

PAMPHILUS.

T. t. a. VIDĔ mi Parmeno etiam ſodes ‖, ut mihi haec certa & clara attuleris;
T. t. c. Ne me in breve conicias tempus ‖, gaudio hoc falſo frui.

PAR.

NOTAE.

3 *Quid huĭc hic eſt rei.*] *Huic* corripitur etiam Adelph. IV. V. 4.
4 *Audierit.*] Secunda producitur, ut Phorm. IV. I. 7. vid. etiam Adelph. I. I. 2
5 *Neſcio quid ſuſpicarier.*] Sic Phorm. I. II. 42. *nos mirarier.*

PAR. Viſum eſt. PAM. certen? PAR. certe. PAM. deŭs ſum', ſi hŏc itaſt. PAR. verum reperies.

PAM. Manĕ dum ſodes: timeo ne aliud ‖ credam, atque aliud nunties.

PAR. Maneo. PAM. ſic [1] te dixe opinor', inveniſſe Myrrhinam Bacchidem anulum ſuum habere', PAR. factum. PAM. eum quem
* m. olim * ei dedi:
T. t. a. Eaque hoc te mihi nuntiare ‖ iuſſit: itane eſt factum? PAR. ita inquam.
T. t. c. PAM. Quis me eſt fortunatior? venŭ'ſtatiſque adeo plenior?
[2] Egone te pro hoc nuntio quid ‖ donem? quid? quid? neſcio.
I. d. a. PAR. At' ego ſciō. PAM. quid? PAR. nihil enim.
T. t. c. Nam neque ĭn-nunti-ō, neque ĭn-me ipſo ‖ tibi boni quid ſit ſcio.
I. t. a. PAM. [3] E'gŏn [te], qŭi ab orco mortuum me ‖ reducem in lucem feceris,
Sinam ſine munere a me abire? ah ‖ nimium me ingratum putas.
I. tr. Set Bacchidem eccam video ſtare ante oſtium:
Me exſpectat credo: adibo. BA. ſalve Pamphile.
PAM. O Bacchis, o mea Bacchis, ſervatrix mea.
BA. Bene'factum, & volupeſt. PAM. factis ut credam, facis.
* m. Antiquamque adeo * tuam venuſtatem obtines,
I. t. a. Ut' volŭptati obitus, ſermo, adventus ‖ tuŭs, quocumque adveneris,
Semper ſiet. BA. ac tu ecaſtor morem an'tiquom atque ingenium optines,
Ut unus omnium homo te vivat ‖ numquam quiſquam blandior.

PAM.

NOTAE.

1 *Te dixe opinor.*] Sic legendum verſus ratio docet, niſi *te* deleas; Faernŭs tamen cum aliis, *dixiſſe*.

2 *Egone te.*] Faern. *Egon te.* ſed verſus neceſſario exigit *Egone*, vel *Egŏn prō hoc te nuntio*. ut Lengi codd. fere omnes.

3 *Egon te, qui.*] *Te* deeſt in Faerno aliiſque omnibus quos viderim: ſed & ſenſus & verſus inſeri manifeſte iubent.

4 *Quos par fuerit reſciſcere.*] Hanc lectionem quam habent cod. Bemb. aliique fere omnes, improbavit Faern. nulla alia de cauſa niſi quod neſciret quomodo intra iuſtos iambici tetr. cat. limites redigi poſſit, cum primam in *omnis* ſaepe corripi vir doctiſſimus non obſervaſſet. quamobrem ipſe ex coniectura legendum cenſuit, *quos fuit par ſciſcere*: *ſciſcere* vero vox eſt quam neſcit Terentius: *reſciſcere*

contra

PAM. Ha, ha', he, tun mihi ĭſtuc? BA. recte amaſti ‖ Pamphile uxorem tuam:

* m. † m. Nam numquam ante hunc diem * meis oculis ‖ † eam, quod noſſem, videram:

Perliberalis viſaſt. PAM. dic verum ‖. BA. ita me dĭ ament Pamphile.

PAM. Dic mihi', harum rerum numquid dixti ‖ iam patri? BA. nihil. PAM. neque opus eſt:

Ade'o muttito. placĕt non fieri hoc ‖ itidem ut in comoediis,

Omnia' omnes ubi re-ſciſcunt: hic 4 quos ‖ par fuerit re-ſciſcere,

Sciunt: quos - non autem aequomſt ſcire ‖, neque reſciſcent, neque ſcient.

T. t. c. BA. Immo etiam, qŭi hŏc occultari ‖ facilius credas, dabo.

Myrrhina ita Phidippo dixit ‖, 5 iuriiurando meo

Se fidem habuiſſe, & propterea ‖ te ſibi purgatum. PAM. optumeſt:

Speroque hanc rem eſſe eventuram ‖ nobis ex ſententia.

PAR. Ere, licĕt ne ſcire ex te, hodie ‖ quid ſit quod feci boni?

Aut quid ĭſtuc eſt, quod vos agitis? ‖ PAM. non licet. PAR. tamĕn ſuſpicor.

I. t. a. 6 Ego' hunc ab orco mortuum? quo ‖ pacto? PAM. neſcis Parmeno

Quantum' hodie profue-ris mi-hĭ, & ex ‖ quanta aerumna extraxeris.

PAR. Immŏ' vero ſcio; neque hoc inprudens ‖ feci. PAM. ego iſtuc ſatĭs ſcio.

' An

NOTAE.

contra tam illi familiare eſt, ut fere tricies eo utatur. decies minimum in hac ipſa fabula occurrit.

5 *Iuriiurando.*] Faern. *iureiurando*, codices ſc. ſuos ſecutus. Eodemque modo habent codd. omnes Leng. ſed nihil opinor certius quam *iuri* legendum eſſe, cum *fidem habuiſſe* poſt ſe caſum dativum poſtulet, in nominativo autem dicatur, non *iureiurandum*, ſed *iusiurandum*. ſic enim ſemper veteres; & ne putemus recentiores ſcripturam veterem immutaſſe, ex ratione verſus certum eſt & Plautum & Terentium ita ſemper loquutos eſſe; *iuriiurando* igitur reponere non dubitavi.

6 *Ego hunc.*] Alii *egon' hunc*. ſed *ego hunc* videtur melius convenire homini ſecum cogitanti.

1 An temere quicquam Parmenō prae'tereat, quod facto uſŭs ſit?
T. t. c. Sequere me intro Parmenō. PAR. ſequor' : equidem plus hodie boni
Feci inprudens, quam ſciens ante' hunc diem umquam. Plaudite.

NOTAE.

1 *An temere quicquam.*] Haec Donatus aliique Parmenoni tribuunt ſeipſum laudanti, non male. Sed & Pamphilo bene conveniunt Parmenonem irridenti : pro *Parmeno* autem Donatus & codd. omnes praeter Bemb. *Parmenonem.* quomodo ſi legas, *praetereat* in dactylum contrahendus eſt. ſi verbum exeat in *iam* vel *iat*, ſaepe apud Plautum iſta terminatio in unam ſyllabam contrahitur, ut in *perveniam*, *eveniat*, & ſimilibus interdum etiam idem fit, cum verbum deſinit in *eam* vel *eat*. ad hunc autem modum *praetereat* hic poſſet in triſyllabum contrahi, & pro dactylo haberi. ſed hac licentia, ut nimia, Terentius nuſquam uſus eſt. Si faverent codices, libens legerem, pro *Parmenonem*, *Parmeno te*, quo omnia clara & plana fierent.

PHOR-

PHORMIO TERENTII.

ACTA LUDIS ROMANIS. L. POSTUMIO ALBINO L. CORNELIO MERULA AEDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO. L. ATILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS INPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS. [1] FACTA EST IIII. C. FANNIO. M. VALERIO COS.

Fabulae interlocutores.

PHORMIO parasitus.
DEMIPHO senex.
ANTIPHO adulescens.
GETA servus.
DORIO leno.
CHREMES senex.
PHAEDRIA adulescens.
DAVUS servus.
SOPHRONA nutrix.
NAUSISTRATA matrona.
HEGIO
CRATINUS advocati.
CRITO

NOTAE.

1 FACTA EST.] Legendum puto ACTA EST. vid. tit. Adelph.

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. CHREMETIS frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clām habebat Lemni uxorem, ac filiam;
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatum fidicinam. mater e Lemno advenit
Athenas: moritur: virgo sola, aberat Chremes,
Funus procurat. ibi eam visām Antipho
Cŭm amaret, opera parasiti uxorem accipit.
* m. Pater & Chremes reversi fremere: * dein minas
Triginta dant parasito, ut illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho a patruo adgnitam.

P. TERENTII

PHORMIO

PROLOGUS.

I. tr. POSTQUAM poeta vetŭs poetam non poteſt
Retrahere ab ſtudio; & tranſdere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat:
* dif. Qui ita dictitat, quas * antehac fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura levi,
Quia nuſquam inſanum ſcripſit aduleſcentulum
Cervam videre fugere, & ſectari canes:
Et eam plorare; orare ut ſubveniat ſibi.
Quod ſi intellegeret, cum ſtetīt olim nova,
Actoris opera magĭs ſtetiſſe, quam ſua;
Minŭs' multo audacter, quam nunc laedit, laederet.
Nunc ſiquis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,
Vetŭs' ſi poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum invenire prologum potuiſſet novus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reicere:
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.

Bene-

C. Sulpicii Apollinaris Periocha.

I. tr. CHREMETIS frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clăm habebat Lemni uxorem, ac filiam;
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatum fidicinam. mater e Lemno advenit
Athenas: moritur: virgo sola, aberat Chremes,
Funus procurat. ibi eam visām Antipho
Cŭm amaret, opera parasiti uxorem accipit.
* m. Pater & Chremes reversi fremere: * dein minas
Triginta dant parasito, ut illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho a patruo adgnitam.

P. TERENTII

PHORMIO

PROLOGUS.

I. tr. POSTQUAM poeta vetŭs poetam non poteſt
Retrahere ab ſtudio; & tranſdere hominem in otium,
Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat:
* dif. Qui ita dictitat, quas * antehac fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura levi,
Quia nuſquam inſanum ſcripſit aduleſcentulum
Cervam videre fugere, & ſectari canes:
Et eam plorare; orare ut ſubveniat ſibi.
Quod ſi intellegeret, cum ſtetīt olim nova,
Actoris opera magĭs ſtetiſſe, quam ſua;
Minŭs' multo audacter, quam nunc laedit, laederet.
Nunc ſiquis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,
Vetŭs' ſi poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum invenire prologum potuiſſet novus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reicere:
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.

Bene-

Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab illo adlatumst, [1] sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim animum attendite. adportō novam
Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem nominant;
Quia primas partis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res geretur maxume.
Voluntas vostra si ad poetam accesserit,
Date operam, adeste aequo animo per silentium;
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus
Cum per tumultum noster grex motus locost:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vestra adiutans, atque aequanimitas.

NOTAE.

1 *Sibi esse id.*] Hunc verborum ordinem omnes fere libros habere agnoscit Faern. qui lectionem libri Bemb. *id sibi esse* praetulit, quod nesciret primam in *esse* corripi: quod tamen saepissime factum esse innumeris exemplis patet.

ACTUS

ACTUS I. SCAENA I.

DAVUS.

I. tr. AMICUS ſummus meus, & popularis Geta
*m. Heri ad me venit: erat * ei de ratiuncula
Iampridem aput me relliquum pauxillulum
Nummorum: id ut conficerem. confeci: adfero.
Năm erilem filium ejus duxiſſe audio
*m. Uxorem: * ei credo munus hoc conraditur.
*m. Quăm inique comparatumſt, * ii qui minus habent,
Ut ſemper aliquid addant divitioribus?
Quod ille' unciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defrudans genium, conperſit miſer,
Id illa' univerſum abripiet: haut exiſtumans
Quanto labore partum. porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi era pepererit:
Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies:
Ubi initiabunt: omne hoc mater auferet:
*m. * Puĕr' cauſa erit mittundi. ſet videōn Getam?

SCAENA II.

GETA. DAVUS.

GETA.

I. tr. SI quis me quaeret rufus. DA. praeſtoſt, deſine. GE. oh,
At ego obviam conabar tibi Dave. DA. accipe, em
Lectumſt; conveniet numerus quantum debui.
GE. Amō te: & non neclexiſſe habeo gratiam.
DA. Praeſertim ut nunc ſunt mores; adeo res redit:
Si quis quid reddit, magna habendaſt gratia.

Set quid tu es triſtis? GE. egone? neſcis quo in metu, &
Quanto in periclo ſimus. DA. quid iſtuc eſt? GE. ſcies,
Modo ut tacere poſſis. DA. abĭ ſis, inſciens:
Cŭiŭs ' tu fidem in pecunia perſpexeris,
*m. Verere verba * ei credere? ubi quid mihi lucri eſt
Te fallere? GE. ergo auſculta. DA. hanc operam tibi dico.
GE. Senĭs ' noſtri Dave fratrem maiorem Chremem
Noſtin? DA. quid ni? GE. quid? eius natum Phaedriam?
DA. Tamquam te. GE. evenit ſenibus ambobus ſimul,
Iter illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquom: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non montis auri pollicens.
DA. Cui tanta erat res, & ſupererat? GE. deſinas:
Sic eſt ingenium. DA. oh, regem me eſſe oportuit.
GE. Abeuntes ambo hic tum ſenes me filiis
Relinquont quaſi magiſtrum. DA. o Geta, provinciam
Cepiſti duram. GE. mihi uſus venit, hoc ſcio:
Memini relinqui me, deo irato meo.
Coepi adverſari primo: quid verbis opuſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
DA. Venere in mentem mihi iſthaec: namque inſcitiaſt,
* m. Advorſum ſtimulum calces. GE. coepi * iis omnia
Facere, obſequi quae vellent. DA. ſciſti uti foro.
GE. Noſter mali nihil quicquam primo: hic Phaedria
Continuo quandam nactus eſt puellulam
Citharĭſtriam: hanc amare coepit perdite.
Ea ſerviebat lenoni inpuriſſimo:
Neque quod daretur quicquam, id curarant patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere.

Nos

NOTAE.

1 *Ex adverſo ilico.*] De hac lectione vide Faernum. mihi magis placet *ex adverſum*, ut v. 47. & Ad. IV. II. 45. pro *ilico*, codices fere omnes, *ei loco*, quod malim. ſic locum hunc citat Priſcianus p. 977. & 1037. & ſic etiam Donat. etſi alteram quoque lectionem agnoſcat.

2 *Ton-*

Nos otioſi operam dabamus Phaedriae.
In quo haec diſcebat ludo, [1] ex adverſo ilico
[2] Tonſtrina erat quaedam. hic ſolebamus fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus illi, intervenit
Aduleſcens quidam lacrumans. nos mirarier:
Rogamus quid ſit: numquam aeque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus viſumſt & miſerum & grave.
Modo quandam vidi virginem [3] hic viciniae
* m. Miſeram, * ſuam matrem lamentari mortuam.
Ea' ſita erat ex advorſum: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,
Quiſquam aderat qui adiutaret funus: miſeritumſt.
Virgo ipſa facie egregia. quid verbis opuſt?
Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho:
Voltis ne eamus viſere? alius; cenſeo:
Eamus: duc nos ſodes: imus, venimus:
Videmus: virgo pulchra: & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:
Lacrumae, veſtitus turpis; ut, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, haec formam extinguerent.
Ille' qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
Satis, inquit, ſcitaſt: noſter vero, DA. iam ſcio:
Amare coepit. GE. ſcin quam? quo evadat, vide:
Poſtridie ad anum recta pergit: obſecrat,
Ut ſibi eius faciat copiam. illa enim ſe negat:
Neque eum' aequom ait facere: illam civem eſſe Atticam,
Bonam, bonis prognatam: ſi uxorem velit,
Lege id licere facere: ſin aliter, negat.
Noſter, quid ageret neſcire: & illam ducere

Cupiebat

NOTAE.

2 *Tonſtrina erat quaedam.*] Charisius p. 55. *Piſtrilla erat quaedam.*

3 *Hic viciniae.*] Sic Plaut. Mil. II. III. 2. ---*ſcio me vidiſſe hic* ‖ *proximae viciniae.* Et ad eundem modum *huc viciniae* dicitur, Andr. I. I. 43.

Cupiebat, & metuebat abſentem patrem.
*m. DA. Non, ſi rediſſet, * ei pater veniam daret?
GE. Ille indotatam virginem atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. DA. quid fit denique?
GE. Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homō confidens: [1] quĭ ĭllum dĭ ŏmnes perduint,
DA. Quid ĭs' fecit? GE. hoc conſilium quod dicam dedit:
Lex eſt, ut orbae, qui ſunt genere proxumi,
*m. * Iis' nubant, & ĭllos ducere eadem haec lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:
Paternum amicum me adſimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quae mater, qui cognata tibi ſit; omnia haec
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum.
Cum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater' aderit. mihi paratae lites: quid mea?
Illa quidem noſtra erit. DA. iocularem audaciam.
GE. Perſuaſumſt homini. factumſt. ventumſt; vincimur:
Duxit. DA. quid narras? GE. hoc quod audis. DA. o Geta,
Quid te futurumſt? GE. neſcio hercle: unum hoc ſcio,
Quod ſors feret, feremus aequo animo. DA. [2] placet:
Hĕm ĭſtuc viriſt officium. GE. in me omnis ſpes mihi eſt,
DA. Laudo. GE. ad precatorem adeam credo, qui mihi
Sic oret: nunc amitte quaeſo hunc: ceterum
Poſthac ſi quicquam, nihil precor. tantummodo
Non addit: ubi ego hinc abiero, vel occidito.

Quid

NOTAE.

1 *Qui illum di omnes perduint.*] Interpretes fere omnes, *qui*, diſtinctione poſita ut ab *illum* ſeparārent, trahendum putarunt ad *dedit* in verſu ſequente. Sed ex plurimis Plauti locis manifeſtum eſt *qui illum* & *qui te* eſſe imprecandi formulas, & *qui* idem fere valere ac utinam. ut Men. III. I. 6.

QUI *illum dĭ omnes perduint, qui* ‖ *primus*——

& V. V. 30.

QUI *te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint.*

ſic etiam Rud. IV. IV. 122.

QUI *te di omnes perdant, qui me hodie* ‖ *oculis vidiſti tuis.*

& Trin. II. IV. 78.

QUI *ĭſtum di perdant.*

& ſaepe alias. diſtinctionem igitur hic poſt *qui* ſuſtuli.

2 *Placet.*] Neſcio, an melior ſit aliorum codicum lectio, *places*, ut II. I. 6.

Invi-

DA. Quid paedagogus ille qui chariſtriam?
* m. Quid * rei gerit? GE. ſic, tenuiter. DA. non multum habet
3 Quod det fortaſsĕ-. GE. immo nihil niſi ſpem meram.
DA. Pater eius rediit, an non? GE. nondum. DA. quid? ſenem
Quoad exſpectatis veſtrum? GE. non certum ſcio:
Set epiſtolam ab eo adlatam eſſe audivi modo:
Et ăd' portitores eſſe delatam; hanc petam.
DA. Numquid Geta aliud me vis? GE. ut bene ſit tibi.
Puer heus. nemōn huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

SCAENA III.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

ANTIPHO.

T. t. a. ADEON rem rediſſe, ut qui mihi " conſultum optume velit eſſe,
T. t. c. Phaedri-a, pătrem ut extimeſcam, ubi ĭn " mentem ĕius adventi venit?
I. t. a. Quod ni fuiſſem incogitans, ita eum " exſpectarem, ut par fuit.
I. t. h. PH. Quid ĭſtuc eſt? AN. rogitas? qui tam audacis " facinoris 4 mi conſcius ſis?
T. t. a. Quod utinam ne Phormioni id " ſuadere in mentem incidiſſet,
T. t. c. Neu me cupidum eo inpuliſſet ", quod mihi principiumſt mali.
* dif. Non potitus eſſem, * fuiſſet " tum illos mihi aegre aliquot dies:
I. t. a. At' non cotidiana cura haec " angeret animum, PH. audio.
AN. Dum exſpecto quam mox veniat, qui adimat " hanc mihi conſuetudinem.

PH. Ali'is

NOTAE.

Invitus feci; *lex coegit. audiō. fateor.*

GE. PLACES.

3 *Quod det fortaſſe.*] Ultima in *fortaſſe* non eliditur, licet ſequatur vocalis, cum plena ſit diſtinctio, & quae ſequuntur, ſint alterius perſonae. haec autem licentia ſi non frequens eſſet, facillime vitari potuiſſet, ſcribendo

Fortaſſe quod det.

eſt quidem & alia verſum hunc dimetiendi ratio,

Quod det for-taſſe. GE. *im = mō ni-hil niſi ſpem meram.*

ſed aures conſulenti parum ſe probabit.

4 *Mi conſcius ſis.*] Si ſana haec lectio, verſus eſt Iamb. t. h. non T. t. a. quod putavit Faernus, niſi deleas *eſt* poſt *iſtuc*. ſed legendum arbitror, *mihi conſcius es*, & verſum eſſe, ut praecedentem, Iambicum. t. acat. *conſcius es* dactylum conſtituente, eliſione ultimae in *conſcius*. poteſt. ſane *ſis* vel *es* ſine incommodo abeſſe.

PH. Alíis quia defit quod amant, aegreſt ‖: tibi, quia ſupereſt, dolet.

I. d. a. Amore abundas Antipho.

I. t. a. Nam tua quidem hercle certe vita haec ‖ expetenda optandaque eſt:
Ita me di bene ament ut mihi liceat ‖ tandiu quod amō frui,
Iam depeciſci morte cupio ‖; tu conicito cetera,
Quid ego′ ex hac inopia nunc capiam; & ‖ quid tu ex iſtac copia,
Ut ne addam, quod ſine ſumptu ingenuam ‖, liberalem nactus es:
Quod habes, ita ut voluiſti, uxorem ‖ ſine mala fama, palam:
Beatus, ni unum deſit, animus ‖ qui modeſte iſtaec ferat.

*m. Quod ſi tibi res ſit cum * eo lenone ‖ quo cum mihi eſt, tum ſentias.
Ita′ plerique ingenio ſumus omnes ‖, noſtri noſmet poenitet.

AN. At tu mihi contra nunc videre ‖ fortunatus Phaedria,
Cui de integro eſt poteſtas etiam ‖ conſulendi, quid velis:
Retinere, amare, amittere: ego in eum ‖ incidi infelix locum,
Ut neque mihi - eiŭs ſit = amittendi ‖, nec retinendi copia.

I. t. c. Set′ quid hoc eſt? videon ego Getam cur ‖rentem huc advenire?
Is ĕſt′ ipſus: ei timeō miſer, quam hic ‖ nunc mihi nuntiet rem.

SCAENA IV.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

GETA.

T. t. a. NULLUS es Geta niſi iām aliquod ‖ tibi conſilium celere ¹ reperis:

T. t. c. Ita nunc imparatum ſubito ‖ tanta te inpendent mala:

Quae

NOTAE.

1 *Reperis.*] Faern. *repperis.* ſed verſus reſpuit, qui eſt T. t. a.

2 *Quae ſi non.*] Verſum hunc nihil loci hic habere quivis videat. deſumptus eſt ex Andr. I. III. 3. quomodo vero huc irrepſerit, divinare nequeo. Muretus omiſit.

3 *Heu me miſerum.*] Faern. *Eheu.* ſed verſus qui eſt T. t. a. poſtulat ut legamus *heu*, quae multorum codd. lectio eſt.

4 *Convaſiſſem.*] Plerique codd. *convaſaſſem*, & ſic Donati editt. antiquiſs. & Nonius. nonnulli codd. *con* - vel *corra ſiſſem*, vox Plautina. Poen. V. VI. 26. quae forte verior lectio. alii gloſſam τῶ *convaſaſſem* eſſe putarunt.

5 *Protinam.*] Faern. *protinus*, ſed verſus exigit *protinam.* atque hanc veram eſſe lectionem ex Feſto & Donato oſtendit Rivius. Sic Plaut. Bacch. III. I. 7.

me

I. t. a. Quae' neque uti devitem ſciō, neque ‖ quomodō me inde extraham:
Nam non poteſt celari noſtra ‖ diutius iam audacia.
[2 Quae ſi non aſtu providentur ‖, me aut erum peſſumdabunt.] 5
I. d. a. AN. Quidnam ille commotus venit?
I. t. a. GE. Tum, temporis mihi punctum ad hanc rem eſt ‖. erus adeſt.
AN. quid iſtuc maliſt?
GE. Quod' cum audierit, quod-eius remedium ‖ inveniam iracundiae?
Loquar ne? incendam: taceam? inſtigem ‖: purgem me? laterem lavem.
T. t. a. 3 Heu me miſerum: cum mihi paveo ‖, tum Antiphō me excruciat animi:
*m. Eiŭs me miſeret: * ei nunc timeo: is ‖ nunc me retinet: nam abſque eo eſſet, 10
T. t. c. Recte ego mihi vidiſſem: & ſenis eſſem ‖ ultus iracundiam:
Aliquid 4 convaſiſſem, atque hinc me ‖ conicerem 5 protinam in pedes.
T. d. c. AN. Quam hic fugam, aut furtum parat?
I. t. a. GE. Set ubi' Antiphonem reperiam? aut 6 quam ‖ quaerere inſiſtam viam?
*diſ. PH. Te nominat. AN. * neſciō quod magnum hoc ‖ nuntio exſpectō malum. PH. ah, 15
T. t. a. 7 Sanus ne es? GE. domum ire pergam: ibi ‖ plurimumſt. PH. revocemus hominem.
I. mon. AN. Stă ilico. GE. hem,

Satĭs

NOTAE.

--- *me continuo* ‖ *contuli protinam in pedes.*

vid. etiam Curc. II. III. 84. & Perſ. IV. V. 8.

6 *Quam quaerere inſiſtam viam?*] Faern. *qua.* ſed operarum opinor errore, aut forte per ipſius incuriam, qui proculdubio *quam* voluit. vid. Eun. II. III. 3.

7 *Sanus ne es?*] Hic & ſequens verſus ſic ordinantur apud Eraſmum & Faernum.

PH. *Ah, ſanus ne es?* GE. *domum ire pergam: ibi plurimumſt.* PH. *revocemus Hominem.* AN. *ſta ilico.* GE. *hem.*

quo pacto prior erit I. t. c. alter autem Iamb. dim. brachycatal. quo nuſquam utitur Terentius. pro noſtra vero conſtitutione, alter erit, T. t. a. alter Iambic. mon. qualis eſt, *quid illud eſt?* And. I. V. 2.

T. t. c. Satĭs pro imperio quiſquis es. AN. Geta‖. GE. ipſe eſt, quem volui obviam.
AN. Cedo, quid portas obſecro? atque id‖, ſi potes, verbo expedi.
* m. GE. Faciam. AN. eloquere. GE. modo aput portum‖. AN. * meum ne? GE. intellexti. AN. occidi. GE. hem.
AN. Quid agam? PH. quid ais? GE. hŭiŭs patrem vi‖diſſe me, patruum tuum.
AN. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio‖ remedium inveniam miſer?
* m. † m. Quod ſi * eo † meae fortunae redeunt‖, Phānium, abs te ut diſtrahar,
Nullaſt mihi vita expetenda. GE. ergo‖ iſtaec cum ita ſint Antipho,
Tanto magĭs te advigilare aequomſt‖: fortis fortuna adiuvat.
AN. Non ſum aput me. GE. atqui = opus eſt nunc, cum‖ maxume ut ſis Antipho:
Nam ſi ſenſerit te timidum‖ pater eſſe, arbitrabitur
Conmeruiſſe culpam. PH. hoc verumſt‖. AN. non poſſum inmutarier.
GE. Quid faceres sĭ aliud gravius‖ tibi nunc faciundum foret?
AN. Cum hoc non poſſum, illud minŭs poſſem. GE. hoc‖ nihil eſt Phaedria, ilicet.
Quid hĭc conterimus operam fruſtra‖? quin abeo? PH. & quidem ego. AN. obſecro,
Quid ſi adſimulo, ſatin eſt? GE. garris‖. AN. voltum contemplamini, em,
1 Satĭn ſic eſt? GE. non. AN. quid ſi ſic? GE. pro‖pe modum. AN. quid ſi ſic? GE. ſat eſt:
Em, ĭſtuc ſerva: & verbum verbo‖, par pari ut reſpondeas,
* m. Ne te iratus * ſuis ſaevidicis‖ dictis protelet. AN. ſcio.
GE. Vi coactum te eſſe invitum‖, lege, iudicio: tenes?

Set

NOTAE.

1 *Satin ſic eſt.*] Faern. *ſatine*, & in poſteriore verſus parte, *quid ſic.* omnes vero codices praeter Bemb. *quid ſi ſic*, ut Heaut. IV. II. 9. & id cogit ut cum aliis quoque codicibus in initio legamus *ſatĭn.*

2 *Ego*

Set quis - hic ĕſt ſe-nex, quem video in [1] ultima platea? AN. ipſus eſt.

I. tr. Non poſſum adeſſe. GE. ah, quid agis? quŏ abis Antipho?
Mane inquam. AN. egomet me novi & peccatum meum:
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
PH. Geta' quid nunc fiet? GE. tu iam lites audies:
Ego' plectar pendens, niſi quid me fefellerit.
Set quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id noſmet ipſos facere oportet Phaedria.
PH. Aufer mihi, oportet: quin tu, quid faciam, impera.
GE. Meminiſtin olim ut fuerit voſtra oratio
In re incipiunda ad defendendam noxiam?
Iuſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam.
PH. Memini. GE. em, nunc ipſaſt opus ea; aut, ſiquid poteſt,
Meliore & callidiore. PH. fiet ſedulo.
GE. Nunc prior adito tu. [2] ego in inſidiis hic ero
Succenturiatus, ſi quid deficies. PH. age.

ACTUS II. SCAENA I.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

DEMIPHO.

T. t. c. ITA ne tandem uxorem duxit [1] Antipho iniuſſu meo?
Nec meum ĭmperium: ac mitto imperium[1]: non ſi-
multatem meam
I. t. a. Reve'reri ſaltem? non pudere? o [1] facinus audax, o Geta
Monitor. GE. vix tandem. DE. quid mihi dicent[1]? aut quam cau-
ſam reperient?
Demiror.

NOTAE.

2 *Ego in inſidiis.*] Sic etiam Nonius. ſed Priſc. p. 1354. *ego in ſubſidiis*, & mox *deficias*; ſed *inſidiis* verius puto, quod Plauto frequens. vid. Aſin. V. II. 31. Caſ. II. VII. 13. Men. IV. I. 12.

Demiror. GE. atqui reperi iam: aliud ' cura. DE an hoc dicet mihi?
Invitus feci; lex coegit'. audiō. fateor. GE. ' places.
DE. Verum ſcientem, tacitum, cauſam ' tradere adverſariis,
Etiam ne id lex coegit? PH. illud ' durum. GE. ego expediam: ſine.
DE. Incertumſt quid agam; quia praeter ſpem, atque ' incredibile hoc mihi obtigit:
Ita' ſum inritatus, animum ut nequeam ad ' cogitandum inſtituere.
Quamobrem' omnes, cum ſecundae res ſunt ' maxume, tum maxume
Meditari ſecum oportet, quo pacto ' advorſam aerumnam ferant,
Pericla, damna, exilia, peregre ' rediens ſemper cogitet,
Aut fili peccatum, aut uxoris ' mortem, aut morbum filiae.
Communia eſſe haec: fieri poſſe: ut ' nequid animo ſit novom.
Quidquid praeter ſpem eveniat, omne id ' deputare eſſe in lucro.
GE. O Phaedria, incredibileſt quantum erum ' anteeo ſapientia.
Meditata mihi ſunt omni-a mea in'commoda, erŭs ſi redierit:
Molendum eſſe in piſtrino: vapu'landum: habendae compedes:
Opŭs' ruri faciundum: horum nihil quicquam ' accidet animo novom.
Quidquid praeter ſpem eveniet, omne id ' deputabo eſſe in lucro.
T. t. c Set quid ceſſas hominem adire, & ' blande in principio adloqui?
*m. DE. Phaedriam * mei fratris video ' filium mihi ire obviam.
I. tr. PH. Mi patrue ſalve. DE. ſalve: ſet ubi eſt Antipho?
PH. Salvom advenire DE. credo: hoc reſponde mihi.
PH. Valet: hic eſt: ſet ſatin omnia ex ſententia?
DE. Vellem quidem. PH. quid iſtuc? DE. rogitas Phaedria?

Bonas

NOTAE.

1 *Places.*] Omnes Leng. codices *placet*; ſed omnes Faerni, quantum ex eius ſilentio coniicere eſt, *places*. ut I. II. 88. & ſic Plautus, Rud. IV. III. 103.
Fiat iſtuc potius, quam nunc ' pugnem tecum. TR. *nunc* PLACES.

2 *Dari mihi.*] Secunda in *dari* corripitur etiam Ad. III. II. 13. & ſic Plaut. Merc. IV. IV. 38.
Darĭ' potĕſt in-terea dum illi ponunt. LY. *quin abis?*

3 *Obſtupefecit.*] In verbis compoſitis cum

Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias.
PH. Eho, an' id ſuſcenſes nunc illi? GE. o artificem probum.
DE. Ego ne' illi non ſuſcenſeam? ipſum geſtio
² Darĭ mihi in conſpectum, nunc ſua culpa ut ſciat
Lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum.
PH. Atqui nihil fecit patrue, quod ſuſcenſeas.
DE. Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt:
Unum cognoris, omnes noris. PH. haut itaſt.
DE. Hic ĭn' noxaſt, ille ad defendundam cauſam adeſt:
Cŭm ĭlle' eſt, hic praeſto eſt: tradunt operas mutuas.
GE. Probe horum facta inprudens depinxit ſenex.
DE. Nam ni haec ita eſſent, cum illo haut ſtares Phaedria.
PH. Si eſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
*m. Ex qua re minŭs * rei foret, aut famae temperans:
Non cauſam dico, quin quod meritus ſit, ferat:
Set ſi quis forte malitia fretus ſua,
Inſidias noſtrae fecit aduleſcentiae,
Ac vicit; noſtran culpa ea eſt, an iudicum?
Qui ſaepe propter invidiam adimunt diviti:
Aut propter miſericordiam addunt pauperi.
GE. Ni noſſem cauſam, crederem vera hunc loqui.
DE. An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere
Tua iuſta, ubi tute verbum non reſpondeas,
Ita ut' ille fecit? PH. functus aduleſcentuli eſt
Officium liberalis: poſtquam ad iudices
Ventumſt, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum ibi = ³ obſtupēfecit pudor.
GE. Laudo hunc: ſet ceſſo adire quamprimum ſenem?
Ere ſalve: ſalvum te adveniſſe gaudeo. DE. oh,

Bone

NOTAE.

cum *facio* videntur veteres ſyllabam ab illo proximam pro libitu produxiſſe, vel corripuiſſe, etſi prius rarius fecerint. Faernus exemplum adduxit e Catulli Epithal. Thetid. prope finem, ubi ſecunda in *tepefaciet* producta eſt. Sed potuiſſet etiam exempla dediſſe e Plauto, qui antepenultimam produxit non modo in *contabefacit*, & *perfrigefacit*, quae ſunt ſecundae coniugationis, ſed etiam in *expergefacit*. vid. Pſeud. I. I. 19. IV. VII. 117. Curc. I. III. 42.

Bone cuſtos ſalve. columen vero familiae:
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
GE. Iamdudum tĕ ŏmnes nos accuſare audio
Inmerito: & me horunc omnium inmeritiſſimo:
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Servom hominem cauſam orare leges non ſinunt:
Neque [1] teſtimoni dictio eſt. DE. mitto omnia.
[2] Addo ĭſtuc: inprudens timuit aduleſcens: ſino:
Tu ſervus: verum ſi cognata eſt maxume,
*m. Non * fuit neceſſe habere-; ſet ĭd quod lex iubet,
Dotem daretis; quaereret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
GE. Non ratio, verum argentum deerat. DE. ſumeret
Alicunde. GE. alicunde? nihil eſt dicto facilius.
DE. Poſtremo, ſi nullo alio pacto, faenore.
GE. Hui', dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet,
Te vivo. DE. non, non ſic futurumſt: non poteſt.
Egon' illam cŭm ĭllo ut patiar nuptam unum diem?
[3] Nihil ſuave meritumſt. hominem conmonſtrarier
Mihi ĭſtum volo: aut ubi habitet, demonſtrarier.
GE. [4] Nĕmpe' Phormionem. DE. iſtum patronum mulieris.
GE. Iam faxo hic aderit. DE. Antipho ubi nunc eſt? PH. foris.
DE. Abĭ Phaedria, eum require, atque adduce huc. PH. eo
Recta via quidem illuc. GE. nempe ad [5] Pamphilam. DE. at
*m. Ego' * deos penatis hinc ſalutatum domum
Devortar: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos

NOTAE.

1 *Teſtimoni.*] Faern. *teſtimonii.*

2 *Addo iſtuc.*] Alii *adde*, & ſic Donatus. ſed *addo* magis herum decuit, meliuſque cum *mitto* & *ſino* convenit. & ſic IV. III. 25. cod. Bemb. *pono eſſe victum*, ubi alii *pone*.

3 *Nihil ſuave meritum eſt.*] Miror hunc locum interpretes tantum exercuiſſe, cum Donatus paucis verbis optime explicuerit. *nihil*, inquit *mihi, mercedis ſuave eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram. ſuave enim meritum ſuavem mercedem ſignificat. nihil meritum* eſt nihil quod a me mereri poſſit. *merere* vero hoc ſenſu toties occurrit apud Plautum, ut neminem fugere potuiſſe crederes. unum atque alterum exemplum afferam. Men. I. III. 34.

Neque hodie ut te perdam, MEREAM || *dĕum divitias mihi.*

& Stich. I. I. 24.

Neque ille ſibi MEREAT *Perſarum Montes, qui eſſe aurei perhibentur,*

Ut

Amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient;
Ut ne inparatus ſim, ſi adveniat Phormio.

SCAENA II.

PHORMIO. GETA.

PHORMIO.

*m. T. t. c. ITA ne patris * ais conſpectum ‖ veritum hinc [6] abiiſſe? GE. admodum.
PH. Phanium relictam ſolam ‖? GE. ſic. PH. & iratum ſenem?
GE. Oppido. PH. ad te ſumma ſolum ‖ Phormiō rerum redit:
Tute hoc intriſti: tibi omne eſt ‖ exedendum: accingere.
GE. Obſecrō te. PH. ſi rogabit ‖. GE. in te ſpes eſt. PH. eccere, 5
Quid ſi reddet ‖? GE. tu inpuliſti ‖. PH. ſic opinor. GE. ſubveni.
PH. Cedo ſenem: iam inſtructa ſunt mihi in ‖ corde conſilia omnia.
GE. Quid ages? PH. quid vis? niſi uti maneat ‖ Phanium: atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam: atque in me omnem ‖ iram derivem ſenis?
GE. O vir fortis atque amicus ‖. verum hoc ſaepe Phormio 10
Vereor, ne iſtaec fortitudo [7] in ‖ nervom erumpat denique. PH. ah,
Non ita eſt: factum eſt periclum ‖, iam pedum viſaſt via.
Quot me cenſes homines iam de ‖ verberaſſe uſque ad necem?
Hoſpites, tum cives? quo magis ‖ novi, tanto ſaepius.

[1] Cedo.

NOTAE.

Ut iſtuc faciat, quod tu metuis. vid. etiam Poen. I. III. 21. & MERERI dixit eodem ſenſu, Moſt. IV. II. 71.

—quid ‖ MEREAR, quamobrem mentiar?

4 *Nĕmpe.*] Prior in *nempe* ſaepe corripitur apud Plaut. ut Aul. II. IV. 15.

Nĕmpe ſicut dicis. CO. *quid? hĭc non poterat de ſuo.*

vid. Mil. III. III. 32. & 48. & ſic ſaepe alias.

5 *Pamphilam.*] Faern. DE. *at* ſequeti verſui appoſuit.

6 *Abiiſſe.*] Faern. *abiſſe.*

7 *In nervom.*] *Nervus* hic eſt vinculum. ſic IV. IV. 15.

In nervum potius ibit.

vinculum vero ſeu catenam intelligi manifeſte oſtendunt haec Plauti:

Nam noctu nervo vinctus cuſtodibitur. Capt. III. V. 71. &

Atque ita te nervo torquebō ‖ itidem ut catapultae ſolent. Curc. V. III. 12.

[1] Cedo dum, en unquam iniuriarum au||difti mihi ſcriptam dicam? 15
GE. [2] Quĭ ĭſtuc? PH. quia non rete accipitri || tenditur, neque miluo,
Qui male faciunt nobis: illis || qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus eſt, in || illis opera luditur.
Aliis aliunde eſt periclum, unde || aliquid abradi poteſt:
Mihi ſciunt nihil eſſe: dices||, ducent damnatum domum: 20
*m Alere nolunt hominem edacem: & || ſapiunt * mea ſententia,
Pro maleficio ſi beneficium || ſummum nolunt reddere.
GE. Non potĕſt-fatĭs pro merito ab illo || tibi referri gratia.
PH. Immo enĭm nemo = fatĭs pro merito || gratiam regi refert.
Ten aſymbolum venire, unctum ||, atque lautum e balneis, 25
Otioſum ab animo: cum ille & || cura, & ſumptu abſumitur,
Dum tibi ſit quod placeat: ille || ringitur, tu rideas:
Priŏr bibas, prior decumbas||: cena dubia apponitur?
GE. Quĭd ĭſtuc verbi eſt? PH. ubi tu dubites ||, quid ſumas potiſſimum.
Haec, cum rationem ineas, quam ſint || ſuavia, & quam cara ſint: 30
Ea qui praebet, non tu hunc habeas || plane praeſentem deum?
GE. Senĕx adeſt: vidĕ quid agas: prima || coitioſt acerrima:
*m. Si * eam ſuſtinueris, poſtilla || iam, ut lubet, ludas licet.

SCAENA III.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

DEMIPHO.

I. tr. [3] EN umquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam iniuriam, quam haec eſt mihi?
Adeſte quaeſo. GE. iratus eſt. PH. quin tu [4] hoc age, ſt:

Iām

NOTAE.

1 *Cedo dum, en unquam.*] Sic II. III. 1.
En unquam cuiquam.
& ſic Plaut. Ciſt. I. I. 88.
----ſed tu en unquam----

2 *Quĭ ĭſtuc?*] Donatus, *quid iſtuc?* & ſic Eraſm. Steph. Boecler. ſed Muretus & Faber cum Faerno habent *qui iſtuc*; cum codices fere omnes in ea lectione conſentiant.

3 *En unquam.*] Vide II. II. 15.

4 *Hoc age, ſt.*] *St* in unam hic ſyllabam coaleſcit cum *age*, ut fere ſemper apud Plautum. alias per ſe ſyllabae longae vim

Iăm ego' hunc agitabo. pro deum immortalium,
Negăt' Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demiphō negat eſſe cognatam? GE. negat.
PH. Neque' eĭŭs patrem ſe ſcire qui fuerit? GE. negat.
DE. Ipſum eſſe opinor de quŏ agebam. ſequimini.
PH. Nec Stilphonem ipſum ſcire qui fuerit? GE. negat.
PH. Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens:
Neclegitur ipſa: vide, avaritia quid facit.
GE. Sĭ erum' inſimulabis malitiae, male audies.
DE. O au'daciam, [5] etiam me ultro accuſatum advenit.
PH. Nam iam' aduleſcenti nihil eſt quod ſuſcenſeam,
Si illum minŭs norat: quippe homō iam grandior,
Pauper, cūi opera vita erat, ruri fere
Se continebat: ibi ăgrum de noſtro patre
Colendum habebat: ſaepe interea mihi ſenex
Narrabat, ſe hunc neclegere cognatum ſuum:
At quem virum? quem ego viderim in vita optumum.
GE. [6] Videas te atque illum, ut narras. PH. in [7] malam crucem.
Nam ni ita eum exiſtimaſſem, numquam tam gravis
Ob hănc' inimicitias caperem in voſtram familiam,
Quăm is' aſpernatur nunc tam inliberaliter.
GE. Pergin ero abſenti male loqui inpuriſſime?
* m. PH. Dignum autem hoc illo eſt. GE. * ain tandem carcer? DE. Geta.
GE. Bonorum extortor, legum contortor. DE. Geta.
PH. Reſponde. GE. quis homo eſt? ehĕm. DE. tace. GE. abſenti tibi
Te indignas, ſeque dignas contumelias.

Num-

NOTAE.

vim habet. ut Heaut. III. III. 36.

5 *Etiam me ultro accuſatum advenit.*] ſic Eun. V. II. 21.

—— etiam ultro deriſum advenit.

6 *Videas te atque illum, ut narras.*] Id eſt, fuerit ille, ut narras fuiſſe, quid id ad nos? id tu videris. quod vero TE ſpectat, eadem elegantia hic inſeritur, ac in Heaut. IV. I. 40.

Conſervaſti TE *atque illam.*— locum adi.

7 *In malam crucem.*] Ad haec Donatus. *adverbialiter, ut huic viciniae.* quod dici puto de integra loquutione, adeoque *in* non eſſe pro *iſne*, quod voluit Faernus.

Numquam ceſſavit dicere [1] hodie. DE. ohe - deſine.
Aduleſcens, primum abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas:
* dif. Quĕm a'micum tuum ais * fuiſſe iſtum? explana mihi:
Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret.
* dif. PH. * Proinde' expiſcare quaſi non noſſes. DE. noſſem? PH. ita.
DE. Ego' me negō: tu quĭ ais, redige in memoriam.
* m. PH. [2] Eho tu ſobrinum * tuum non noras? DE. enicas:
Dic nomen. PH. nomen? maxume. DE. quid nunc taces?
* m. PH. Perii hercle, nomen perdidi. DE. hem. quid * ais? PH. Geta,
Si meminiſti id quod olim dictumſt, [3] ſubiice. hem,
Non dico: quaſi non noris, temptatum advenis.
DE. Egone' autem tempto? GE. Stilpho. PH. atque adeo quid mea?
Stilphoſt. DE. quem dixti? PH. Stilphonem inquam noveras?
DE. Neque ego' illum noram, neque mihi cognatus fuit
Quiſquam iſtoc nomine. PH. ita ne? non te horum pudet?
At ſi talentum rem reliquiſſet decem,
DE. [4] Di' tibi malefaciant. PH. primus eſſes memoriter
Progeniem veſtram uſque ab avo atque atavo proferens.
DE. Ita ŭt' dicis. ego tum cum adveniſſem, qui mihi
Cognata ea eſſet, dicerem: itidem tu face:
Cedo' qui eſt cognata? GE. eu noſter, recte. heus tu, cave.
PH. Dilucide expedivi, quibŭs me oportuit
Iudicibus: tum id ſi falſum fuerat, filius
Cur non refellit? DE. filium narras mihi?
Cŭiŭs' de ſtultitia dici, ut dignumſt, non poteſt.
PH. At tu qui ſapiens es, magiſtratus adi;
* dif. Iudicium de * eadem cauſa iterum ut reddant tibi;
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet

Hic

NOTAE.

1 *Hodie. DE. ohe.*] Vel *hodie* in diſſyllabum contrahitur, vel *hodie*, *ohe* eſt proceleuſmaticus.

2 *Eho tu ſobrinum.*] Cicero in Oratore hunc locum laudans pro *ſobrinum*, *cognatum* habet, lapſu, opinor, memoriae, ut nihil hic mutandum ſit.

3 *Subiice.*] Faern. *Subice.*

4 *Di tibi malefaciant.*] Vel *malefaciant* pro

*dif. Hic de * eadem cauſa bis iudicium adipiſcier.
DE. Etſi mihi facta iniuriaſt, verum tamen
Potius quam lites ſecter, aut quam te audiam:
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc; minas quinque accipe.
PH. Ha, ha, hae, homo ſuavis. DE. quid ĕſt? num iniquom poſtulo?
An ne hoc quidem ego adipiſcar, quod ius publicumſt?
PH. 5 Ităn' ' tandem quaeſo; item ut meretricem ubi abusŭs ſis,
*m. Mercedem dare lex iubet * ēi, atque amittere?
An, ŭt' ne quid turpe civis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſaſt dari,
Ut cum uno aetatem degeret? quod tu vetas.
DE. Ita, proximo quidem: at nos unde? aut = quamobrem? PH. ohe,
Actum, aiunt, nĕ agas. DE. non agam? immo haut deſinam
Donec perfecero hoc. PH. ineptis. DE. ſine modo.
*m. PH. Poſtremo tecum nihil * rei nobis Demiphoſt:
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu: nam tua
Prae'terierat iam ad ducendum aetas. DE. omnia haec
Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:
Aut quidĕm cum uxore hac ipſum prohibebōdomo.
GE. Iratus eſt. PH. 6 tute idem melius feceris.
DE. Ita ne es paratus facere me advorſum omnia
Infelix? PH. metuit hic nos, tamĕtſi ſedulo
Diſſimulat. GE. bene habent tibi principia. PH. quin quod eſt
*m. Ferundum, fers? * tuis dignum factis feceris,
Ut amici inter nos ſimus. DE. egŏn tuam expetam
Amicitiam? aut te viſum, aut auditum velim?
PH. Si concordabis cŭm illa, habebis quae tuam

Se-

NOTAE.

pronuntiandum eſt ut *malfaciant*, vel *tibi male-* eſt proceleuſmaticus.

5 *Itan' tandem.*] Faern. *itane*, ſed verſus reſpuit.

6 *Tute idem.*] Sic Andr. III. II. 41.
——tu tamen idem has nuptias
Perge facere.

Senĕctutem oblectet: respice aetatem tuam.
DE. Te oblectet: tibi habe. PH. minue vero iram. DE. hoc age.
Satĭs' iam verborumst: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam [1] eiiciam: dixi Phormio.
PH. Si tu illam attigeris secŭs quam dignum est, liberam,
Dicam tibi ĭnpingam - grandem: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. GE. intellego.

SCAENA IV.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.

DEMIPHO.

I. tr. QUANTA me cura, & sollicitudine adficit
Gnatus, qui me & se hisce inpedivit nuptiis?
Neque' mihi in conspectum prodit; ut saltem sciam,
Quid de hac re dicat: quidve sit sententiae.
[2] Abĭ' tu, vise redierit ne iam, an non dum, domum.
GE. Eō. DE. videtis quo in loco res haec siet:
Quid a'gō? dic Hegio. HE. ego Cratinum censeo,
Si tibi videtur. DE. dic Cratine. CRA. [3] me ne? DE. te.
*m. CRA. Ego' quae in rem * tuam sint, ea velim facias: mihi
Sic hoc videtur. quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum aequom est, & bonum:
Et id impetrabis. dixi. DE. dic nunc Hegio.
HE. Ego sedulo hunc dixisse credo: verum ita est,
Quot homines tot sententiae: suŭs cuique mos.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptum est. DE. dic Crito.

CRI.

NOTAE.

1 *Eiiciam.*] Faern. *Eiciam.*

2 *Abĭ, tu vise.*] Sic Faern. aliique omnes. est profecto mirum neminem interpretum animadvertisse versum non constare. vel *tu* delendum, vel pro *vise*, legendum *vide*; vel quod malim, *abi* sequenti versui apponendum.

3 *Me ne?* DE *te.*] Faernus atque alii, *—me ne vis?* DE. *Te.* CRA. *ego.* sed ipsa versus ratio videtur

CRI. Ego amplius deliberandum cenſeo :
Res magna eſt. HE. nunquid nos vis? DE. feciſtis probe:
Incertior ſum multo quam dudum. GE. negant
Rediſſe. DE. frater eſt exſpectandus mihi:
4 Is quod mihi dederit de hac re conſilium, id ſequar.
*m. Percontatum ibo ad portum, * quoad ſe recipiat.
GE. At ego Antiphonem quaeram: ut, quae acta hic ſint, ſciat.
Set ĕccum' ipſum video in tempore huc ſe recipere.

ACTUS III. SCAENA I.

ANTIPHO. GETA.

ANTIPHO.

T. t. a. ENĬMVERO Antiphō multimodis ‖ cum iſtoc animo es vituperandus:
*m. Ita ne te hinc abiſſe, & vitam ‖ * tuam tutandam aliis dediſſe?
*m. Alios * tuam rem credidiſti ‖ magĭs quam te te animadverſuros?
Nam ut ut erant alia, illi certe ‖, quae nunc tibi domiſt, conſuleres,
*m. T. t. c. Nequid propter * tuam fidem de‖cepta pateretur mali:
Cŭiŭs nunc miſerae, ſpes opeſque ‖ ſunt in te uno omnes ſitae.
I. t. a. GE. Et' quidem ere nos iam-dudum hic te abſentem ‖ incuſamus, qui abieris.
AN. Te ipſum quaerebam. GE. ſet ea cauſa ‖ nihilo magĭs defecimus.
AN. Loquere' obſecrō quonam in loco ſunt ‖ res & fortunae meae:

‖ Nun'quid

NOTAE.

videtur mihi clare oſtendere *vis* eiiciendum eſſe, & *te* hunc verſum debere claudere. *te* enim cum emphaſi pronuntiandum, ideoque non ferendum eſt, ut abſorbeatur, quod fiet ſi adiiciatur ad ſequentis verſus initium. *vis* autem ſaepius temere ingeri dixi ad Hec. V. I. 27.

4 *Is quod mihi.*] Verſus idem habetur Adelph. III. IV. 54. ſed meliori ni fallor collocatione.

Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.

1 Nun'quid pătrĭ ſubolet? GE. nihil etiam. AN. ecquid ' ſpēi porroſt? GE. neſcio. AN. ah.

GE. Niſi' Phaedria haut ceſſavit pro te e'niti. AN. nihil fecit novi.

GE. Tum Phormio itidem in hac re, ut aliis', ſtrenuum hominem praebuit.

AN. Quid ĭs' fecit? GE. confutavit verbis 'admodum iratum ſenem.

AN. Eu Phormio. GE. ego quod potui porro'. AN. mi Geta, omnis vos amo.

T. t. a. GE. Sic habent principia ſeſe, ut ' dico: adhuc tranquilla res eſt: Manſuruſque patruum pater eſt ', dŭm hŭc adveniat. AN. quid

* dif. eum? GE. 2 ut * aiebat

T. t c. De ĕiŭs conſilio ſeſe velle ' facere, quod ad hanc rem attinet.

I. t. a. AN. 3 Quan'tum metus eſt = mihi, venire huc ' ſalvom nunc patruum Geta?

Nam' per eĭus unam, ut audio, aut vivam', aut moriar, ſententiam.

m. T. t. c. GE. 4 Phaedri-a tibi adeſt. AN. ubinam? GE. eccum ab ' * ſua palaeſtra exit foras.

SCAENA II.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

PHAEDRIA.

T. m. c. 5 DORIO,

I. t. a. Audi' obſecrō. DO. non audiō. PH. pa'rumper. DO. quin omitte me.

PH. Audi

NOTAE.

1 *Numquid patrĭ ſubolet?*] Secunda in *patri* corripitur etiam apud Plautum, Pſeud. I. III. 54.

Surripuiſſes PATRI. PS. *ſurriperet* ‖ *hic patri, audaciſſime?*

2 *Ut aiebat.*] *Ut* hic abundat, ut Adelph. IV. V. 14.

Ut opinor, has non noſſe te, & certo ſcio.

3 *Quantum metus eſt.*] Sic cod. Bemb. cum alii habeant *quantus*; atque id Faernus longe venuſtius putat; verſus autem hoc pacto erit I. t. a. *metus* enim tunc erit in gignendi caſu; ſin *quantus legas*, verſus erit T. t. c. ut praecedens.

4 *Phaedria tibi adeſt.*] Cum hoc abruptum nimis videatur, ſuſpicor ab initio excidiſſe, *ſed*, ut V. V. 5.

Sed Phormio eſt. ----- quo verſus erit par ceteris.

5 *Dorio.*] Seorſum ponendum extra verſum, ut *Occidi.* Eun. II. III. 1. alias verſus non conſtabit. Faern. ſequeuti apoſiuit.

6 DO. *Mirabar.*] *Dorio* forte ab initio excidit ante DO. quo verſus erit T. t. c. ut ceteri:

7 *Ei,*

T. t. c. PH. Audi quod dicam. DO. at enim taedet ‖ iam audire eadem milies.
PH. At nunc dicam quod lubenter ‖ audias. DO. loquere, audio.
PH. Nequeo te exorare ut maneas ‖ triduum hoc? quo nunc abis?
I. tr. [6] DO. Mirabar ſi tu mihi quicquam adferres novi.
* m. T. t. a. AN. [7] Ei, metuō lenonem, nequid ‖ * ſuo ſuat capiti. GE. idem ego vereor.
T. t. c. PH. Non mihi credis? DO. hariolare ‖. PH. ſin fidem do. DO. fabulae.
PH. Faeneratum iſtuc beneficium ‖ pulchre tibi dices. DO. logi.
PH. Crede - mihi, gaudebis facto ‖: verum hercle hoc eſt. DO. [8] ſomnium.
* dif. PH. Experire, non eſt longum ‖. DO. cantilenam * eandem canis.
I. t. a. PH. Tu' mihi cognatus, tu parens, tŭ a‖micus, tu. DO. garri modo.
T. t. c. PH. Adeon ingenio eſſe duro te ‖ atque inexorabili,
Ut neque miſericordia, neque ‖ precibus molliri queas?
DO. Adeon te eſſe incogitantem, atque ‖ inpudentem Phaedria,
* m. Ut phaleratis dictis ducas me‖, & * meam ductes gratiis?
AN. Miſeritumſt. PH. ei veris vincor ‖. GE. quăm uterque eſt ſimilis ſui.
I. t. a. PH. [9] Neque' Antipho alia cum occupatus ‖ eſſet ſollicitudine,
Tum hoc ' eſſe mihi obiectum malum? AN. ah, quid ĭ‖ſtuc eſt autem Phaedria?

NOTAE.

7 *Ei, metuo.*] Neſcio cur hic locus tantum exercuerit interpretes, cum & numeri & verba recte ſe habeant. *Suat* immerito mendi ſuſpectum eſt, cum Plautus ab hoc verbo duxerit *ſutelas* & *conſutos dolos*. vid. Capt. III. V. 34. & Pſeud. I. V. 126. *Suo* autem *capiti*, eſt ſibi, ut Hec. III. I. 53.

Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali,
Capiti atque aetati illorum-----

neſcio autem, an haec ita dicta ſint, ut ſubaudiret *Leno*, atque inde ſibi metueret.

8 *Somnium.*] Faern. *ſomnia*, ex libro Bemb. ſed alii codices *ſomnium*, quod non improbandum; ſic enim Terentius ipſe, Adelph. II. I. 50. & in hac etiam fabula. V. VI. 34.

9 *Neque Antipho alia.*] In haec verba Phaedria prorumpit animo vehementer perturbato. Sic Clitipho, Heaut. II. IV. 21.

Hocin me miſerum non licere ‖ meo modo ingenium frui?

Alia vero eſt *leviore*.

T. t. c. PH. O fortunatiſſime Antipho ‖. AN. ego ne? PH. cui quod amas, domiſt:
Nec cŭm hŭ-iŭſmodi umquam - uſus venit ‖ ut conflictares malo.
AN. Mihĭn domiſt? immo, id quod aiunt ‖, auribus teneō lupum:
Nam neque quo pacto a me amittam ‖: neque, uti retineam, ſcio.
DO. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. AN. heia ‖, ne parum lenō ſies.
Numquid hic confecit? PH. hicine ‖? quod homo inhumaniſſimus:
*m. Pamphilam * meam vendidit. GE. quid ‖? vendidit? AN. ain vendidit?
PH. Vendidit. DO. quam indignum facinus ‖, ancillam aere emptam ſuo.
PH. Nequeo exorare ut me maneat ‖, & cŭm illo ut mutet fidem
Triduum hoc; dum id, quod ĕſt promiſſum, ab a‖micis argentum aufero:
Si non tum dedero, unam praeterea ‖ horam ne oppertus ſies.
I. t. a. DO. Op'tunde. AN. haut longumſt id quod orat ‖, Dorio: exoret ſine:
T. t. c. Idem hic tibi, quod bene promeritus ‖ fueris, conduplicaverit.
DO. Verba iſtaec ſunt. AN. Pamphilam ne hac ‖ urbe privari ſines?
Tum praeterea horunc amorem ‖ diſtrahi poterin pati?
DO. Neque ego, neque tu. GE. di tibi omnes ‖ id quod es dignus, duint.
*m. DO. Ego te compluris advorſum in‖genium * meum menſes tuli,
Pollicitantem & nihil ferentem ‖, flentem: nunc contra, omnia haec;
Repperi, qui det, neque lacrumet ‖: da locum melioribus.
AN. Certe hercle, ego ſi ſatĭs commemini ‖, tibi quidem eſt olim dies,
Quam ad dares huic, praeſtituta ‖. PH. factum. DO. nŭm ego iſtuc nego?
*m. AN. Iam ea praeteriit? DO. non, verum haec * ēi ‖ anteceſſit. AN. non pudet

Vani-

Vanitatis? DO. minime, dum ob rem ‖. GE. ſtercilinium. PH. Dorio,
Ita ne tandem facere oportet ‖? DO. ſic ſum : ſi placeo, utere.
AN. [1] Sicine hŭnc deci-pīs? DO. immo-enĭmvero ‖ Antipho hic me decipit:
* dif. Nam hic me hu-iŭſmodi = * ſciebat eſſe : ego ‖ hunc eſſe aliter credidi,
Iſte me fefellit. ego ĭſti ‖ nihilo ſum aliter, ac fui.
Set ut ut haec ſunt, tamen hoc faciam ‖ : cras mane argentum mihi
Miles dare ſe dixit: ſi mihi ‖ [2] priŏr tu attuleris Phaedria,
* m. * Mea lege utar ; ut potior ſit ‖, qui prior ad dandumſt. Vale.

SCAENA III.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

PHAEDRIA.

T. t. c. QUID faciam? unde ego nunc tam ſubito huic ‖ argentum inveniam miſer,
Cui minŭs nihilo eſt? quod, hĭc ſi pote fu‖iſſet exorarier
Triduum hoc, promiſſum fuerat ‖. AN. ita ne hunc patiemur Geta
Fieri miſerum, qui me dudum, ut ‖ dixti, adiuerit comiter?
* m. Quin cum opus eſt, beneficium rurſum * ēi ‖ experimur reddere?
GE. Scio equidem hoc eſſe aequom. AN. age ergo ‖, ſolus ſervare hunc potes.
GE. Quid faciam? AN. invenias argentum ‖. GE. cupio: ſet id unde, edoce.
AN. Pater adeſt hic. GE. ſcio: ſet quid tum? AN. ah ‖, dictum ſapienti ſat eſt.

[1] Ita-

NOTAE.

1 *Sicine hŭnc decipis?*] *Hunc* corripi alias vidimus. vid. Eun. III. II. 10.
2 *Priŏr tu.*] Secunda in *prior* corripitur, ut II. II. 28. quod Plauto frequentiſſimum: vel in monoſ. contrahitur.

1 Itanĕ? AN. ita. GE. ſane hercle pulchre ‖ ſuades: etiam tu hinc abis?

*m. Non triumpho, ex nuptiis * tuis ‖ ſi nihil nancifcor mali,
Ni etiam nunc me hŭiŭs = cauſa quaerere ‖ in malo iubeas crucem?

AN. Verum hic dicit. PH. quid? ego vobis ‖ Geta alienus ſum? GE. haut puto:

2 Set parŭm ne eſt, quod omnibus nunc ‖ nobis ſuſcenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, ut nullus ‖ locŭs relinquatur preci?

*m. PH. Alius ab oculis * meis illam in ‖ ignotum abducet locum? hem:

3 Tum igitur dum licet, dumque adſum ‖, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. AN. quamobrem? aut ‖ quid nam facturus? cedo.

PH. Quoquo hinc aſportabitur ter‖rarum, certum eſt perſequi,
Aut perire. GE. di bene vortant ‖, quod agas: pedetemptim tamen.

AN. Vidĕ ſiquid opis potes adferre huic ‖. GE. ſiquid? quid? AN. quaere obſecro:
Nequid plus minus ve faxit ‖, quod nos poſt pigeat Geta.

GE. Quaero: ſalvos eſt, ut opinor ‖: verum enim metuō malum.

AN. Noli metuere: una tecum ‖ bona, mala, tolerabimus.

GE. Quantum opus eſt 5 tibi ăr=genti? loquere ‖. PH. ſolae triginta minae.

GE. Triginta? hui, percaraſt Phaedria ‖. PH. 6 iſtaec vero vilis eſt.

GE. Age, age, inventas reddam. PH. o lepidum. GE. au‖fer te hinc. PH. 4 iăm opuſt. GE. iam feres:

Set

NOTAE.

1 *Itanĕ.*] Ultima non eliditur, licet vocalis ſequatur, cum plena ſit diſtinctio, & ab altera perſona ſequentia dicantur; niſi forte exciderit, *ais*.

2 *Set parum ne eſt.*] Syllabam, cui *ne* annexum, corripi ſolenne eſt. exempla ſunt infinita.

3 *Tum igitur.*] Sic Plautus Capt. III. IV. 108.

TUM IGITUR *ego deruncinatus* ‖, *dearticulatus ſum miſer.*

4 *Iam opuſt.*] Faern. *opus eſt.*

5 *Tibi argenti?*] Primam in *argentum* corripi vidimus Adelph. II. I. 48, &

Set opus eſt mihi Phormionem ad ‖ hanc rem adiutorem dari.
AN. Praeſtoſt: audaciſſume oneris ‖ quidvis impone, & feret:
Solus eſt homo amico amicus. GE. e‖amus ergo ad eum ocius.
*m. AN. Nuncquid ĕſt - quod ope-ra * mea vobis ‖ opŭs ſit? GE. nihil:
verum abi domum,
Et illam miſeram, quam ego nunc intus ‖ ſcio ĕſſe exanimatam metu,
Conſolare. ceſſas? AN. nihil eſt ‖, aeque quod faciam lubens.
PH. Qua via - iſtuc facies? GE. dicam in i‖tinere: modo te hinc amove.

ACTUS IV. SCAENA I.

DEMIPHO. CHREMES.

DEMIPHO.

I. tr. QUID? qua profectus cauſa hinc es Lemnum Chreme,
Adduxtin tecum filiam? CH. non. DE. quid ita non?
CH. Poſtquam videt me eĭŭs mater eſſe hic diu tius,
Simul autem non manebat aetas virginis
*m. * Meam neclegentiam: ipſam cum omni familia
*dif. Ad me profectam eſſe * aiebant. DE. quid illic tamdiu
Quaeſo igitur commorabare, 7 ubi id audīeras?
CH. Pol me detinuit morbus. DE. unde? aut qui? CH. rogas?
Senectus ipſaſt morbus. ſet veniſſe eas
Salvas audivi ex nauta quĭ illas vexerat.
DH. Quid gnato optigerit me abſente, audiſtin Chreme?

CH. Quod

NOTAE.

& ſic ſaepe apud Plautum, ut Pſeud. I. III. 144.

Sed ſine ARGENTO *fruſtra eſt, quod me ‖ tui miſereri poſtulas.*

vid. etiam Curc. V. II. 15. Epid. II. II. 67.

6 *Iſtaec vero vilis eſt.*] *Iſtaec* mihi tam inſulſum videtur, ut nullus dubitem legendum eſſe *iſtoc*, ſc. *pretio*. ut Plaut. Moſt. I. III. 139.

-----hĕm ĭſtuc verbum ‖ vile eſt viginti minis.

7 *Ubi id audieras?*] Secunda ſyllaba producta eſt, ut in *audierit*, Hec. V. III. 15. & prima in *ierant*. Adelph. I. I. 2.

CH. Quod' quidĕm me factum conſilii incertum facit:
Nam hanc condicionem ſi cui tulero [1] extrario,
Quo pacto, aut unde mihi ſit, dicundum ordine eſt:
Te mihi fidelem eſſe aeque atque egomet ſum mihi,
Scibam': ille ſi me alienus adfinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreverit me, plus, quam opus eſt ſcito, ſciet:
Vereorque, ne uxor aliqua hoc reſciſcat mea.
Quod ſi fit, ut me excutiam, atque egrediar domo,
Id reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus.
DE. Scio ita' eſſe: & iſtaec mihi res ſollicitudiniſt:
Neque' adeo [2] defe-tiſcar ŭmquam experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum, effecero.

SCAENA II.

GETA.

I. tr. EGO hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem. venio ad hominem, ut dicerem
Argentum opus eſſe, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quaerebat ſenem;
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Ubi Phaedriae ſe oſtenderet nihilominus
Amicūm eſſe, qŭam Antiphoni. hominem ad forum
*m. Iuſſi opperiri: * eo me eſſe adducturum ſenem.
Set ĕccum' ipſum: quis ĕſt ulterior? attat Phaedriae
Patĕr' venit. ſet quid pertimui autem belua?

An

NOTAE.

1 *Extrario.*] Dicitur & *extrarius* & *extraneus*, quae nequaquam inter ſe differunt; ut proletarius & proletaneus, praeſentarius & praeſentaneus, & ſimilia. uſus eſt hac voce Lucretius, L. 4.

Poſt extraria lux----

& Sueton. Veſp. c. V. *Canis extrarius.*

perperam igitur eiecit Muretus, qui hic legit *extraneo.*

2 *Defetiſcar umquam.*] Cod. Dun. & optimi quique ego Lengianis, *Neque defetiſcar unquam ego experirier.* & ſic etiam Eraſmus. Priſcianus, p. 889, & 1147.

n. d. uſque adeo experirier.

ſed & Faerni lectio ferri poteſt, cum nihil vetet priorem in *unquam* corripi. Plautus, Poen. II. 42.

Faciat ut ſemper ſacrificem, nec UNQUAM *litem.*

An quia, quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier.
Petam hinc unde a primo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt:
Si ab e'o nihil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

SCAENA III.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

ANTIPHO.

I. tr. EXSPECTO, quam mox recipiat ſeſe Geta.
Set patruum video cum patre adſtantem. ei mihi,
Quam timeo, adventus huius quo inpellat patrem.
GE. Adibo hoſce: o, [3] noſter Chreme. CH. ſalve Geta.
GE. Venire ſalvum volupeſt. DE. credo. GE. quid agitur?
CH. Multa advenienti, ut fit, nova hic compluria.
GE. Ita'. de Antiphone audiſtin quae facta? CH. omnia.
GE. Tun dixeras huic? facinus indignum Chreme,
[4] Sic circumiri. DE. id cum hoc agebam commodum.
GE. [5] Nam hercle' ego quoque id quidem agitans mecum ſedulo,
*m. Inveni, opinor, remedium huic * rei. DE. quid Geta?
Quod remedium? GE. ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormiō. CH. qui Phormio? GE. is qui iſtam. CH. ſcio.
GE. Viſum eſt mihi, ut eius temptarem ſententiam:
Prendo hominem ſolum: cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter vos ſic haec potius cum bona
Ut componantur gratia, quam cum mala?
Erŭs' liberalis eſt, & fugitans litium:

Nam

NOTAE.

3 *O noſter Chreme.)* Cod. Bemb. *O ſalve n. C.* ſed errore manifeſto; ut valde mirer Faernum codicem ſuum deamatum ne hic quidem deſerere potuiſſe.

4 *Sic circumiri.*] Quaerunt eruditi, utrum *m* in *circumire*, inferendum ſit necne. Papirianus apud Caſſiodorum p. 2294. literam hanc ſequente vocali in enuntiatione vult amitti, in ſcriptura ſervari. Sic antiqui Plauti codd. Rud. I. II. 52. *Heus tu, qui fana ventris cauſa circumis.* nec unquam apud eum *m* omittitur in hac voce.

5 *Nam hercle ego quoque id quidem.*] Faernus omiſit *quidem*; ſed cum ad verſum ſit quodammodo neceſſarium, & optimorum codicum auctoritate ſe tueatur, inferendum putavi, exemplo Eraſmi, Mureti, Boecleri, & editorum fere omnium

Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
*dis. Uno ore auctores * fuere, ut praecipitem hanc daret.
AN. Quid hĭc' coeptat? aut quo evadet hodie? GE. an legibus
Daturum poenas dices, ſi illam eiecerit?
Iăm id' exploratumſt: heia, ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia eſt.
Verum [1] pono eſſe victum eum: at tandem tamen
Non capitis ĕiŭs res agitur, ſet pecuniae.
Poſtquam hominem his verbis ſentiō mollirier,
Soli ſumus nunc hic inquam: eho, quid vis dari
Tibi in manum, ut erus his deſiſtat litibus:
Haec hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies?
AN. Satin illi di ſunt propitii? GE. nam ſat ſcio,
Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,
Ut ĕſt' ille - bonŭs vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. DE. quis te iſtaec iuſſit loqui?
CH. Immo non potuit melius pervenirier
*m. * Eo' quo nos volumus. AN. occidi. CH. perge eloqui.
GE. A primo homo inſanibat. CH. cedo, quid poſtulat?
GE. Quid? nimium: quantum libuit. CH. dic. GE. ſiquis daret
Talentum magnum. CH. [2] immo malum hercle: ut nihil pudet?
GE. Quod dixi adeo ēi: quaeſo, quid ſi filiam
Suam unicam locaret? parvi rettulit
Non ſuſcepiſſe: inventa eſt quae dotem petat.
Ut ăd' pauca redeam, ac mittam illius ineptias:
*m. Haec denique eius * fuit poſtrema oratio:
Ego, inquit, iam a principio amici filiam,
Ita ut' aequom fuerat, volui uxorem ducere.
Nam' mihi veniebat in mentem eĭus incommodum,

In

NOTAE.

1 *Pono eſſe victum.*] Alii, *pone*. vid. II. I. 64.

2 *Immo malum.*] Haec Demiphoni melius conveniunt, & ſic quidam codices.

3 *Ob deçĕm minas.*] Quibus haec licentia minus placet, poſſunt *ob* ad verſum praecedentem adiicere in verſu vero priore pro *oppoſitus* in Faern. eſt *appoſitus*, operarum, opinor, culpa.

4 *Oi ei.*] vid. Eun. IV. IV. 48.

5 *Supĕl'lectile.*] Secunda brevi. ſic Plautus Poenul. V. III. 26.

Tace

In ſervitutem pauperem ad ditem dari:
Set mihi' opus e-rat, ut a=perte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quae adferret, qui diſſolverem
Quae debeo: & etiam nunc, ſi volt Demipho
Dare quantum ab hac accipio, quae ſponſaſt mihi,
Nullam mihi malim, quam iſtanc uxorem dari.
AN. Utrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam; ſcientem, an inprudentem, incertŭs ſum.
DE. Quid ſi animam debet? GE. ager oppoſituſt pignori
3 Ob de'cem minăs inquit. DE. age, age, iam ducat: dabo.
GE. Aediculae item ſunt ob decem alias. DE. 4 oi, ei,
Nimiumſt. CH. ne clama: petitō haſce a me decem.
GE. Uxori emunda ancillulaſt: tum pluſcula
5 Supĕl'lectile opus eſt: opus eſt ſumptu ad nuptias:
His rebus ſane pone, inquit, decem minas.
* dif. DE. Seſcentas * proinde ſcribitō iam mihi dicas:
Nihil do': inpuratus me ille ut etiam inrideat?
CH. Quaeſo, ego dabō, quieſce: tu modo filius
Fac ut' illam ducat, nos quam volumus. AN. ei mihi:
Geta occidiſti me tuis fallaciis.
* m. CH. * Mea' cauſa 6 eiicitur: mĕ hŏc eſt aequom amittere.
GE. Quantum poteſt me certiorem, inquit, face:
Si illam dant, hanc ut mittam: ne incertus ſiem:
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
CH. Iam accipiat: illis repudium renuntiet:
Hanc ducat. DE. quae quidem illis res vortat male.
CH. Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt praedia:
7 Inde' ſumam: uxori, tibi opus eſſe, dixero.

SCAENA

NOTAE.

Tace' atque parce muliebri ſupĕllectili.
6 *Eiicitur.*] Faern. *eicitur.*
7 *Inde ſumam.*] Alii, ut verſui conſulant, pro *inde* habent *id.* ſed perperam: prima enim in *inde* ſaepiſſime corripitur apud Plautum, ut Aul. II. VII. 4.

INDE' *coctam ſurſum ſubducemus corbulis.*
& Capt. I. II. 25.
INDE' *me continuo recipiam rurſum domum.*

SCAENA IV.

ANTIPHO. GETA.

ANTIPHO.

I. tr. GETA. GE. hem. AN. quid egisti? GE. emunxi argento senes.
AN. Sa'tin id est? GE. nescio hercle, tantum iussŭs sum.
AN. Eho verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?
GE. Quid ergo narras? AN. quid ego narrem? opera tua
Ad restim - mihi quidĕm = res rediit planissume:
* m. Ut te quidem omnes di * deaeque, superi, inferi
Malis exemplis perdant. em, si quid velis,
1 Huic mandes, quod quidĕm = recte curatum velis.
* m. Quid minus utibile * fuit quam hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? iniecta est spes patri,
Posse illam extrudi. cedo nunc porro, Phormio
Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum:
Quid fiet? GE. non enĭm ducet. AN. novi. ceterum
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
In nervom potius ibit. GE. nihil est Antipho,
Quin male narrando possit depravarier.
Tu id quod boni est excerpis: dicis quod mali est.
Audi nunc contra iam: si argentum acceperit,
Ducenda est uxor, ut ais: concedō tibi:
Spati'um quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi, sacrificandi dabitur paululum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.
Inde iste reddet. AN. quamobrem? aut quid dicet? GE. rogas?
2 Quot res? postilla monstra evenerunt mihi:
* trif. * In'troiit in aedis ater alienus canis:
Anguis per ĭn-pluvium = decidit de tegulis:

Gallina

NOTAE.

1 *Huic mandes.*] Idem versus habetur Adelph. III. III. 18.

2 *Quot res?*] Faern. *Quot res post illa*, nulla distinctione posita post *res*.

3 *Autem novi.*] Sic optimi fere libri, & editio antiquiss. quomodo si legamus, *aliquid* subintelligetur, quae aliorum conicum est lectio.

Gallina cecinit: interdixit hariolus:
Aruſpex vetuit ante brumam 3 autem novi
Negoti incipere: quae cauſaſt iuſtiſſima.
Haec fient. AN. ut modo fiant. GE. fient: me vide.
Pater exit: abĭ, dic eſſe argentum Phaedriae.

SCAENA V.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

DEMIPHO.

It. a. QUIETUS eſto inquam: ego curabo ‖ ne quid verborum duit.
Hoc temere numquam amittam ego á me ‖, quin mihi teſtis adhibeam
Cum dem′: & 4 quamobrem dem, commemorabo. GE. ut ‖ cautus eſt, ubi nihil opuſt.
CH. Atque ita opus facto eſt: at matura ‖, dum libido eadem haec manet:
Nam ſi′ altera illaec magis inſtabit ‖, forſitan nos reiciat.
GE. Rem ipſam putaſti. DE. duc me ad eum ergo ‖. GE. non moror. CH. ubi hoc egeris,
Tranſito ad uxorem meam, ut con‖veniat hanc priŭs quam hinc abit.
Dicat eam dare nos Phormioni ‖ nuptum, ne ſuſcenſeat:
Et magis eſſe illum idoneum, qui ip‖ſi ſit familiarior:
Nos noſtro officio non digreſſos ‖ eſſe: quantum is voluerit,
Datum eſſe dotis. DE. quid tua, malum, ĭd ‖ refert? CH. magni Demipho.
DE. 5 Non′ ſat ĕſt, * tuum te offici-um feciſſe ‖, ſi non id fama adprobat?
CH. Volo ĭp′ſiŭs quo-que volun‖tate hoc fieri ‖, ne ſe eiectam praedicet.

DE. Idem

NOTAE.

4 *Quamobrem.*] Sic Eraſm & Muret. ſed Faern. *quam ob rem*, quod minus placet.

5 *Non ſat ĕſt.*] Faern. *non ſatis eſt*; ſed verſus poſtulat ut *is* in *ſatis* elidatur.

DE. Idem ego ' istuc facere possum. CH. mulier ' mulieri magis congruit.

DE. Rogabo. CH. ubi illas nunc egō repe'rire possim, cogito. 15

ACTUS V. SCAENA I.

SOPHRONA. CHREMES.

SOPHRONA.

T. t. a. ' QUID agam? quem mihi amicum inveniam ' misera? aut quo consilia haec referam?

T. d. c. Aut unde auxilium petam?

*m. T. t. a. Nam vere-or, era = ne ob * meum suasum in'digna iniuria adficiatur:

Ita patrem adulescentis facta haec ' tolerare audiō violenter.

T. t. c. CH. Nam quae haec anus est exanimata, a ' fratre quae egressast meo? 5

I. t. a. SO. Quod ŭt ' facerem egestas me impulit; cum ' scirem infirmas nuptias

Hasce esse; ut id consulerem, interea ' vita ut in tuto foret.

T. t. a. CH. Certe edepol, nisi me animus fallit ', aut parum prospiciunt oculi,

*m. * Meae nutricem gnatae video '. SO. neque ille investigatur, CH. quid ago?

SO. Qui est e-ius pater =. CH. [2] adeo? maneo '? dum ea quae loquitur, magis cognosco. 10

SO. Quod

NOTAE.

1 *Quid agam?*] Si interpretes vel rem ipsam expendissent, vel Donati argumentum, clare vidissent hanc scaenam ad quartum Actum pertinere, non quinti initium esse.

2 *Adeo? maneo?*] Sic Faern. alii, *adeon, an maneo.* Boecler *adeo an maneo*, recte, neque enim *an* facile abesse potest. & mox Boecleri codices *eam*, sed altera est melior lectio.

3 *Paulum istorsum.*] Faern. *paululum.*

4 *Istoc de nomine.*] Paulo ante dixerat, *Ne me istoc nomine appellassis.* quamobrem igitur hic *istoc de nomine?* procul dubio legendum *istoc me.* & sic codex Victorian. *me* & *de* facile invicem permutantur. unde Hec. III. III. 8. pro *me repente*, alii *derepente.*

5 *Em isti ipsi.*] Sic omnes quod sciam codd. locum tamen in mendo esse mihi

*m. so. Quod ſi * eum - nunc repe-rire poſſim ", nihil eſt, quod ve-
rear. CH. eaſt ipſa.
*m. T. t. c. Conloquar. so. quis hĭc = loquitur? CH. Sophrona". so. & *me-
um nomen nominat?
CH. Reſpice ad me. so. di, obſecrō vos", eſt ne hic Stilpho? CH.
non. so. negas?
CH. Concede hinc a foribus 3 paulum i"ſtorſum ſodes Sophrona:
I. t. a. Ne' me iſtoc poſthac nomine appel"laſſis. so. quid? non obſeero
es,
Quem ſemper te eſſe dictitaſti"? CH. ſt. so. quid has metuis fores?
CH. Concluſam hic habeo uxorem ſaevam". verum 4 iſtoc de no-
mine,
*m. * Eo' perperam olim dixi, ne vos" forte inprudentes foris
Effuttiretis; atque id porro aliqua" uxor mea reſciſceret.
so. Iſtoc pol nos te hic invenire" miſerae numquam potuimus.
I. t. c. CH. Eho' dic mihi, quid rei tibi eſt cum" familia hac, unde exis?
Ubi illae ſunt? so. miſeram me. CH. hem, quid eſt? vi"vunt ne?
so. vivit gnata.
Matrem ipſam ex aegritudine hac miſe"ram mors conſecuta eſt.
CH. Male factum. so. ego autem quae eſſem anus de"ſerta, egens,
ignota,
Ut potui, nuptum virginem lo"cavi huic aduleſcenti,
Harum qui eſt dominus aedium. CH. Anti"phonin? so. 5 ēm, iſti
ipſi.
CH. 6 Quid'? *duas ne is ŭx-ores = habet? so. au-, obſecro", u-
nam ille quidem hanc = ſolam.
CH. Quid ĭllam' alteram quae dicitur cog"nata? so. haec ergoſt.
CH. quid ais?

so. Com-

NOTAE.

mihi perſuaſiſſimum eſt; neque enim video, quid ſibi velit *em*, cum nec ſenſum commodum fundat, nec quod verſui deeſt ſuppleat. re perpenſa, pro *Antiphonin*? so. *em*. legendum arbitror, *Antiphoni*? so. *verum*. quo nihil propius ad alteram lectionem accedere poſſit, ſi literarum ductus ſpectes. *v* enim & *n* ſaepiſſime miſcentur, *e* eadem eſt in utraque lectione, *r* autem & *u* ductuum numero pares ſunt ꝛ̃ſ *m*. ultimua vero *m* in *verum* lineola ſupra poſita appingi poterat; nec quicquam, quod ad ſenſum commodius. ſi cui haec non placent, velim melius aliquid afferant.

6 *Quid? duas ne is uxores.*] Ut conſtet verſus, prima in *uxores* corripienda eſt, ſed *is* deleri malim.

so. Compoſito factumſt, quo modo hanc a‖mans habere poſſet
Sine dote. CH. di voſtram fidem, quam ‖ ſaepe forte temere
Eveniunt quae non audeas op‖tare? offendi adveniens,
I. t. a. 1 Quocum volebam, atque ut volebam ‖, collocatam filiam.
I. t. c. Quod nos ambo opere maxumo da‖bamus operam ut fieret,
* m. Sine noſtra cura, maxima * ſua ‖ cura haec ſola fecit.
so. Nunc quid opus facto ſit vide: pater ‖ aduleſcentis venit,
* m. * Eumque' animo iniquo hoc oppido ferre ‖ aiunt. CH. nihil pericliſt.
* m. Set per * deos atque homines, meam eſſe hanc ‖, cavĕ reſciſcat quiſquam.
I. t. a. so. 2 Nemō' [pol] ex me ſcibit. CH. ſequere me‖: intus cetera audies.

SCAENA II.

DEMIPHO. GETA.

DEMIPHO.

I. t. c. 3 NOSTRAPTE culpa facimus, ut ma‖los expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtu‖demus, & benignos:
4 Ita fugias ne praeter caſam, quod ‖ aiunt. non ne id ſat erat,

Acci-

NOTAE.

1 *Quocum volebum.*] Verſus erit I. t. c. ſi *filiam* diſ. facias.

2 *Nemo pol ex.*] Faern. & alii omnes, *Nemo ex*; ſed laborat verſus. multis ſane modis ſuccurri poteſt, ſed omnium maxime mihi placet id quod in textu poſui, praeſertim cum Chremes eam per deos adiuraſſet, ne cuiquam enuntiaret quod ipſi concreditum eſt.

3 *Noſtrapte.*] Hic initium quinti actus collocandum erat, cum proſcaenium hic demum vacuum ſit.

4 *Ita fugias ne praeter caſam.*] Mirum quantum hic locus vexarit interpretes. poſtremus, qui novam elaramque illi lucem afferre ſibi viſus eſt, eſt Tan. Faber, qui in Epiſt. vol. 2. prolixe de hoc loco egit, cuius ſumma huc fere redit. arrepta lectione prava, quae pro *caſam* legit *cauſam*, *praeter cauſam* graece eſt, inquit, παρ' αἰτίαν, & ſic legiſſe exiſtimat Terentium in Menandro, oculis eum fallentibus, pro παρ' ἄσαν; ita enim Menandrum (Apollodorum dicere debuerat) ſcripſiſſe, id pro comperto ſumit. παρ' ἄσαν autem, illo interprete, eſt praeter modum, ultra quam par erat. hoc illud eſt, de quo ſe tantopere plaudit, commentum; quod, ut dicam quod ſentio, omnium eſt, quotquot ſunt, inficetiſſimum. de hoc tamen in notis ad locum, *rem*, inquit, *examinavi*, & *doctis placui*. quid autem? ſi haec vera ſunt, *ſtipitem*, *aſinum*, *plumbeum* nobis exhibet Terentium, quem omnes hactenus ſcriptorem accuratiſſimum & prudentiſſimum credidere. nonne potuit auctorem ſuum, quem vertendum ſumpſerat, ne legere quidem, ut αἰτίαν pro ἄσαν ſcribi putaret? nonne numeros ſatis intellexit, quo minus tam turpiter erraret, & Creticum cum Spondeo aut Trocheo confunderet? tam coecus, tam ſtupidus habendus eſt Terentius, ut interpres eius acutiſſimus atque oculatiſſimus vide-

Accipere ab illo iniuriam? etiam ar'gentumſt ultro obiectum:
Ut ſit qui vivat, dum aliut aliquid ' flagitii conficiat.
* m. GE. Planiſſime. DE. * iis nunc praemium eſt, qui ' recta prava faciunt.
GE. Veriſſime. DE. ut ſtultiſſime quidem ' 5 illi rem geſſerĭmus.
GE. Modo ŭt' hoc conſilio poſſiet dis'cedi, ut iſtam ducat.
DE. Etiam ne id dubiumſt? GE. haut ſcio hercle, ut ho'moſt, an mutet animum.
DE. Hem, mutet autem? GE. neſciō: ve'rum, ſi forte, dico.
DE. Ita' faciam, ut frater =6 cenſu-it: ut ux'orem eĭus huc adducam,
Cŭm ĭſta' ut loquatur. tu Geta abĭ: prae'nuntia hanc venturam.
GE. Argentum inventumſt Phaedriae: de'iurgio ſiletur.
Proviſum eſt, ne in praeſentia haec hinc ' abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto haeſi'tas: vorſuram ſolves
Geta': praeſens quod fuerat malum, in diem ' abiit; plagae creſcunt,
Niſi proſpicis: nunc hinc domum ibo; ac ' Phanium edocebo
Nequid vereatur Phormionem, aut ' eĭus orationem.

SCAENA

NOTAE.

videretur? quod vero totam hanc conlecturarum fabricam funditus evertit, earum ſedes & fundamentum eſt lectio manifeſto depravata; cum *caſum*, quomodo citat Priſc. p. 1147, non *cauſam*, legi debere, & optimorum codicum conſenſus, & verſus ratio, quae in quarto loco Iambum poſtulat, abunde probent. quid quod *fugere praeter cauſam*, eſt inepta & inſulſa loquutio, cum *fugere* exigat poſt ſe locum aliquem aut limitem, quem praeter non eſt fugiendum? ut ad rem veniam, pauciſque expediam, *ne fugias praeter caſam* eſt plane proverbium; ſenſum vero eius optime explicant prima Donati verba, niſi quod iuſto breviora ſunt. ſic enim ille, *ne praetereas caſam tuam, quae tibi tutiſſimum receptaculum:* proverbium deſumptum puto ab iis, qui in agro ab hoſte vel latrone, vel forte a fera, longe a domo deprenſi, ſe in fugam domum verſus convertunt; dum vero totis viribus viam corripiunt, caeco timore acti, non ſatis cernunt, quam viam inſiſtant, aut ubi curſus ſiſtendus ſit; unde fit, ut *caſam* interdum imprudentes praetereant, atque eo pacto in praeſentiſſimum ſe periculum coniiciant, cum caſa iam a tergo relicta, hoſteque ſpatium inter ipſos & caſam medium occupante, fruſtra ſit ad eam reditum conari. ita dum ſaluti ſuae praetimidi fuga conſulunt, in maius certiuſque periculum ſe induunt. haec, ni fallor, vera atque unica proverbii huius mens, quo commodiſſime, id quod voluit, expreſſit Demipho, ut pluribus verbis nihil opus ſit.

5 *Illi.*] pro *illic* poſitum, quod monet etiam Tan. Faber.

6 *Cenſuit*: *ut uxorem.*] *Ut*, cum plane ſit ineptum & inutile, tollendum arbitror, & ultimam in *cenſuit* vi caeſurae producendam.

SCAENA III.

DEMIPHO. NAUSISTRATA. CHREMES.

DEMIPHO.

I. t. c. AGEDUM, ut ſoles Nauſiſtrata, fac ĭlla ‖ ut placetur nobis:
* m. Ut * ſua voluntate id quod eſt faci‖undum faciat. NA. faciam.
DE. Pariter nunc opera me adiuves, ac ‖ re dudum opitulata es.
NA. Factum volo : ac pol minŭs queo viri ‖ culpa, quam me dignumſt.
* m. DE. Quid autem? NA. quia pol * mei patris bene ‖ parta indiligenter
* m. Tutatur: nam ex * iis praediis ta‖lenta argenti bina
Statim capiebat: vir viro quid ‖ praeſtat. DE. binan quaeſo?
NA. [1] Ac rebus vilioribus‖, tamen talenta bina. DE. hui.
NA. Quid haec videntur? DE. ſcilicet. NA. vi‖rum me natam vellem:
Ego ŏſtenderem. DE. certo ſciō. NA. quo ‖ pacto. DE. parce ſodes,
Ut poſſis cŭm ĭlla; ne te aduleſcens ‖ mulier defetiget.
* m. I. t. a. NA. Faciam, ut iubes: ſet * meum virum abs te ex‖ire video. CH. [2] hem Demipho,
Iam illi datum eſt argentum? DE. curavi ‖ ilico. CH. nollem datum.
Ei, video uxorem; paene plus quam ‖ ſat erat. DE. cur nolles Chremes?
CH. Iam recte. DE. quid tu? ecquid locutus ‖ cum iſta es, quamobrem hanc ducimus?
CH. Tranſegi. DE. quid ait tandem? CH. abduci ‖ non poteſt. DE. qui non poteſt?

CH. Quia

NOTAE.

1 *Ac rebus vilioribus.*] Faern. cum aliis addit, *multo*, cum quo fateor verſum ſtare poſſe, ſed longe melius procedit ſi deleas. quod vero maxime ſuadet indu-

cendum eſſe, eſt, quod Iambici hi catal. ſint puriſſimi, & fere omnes in quarta ſede iambum, habent eumque integra dictione finitum; quae huius carminis praecipua

CH. Quia uterque utrique eſt cordi. DE. quid ĭſtuc ‖ noſtra? CH. magni: praeter haec,
Cognatam comperi eſſe nobis ‖. DE. quid? deliras. CH. ſic erit:
Non temere dico: redĭ mecum in me‖moriam. DE. ſatine ſanus es?
NA. Au, obſecrō vidĕ, ne in cognatam ‖ pecces. DE. non eſt. CH. ne nega:
Pătrĭs' nomen aliud dictum eſt: hoc tu er‖raſti. DE. non norat patrem?
CH. Norat. DE. cur aliud dixit? CH. numquam ne ‖ hodie concedes mihi,
Neque ĭn'telleges? DE. ſi tu nihil narras ‖. CH. perdis. NA. 3 miror quid hoc ſiet.
DE. Equidem ' hercle neſciō. CH. vin ſcire? at ‖ ita me ſervet Iuppiter,
Ut propior illi =, quam ego ſum, ac - tū, homo ‖ nemoſt. DE. di voſtram fidem:
Eamus - ad ĭpſam: una = omnis nos aut ‖ ſcire, aut neſcire hoc volo. CH. ah.
DE. Quid' eſt? CH. ităn parvam mihi fidem eſſe a‖put te? DE. vin me credere?
Vin' ſatĭs quaeſitum mihi ĭſtuc eſſe? age ‖, fiat. quid? ĭlla filia
Amici noſtri quid futurumſt ‖? CH. recte. DE. hanc igitur mittimus?
CH. Quid ni? DE. illa maneat? CH. ſic. DE. ire igitur ‖ tibi licet Nauſiſtrata.
NA. Sic pol commodius eſſe in omnis ‖ arbitror, quam ut coeperas,
Manere hanc; nam perliberalis ‖ viſaſt, cum vidi, mihi.
DE. Quid ĭſtuc negotiſt? CH. iam ne operuit ‖ oſtium? DE. iam.
CH. o Iuppiter,
*m. Di nos reſpiciunt: gnatam inveni ‖ nuptam cum * tuo filio. DE. 4 hem.

Quo

NOTAE.

cipua laus eſt.
2 *Hem Demipho.*] Faern. *ebem.* ſed verſus exigit *hem.*
3 *Miror quid hoc ſiet.*] Niſi ultimam in *miror* pro correpta habeas, *quid hŏc ſiet*, erit proceleuſmaticus.
4 *Hem.*] Sequenti verſui male appoſuit Faern.

Quo pacto id potuit? CH. non ſatis tutus ‖ eſt ad narrandum hic locus.
DE. At tu' intro abi. CH. heus, ne = filii quidem ‖ noſtri hoc reſciſcant, volo.

SCAENA IV.

ANTIPHO.

* m. I. t. c. LAETUS ſum, ut * meae res ſeſe habent, fra‖tri optigiſſe quod volt.
Quam ſcitumſt, ĕiŭſmodi parare in ‖ animo cupiditates,
Quas cum res adverſae ſient, pau‖lo mederi poſſis?
Hic ſimul argentum repperit, cu‖ra ſeſe expedivit:
Ego nullo poſſum remedio me e‖volvere ex his turbis,
* m. Quin ſi hoc celetur, in metu; ſin ‖ patefit, in probro * ſiem.
Neque me domum nunc reciperem, ni ‖ mihi ĕſſet ſpes oſtenta
Huiuſce habendae. ſet ubinam Getam ‖ invenire poſſim,
Ut ro'gem, quod tempus conveniundi ‖ patrĭs me capere iubeat?

SCAENA V.

PHORMIO. ANTIPHO.

PHORMIO.

I. t. a. ARGENTUM accepi, tradidi le‖noni: adduxi mulierem:
* m. Curavi, propria * ea = Phaedria ut pote‖retur: nam emiſſa eſt manu.
Nunc una mihi res etiam reſtat ‖, quae eſt confieiunda, otium
Ab ſenibus ad potandum ut habeam ‖: nam aliquot hos ſumam dies.
* m. AN. Set Phormioſt: quid * ais? PH. quid? AN. quidnam ‖ nunc facturus Phaedria?

Quo

NOTAE.

1 *Non mirum aut novum.*] Sic omnes codices, ſed nullo, ut mihi videtur, ſenſu. ut alias *non* pro *num*, vel *nunc*, (vid. Ad. V. VIII. 29.) ſic pari errore hic *num* pro *non*, poni nullus dubito; ſic Plaut. Aſin. Grex. 2.
Neque novum, neque mirum fecit.
mox vero pro *inſtitueris* cum Bergio lego *inſtiteris*,

*m. Quo pacto ſatietatem amoris ‖ * ait ſe velle abſumere?
*m. PH. Viciſſim partis * tuas acturus ‖ eſt. AN. quas? PH. ut fugitet patrem:
*m. Te * ſuas rogavit rurſum ut ageres ‖; cauſam ut pro ſe diceres.
Nam potaturus eſt aput me. ego ‖ me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum ‖ quam dudum dixit Geta;
Ne cum hic non videant me, conficere ‖ credant argentum ſuum.
Set oſtium concrepuit abs te ‖. AN. vidĕ qui egrediatur. PH. Getaſt.

SCAENA VI.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

GETA.

T. t. c. O FORTUNA, o fors fortuna ‖, quantis commoditatibus,
Quam ſubito, meo ero Antiphoni ope ‖ veſtra hunc oneraſtis diem?
AN. Quid nam hic ſibi volt? GE. noſque amicos ‖ eĭus exoneraſtis metu?
Set ego nunc mihi ceſſo, qui non ‖ umerum hunc onero pallio;
Atque hominem propero invenire; ut ‖ haec, quae contigerint, ſciat?
AN. Num tu intellegis, hic quid narret? PH. ‖ num tu? AN. nihil. PH. tantundem ego.
GE. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi ‖ nunc ſunt. AN. heus Geta. GE. em tibi.
[1] Num mirum aut novum eſt, revocari ‖, curſum cum inſtiteris? AN. Geta.
*m. GE. [2] Pergis hercle: numquam tu odio ‖ * tuo me vinces. AN. non manes?

GE. [1] Va-

NOTAE.

inſtiteris, & ſenſu & verſu ſic poſtulante. ſic Plaut. Ciſt. IV. II. 11.
Utrum hac an illac iter inſtiterit.
2 *Pergis hercle.*] Sic Heaut. III. III. 21. *pergis? hercle* iuxta Faernum. Sed ego malim & hic & illic *hercle* ſequentibus adiungere, interrogationis nota poſita poſt *pergis*, quomodo diſtingui hic poſſe annotavit etiam Donatus.

GE. [1] Vapula. AN. id quidĕm tibi iam fiet ‖, niſi reſiſtis, verbero.
GE. Familiariorem oportet ‖ eſſe hunc: minitatur malum:
[2] Set ĭſne eſt quem quaero, an non? ipſuſt ‖. PH. congredere actutum. AN. quid eſt?
GE. O ŏmnium, quantum eſt qui vivont ‖, [3] homo hominum ornatiſſime:
Nam ſine controverſia [4] ab dis ‖ ſolus diligere Antipho.
AN. Ita velim: ſet, quĭ ĭſtuc credam ita ‖ eſſe, mihi dici velim.
GE. Satin eſt ſi te delibutum ‖ gaudio reddo? AN. enicas.
PH. Quin tu hinc pollicitationes ‖ aufer, & quod fers, cedo. GE. oh,
Tu quoque aderas Phormio? PH. aderam ‖: ſet tu ceſſas? GE. accipe, em,
Ut modo argentum tibi dedimus ‖ apŭt forum, recta domum
Sumŭs profecti: interea mittit ‖ erŭs me ad uxorem tuam.
AN. Quamobrem? GE. omitto proloqui: nam ‖ nihil ad hanc rem eſt Antipho:
Ubi ĭn gy-naeceum ire occipio ‖, puer ad me accurrit Mida:
*triſ. Pone * apprehendit pallio, reſu‖pinat: reſpiciō: rogo
Quamobrem retineat me: ait eſſe ‖ vetitum intro ad eram accedere.
Sophro-na modo fratrem huc, inquit ‖, ſenis introduxit Chremem:
*diſ. * Eumque nunc eſſe intus cŭm ĭllis ‖: hoc ubi ego audivi, ad fores
Suſpenſo gradu placide ire ‖ perrexi: acceſſi: aſtiti:
Animam compreſſi: aurem admovi: ita ‖ animum coepi attendere,
Hoc modo ſermonem captans ‖. AN. eu Geta. GE. hic pulcherrimum
Facinus audivi: itaque paene hercle ‖ exclamavi gaudio.
AN. Quod? GE. quodnam arbitrare? AN. neſcio ‖. GE. atqui mirificiſſimum:

Patruus

NOTAE.

1 *Vapula.*] Sic Plaut. Aſin. II. IV. 72. vid. not. Faerni.

2 *Set iſne eſt quem quaero, an non? ipſuſt.*] vid. Eun. III. IV. 8. Faern. *s. i. e. q. quaero? an non ipſuſt?*

3 *Homo hominum.*] Sic cod. Bemb. ſed malim cum aliis, *hominum homo*, ut Ad. II. II. 10.

---*hominum homo ſtultiſſime.*

4 *Ab dis ſolus.*] Sic Andr. V. VI. 9. *Solus eſt, quem diligant di.*

5 *Adhibendæ.*] Haec lectio eſt libri Bemb. alii

Patruus tuus eſt pater inventus ‖ Phanio uxori tuae. AN. hem,
Quid ais? GE. cum eĭŭs conſuevit olim ‖ matre in Lemno clanculum.
*m. PH. Somnium: utĭn haec ignoraret ‖ * ſuum patrem? GE. aliquid credito
Phormio eſſe cauſae: ſet me ‖ cenſen potuiſſe omnia
Intellegere extra oſtium, intus ‖ quae inter ſeſe ipſi egerint?
PH. Atque hercle ego quoque illam audivi ‖ fabulam. GE. immo etiam dabo
Quo magĭs credas: patruus interea ‖ inde huc egreditur foras.
Haut multo poſt cum patre idem ‖ recipit ſe intro denuo:
Ait uterque tibi poteſtatem ‖ eius 5 adhibendae dari:
Denique - ego miſſus ſum, te ut re‖quirerem, atque adducerem.
AN. Quin ergo rape me: quid ceſſas ‖? GE. fecero. AN. o mi Phormio
Valĕ. PH. vale Antiphō: bene, ita me ‖ dĭ ament, factum: gaudeo.

SCAENA VII.

PHORMIO.

I. tr. TANTAM fortunam de inproviſo eſſe his datam?
Summa eludendi occaſioſt mihi nunc ſenes,
Et Phaedriae curam adimere argentariam;
*dif. Ne cuiquam * ſuorum aequalium ſupplex ſiet.
Năm idem ' hoc argentum, ita - ut datumſt, ingratiis
*m. * Ei ' datum erit: hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, voltuſque eſt capiundus novos.
Set hinc concedam in angiportum hoc proximum:
Inde hiſce oſtendam me, ubi erunt egreſſi foras:
Quo me adſimularam ire 6 ad mercatum, non eo.

SCAENA

NOTAE.

alii omnes, *habendæ*, ut etiam Faern. in textu; ſed ſic verſui deeſt ſyllaba. alii igitur pro *dari*, legunt *ſe dare*, contra omnes codices. *adhiberi* autem pro *haberi* videtur etiam dixiſſe Plautus, Trin. II. I. 29.
—*mille modis amor ignorandus eſt*:

Procul ADHIBENDUS *eſt*, *atque abſtinendus*.
alias legendum putem, *iam dari*.

6 *Ad mercatum*.] Emptum ancillulam. vid. V. V. 10. quam a Phormione emendam Geta dixerat. IV. III. 60.

SCAENA VIII.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

DEMIPHO.

I. tr. DIS magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando evenere haec nobis frater proſpere.
Quantum poteſt, nunc conveniundus Phormio eſt,
Priŭs'quam dilapidat noſtras triginta minas,
Ut auferamus. PH. Demiphonem, ſi domi eſt,
Viſam: ut quod. DE. at nos ad te ibamus Phormio.
* diſ. PH. De * eadem ' hac fortaſſe cauſa. DE. ita hercle. PH. credidi.
Quid ad me ibatis? ridicu-lum: ' verĕ-bamini
Ne non id facerem quod recepiſſem ſemel?
Heus, quanta quanta haec mea paupertas eſt, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides.
DE. Eſt ne ' ităŭt dixi liberalis? CH. oppido.
PH. Idque ad vos venio nuntiatum Demipho,
Paratum me eſſe: ubi voltis, uxorem date.
Nam omnis poſthabui mihi res, ita uti par fuit,
Poſtquam tantopere id vos velle animadverterem.
* quadriſ. DE. At ' hic * dehortatus - eſt me, ne illam tibi darem:
Nam qŭi erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim cŭm honeſte potuit, tum non eſt data:
Nunc viduam extrudi, turpeſt: ferme eadem omnia
Quae tute dudum coram me incuſaveras.
PH. Sa'tis ſuperbe inluditis me. DE. qui? PH. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam quam contempſerim?
CH. Tum autem ' Antiphonem video ab ſeſe amittere
Invitum eam: inque. DE. tum autem video filium
Invitum ſane mulierem ab ſe amittere.

Set

NOTAE.

1 *Verebamini.*] Sic lib. Bemb. ſed alii codices, *an verebamini*, quam veram lectionem arbitror, *an* correpto, quod ſaepe fit: ſed & ſecunda in *verebamini* corripi poteſt eadem licentia, qua ſecunda in *vidébatur* apud Plautum. Rud. III. I. 9. quia ſc. praecedit ſyllabam in quam cadit accentus.

2 *Quodne ego deſcripſi.*] Faern. *quod? ne ego*, quod minus placet. pro *diſcripſi*.

autem

Set tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum rurſum iubĕ reſcribi Phormio.
PH. Quodne [2] ego diſcripſi porro illis quibŭs debui?
DE. Quid igitur fiet? PH. ſi vis mihi uxorem dare
Quam deſpondiſti, ducam; ſin eſt ut velis
Manere illum apŭt te, dos hic maneat Demipho:
Nam non eſt aequom, me propter vos decipi;
Cum ego' veſtri honoris cauſa repudium alterae
Remiſerim, quae dotis tantundem dabat.
DE. I' in malam rem hinc cum iſtac magnificentia,
Fugitive: etiam nunc credis te ignorarier?
Aut tua facta adeo? PH. inritor. DE. tu ne hanc duceres,
Si tibi daretur? PH. [3] fac periclum. DE. ut filius
Cŭm ĭlla' habitet apŭt te, hoc veſtrum conſilium fuit.
PH. Quaesō quid narras? DE. quin tu mihi argentum cedo.
PH. Immŏ' vero uxorem tu cedo. DE. in ius ambula.
PH. [4] In ius?
Enĭm'vero ſi porro eſſe odioſi pergitis,
DE. Quid facies? PH. ego ne? vos me indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini:
Etiam dotatis ſoleo. CH. quid ĭd noſtra? PH. nihil.
Hic quandam noram, cŭiŭs vir uxorem CH. hem. DE. quid eſt?
PH. Lemni habuit aliam: CH. nullus ſum. PH. ex qua filiam
Suſcepit: & eam clam educat. CH. ſepultŭs ſum.
PH. Haec adeo ego illi iam denarrabo. CH. obſecro,
Ne facias. PH. [5] oh, tu ne is eras? DE. ut ludos facit.
CH. Miſſum te facimus. PH. fabulae. CH. quid vis tibi?
Argentum quod habes condonamus te. PH. audio:
Quid vos, malum, ergo me ſic ludificamini
Inepti veſtra puerili ſententia?
Nolō, volō: volo, nolo rurſum: cape, cedo:

Quod

NOTAE.

autem Leng. codd. fere omnes, & alii, *percripſi*; qua voce & Plautus uſus eſt. Truc. I. I. 53.

Ubi aera PERSCRIBANTUR *uſuraria.*

3 *Fac periclum.*] Faern. *periculum.*

4 *In ius.*] Niſi verba haec extra verſum ponantur, ſequens erit ſeptenarius, quales non facile admittendos eſſe dixi ad Andr. IV. IV. 3.

5 *Oh, tune.*] Legendum arbitror *ohe*, ut IX. 12. & Ad. V. 1. 7.

Quod dictum, indictumst: quod modo erat ratum, inritum est.
CH. Quo pacto, aut unde haec hic rescivit? DE. nescio,
Nisi me dixisse nemini certo scio.
CH. Monstri', ita me dĭ ament, simile. PH. inieci scrupulum. DE. hem,
1 Hic'cin ut a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte inridens? emori hercle satius est:
Animo virili praesentique ut sis, para.
Vides peccatum tuum 2 ĕssed elatum foras:
Neque iam id celare posse te uxorem tuam:
Nunc quod ĭpsa ex aliis 3 auditura sit Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est.
Tum hunc ' inpuratum poterimus nostro modo
Ulciscī. PH. attat, nisi mihi prospicio, haereo:
Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.
CH. At vereor ut placari possit. DE. bono animo es:
Ego ' redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cum e medio excessit unde haec susceptast tibi.
PH. Ita ne agitis mecum? satis astute adgredimini:
Non hercle ex re istĭŭs me instigasti Demipho.
* m. * 4 Ain tu? ubĭ quae lubitum fuerit, peregre feceris,
Neque ' hŭiŭs sis veritus faeminae primariae,
5 Quin ' novŏ modo ēi faceres contumeliam,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Ut ne restinguas, lacrumis si extillaveris.
DE. Malum, quod isti di deaeque omnes duint.

Tanta

NOTAE.

1 *Hiccin.*] Faern. *Hicine.*

2 *Essed elatum.*] Cod. Bemb. *delatum.* unde Faern. coniicit legendum, *Essed elatum*, ut *d* sit duarum vocalium media. sed alii codices constanter habent *elatum*, quos si sequeris, ultima in *tuum* non elidetur. ut in *eum*, Eun. IV. IV. 34. & in *amicum* in hac fabula, IV. II. 8.

3 *Auditura sit.*] Faern. *est.* sed versus postulat, *sit.* & sic editt. fere omnes.

4 *Ain tu?*] Sic alias Terentius, sed hoc loco loquutio haec parum commoda videtur, cum nihil praecesserit, ad quod referatur; nisi igitur codices obstarent, libenter legerem, *An tu,*

5 *Quin novo modo.*] Sic Plaut. Mil. III. I. 30.

Novŏ modŏ tŭ homo amas——

& Pseud. I. V. 15.

Novŏ' modŏ no-vum aliquid inventum afferre addecet.

5 &

Tanta ne adfectum quemquam eſſe hominem audacia?
Non hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? CH. in ĭd redactus ſum loci,
Ut quid agam cŭm ĭllo neſciam prorſum. DE. ego ſcio:
In ius eamus. PH. in ius? huc, ſi quid lubet.
DE. Adſequere, retine, dŭm ego huc ſervos evoco.
CH. Enĭm' nequeo ſolus: accurre. PH. una iniuriaſt
Tecum. [6] CH. lege agito ergo. PH. altera eſt tecum Chreme.
DE. Rape hunc. PH. ſic agitis? enĭmvero voceſt opus:
Nauſiſtrata exi. CH. os opprime. DE. inpurum vide,
Quantum valet. PH. Nauſiſtrata inquam. CH. non taces?
PH. Taceam? DE. niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.
PH. [7] Vel' oculum exclude: eſt ubi vos ulciſcar probe.

SCAENA IX.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

NAUSISTRATA.

I. tr. QUI nominat me? CH. hem. NA. quid ĭſtuc turbaeſt obſecro
Mi vir? PH. ehem, quid nunc obſtipuiſti? NA. quis hic homoſt?
Non mihi reſpondes? PH. hicine ŭt' tibi reſpondeat?
Qui hercle, ubi ſit, neſcit. CH. cave ĭſti quicquam creduas.
PH. [8] Abĭ: tange: ſi non totus friget, me enica.
CH. Nihil eſt. NA. quid ergo? quid ĭſtic narrat? PH. iam ſcies,
Auſculta. CH. pergin crede-re? NA. quid ergo obſecro,
Huic credam qui nihil dixit? PH. delirat miſer

Timore

NOTAE.

& alias ſaepe apud eum ultima in *novo* corripitur.

6 CH. *Lege agito ergo.*] Eraſmus haec Demiphoni rectius tribuit.

7 *Vel oculum exclude.*] Sic omnes codices praeter Bemb. qui, *exculpe*, quod Faernus in textu poſuit; ſed ipſe lectionem alteram veram eſſe arbitratur. ſic enim Priſcian. etiam p. 1029. niſi quod ibi ſit *excludito*; & pro *probe* eſt *locus*. ſed & ſic Plautus locutus eſt in Pſeud. I.V. 95.

Excludito mihi hercle oculum, ſi dedero.——

8 *Abi: tange.*] Si *abi* recte ſe habet, ad Chremetem dicitur, ut ABI, *virum te iudico.* Adelph. IV. II. 25. ſed hic ridicule, & per ironiam; *tange* vero ad Nauſiſtratam. ſin utrumque verbum eam ſpectet, pro *abi* legendum *adi*. Daceria, *age*, *tange*; ſed quo auctore, neſcio.

Timore. NA. non pol temereſt, quod tu tam times.
CH. Egŏn' timeo? PH. recte ſane: quando nihil times,
Et hŏc' nihil eſt quod ego dico, tu narra. DE. ſcelus,
Tibi narret? PH. ohe tu, factumſt abs te ſedulo
Pro fratre. NA. mi vir, non mihi dicis? CH. at. NA. quid at?
CH. Non opus eſt dicto. PH. tibi quidem: at ſcito huic opuſt.
In Lemno, CH. hem, quid ais? DE. non taces? PH. clam te, CH. ei mihi.
PH. Uxorem duxit. NA. mĭ homo, di melius duint.
PH. Sic factumſt. NA. perii miſera. PH. & inde filiam
Suſcepit iam unam, dum tu dormis. CH. quid agimus?
NA. Pro dĭ immortales, facinus indignum & malum.
PH. Hoc actumſt. NA. an quicquam hodie eſt factum indignius?
Qui mihi',——— ubi ad uxores ventumſt, tum fiunt ſenes.
T. t. c. Demiphō te appello; [1] nam me ‖ cum hoc ipſo diſtaedet loqui.
Haecine erant itiones crebrae, & ‖ manſiones diutinae
Lemni? haecine erat, ea quae noſtros ‖ fructus minuit, vilitas?
DE. Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re ‖ [2] culpam meritum non nego;
Set ea quin ſit ignoſcenda ‖. PH. verba fiunt mortuo.
*m. DE. Nam neque neclegentia * tua ‖, neque odio id fecit tuo.
Vinolentus fere ab hinc annos ‖ quindecim mulierculam
*m. * Eam compreſſit, unde haec nataſt ‖: neque poſtilla unquam attigit.
Ea mortem obiit: e medio abiit ‖: qui fuit in re hac ſcrupulus.
Quamobrem te oro, ut = alia facta ‖ tua ſunt, aequo animo hoc feras.
NA. Quid ego aequo animo? cupio miſera in ‖ hac re iam defungier.
Set quid ſperem? aetate porro ‖ minŭs peccaturum putem?
Iam tŭm erat ſenex, ſenectus ‖ ſi verecundos facit:

An

NOTAE.

1 *Nam me cum hoc ipſo diſtaedet.*] Chariſius, p. 178. *cum hoc pol diſtaedet*, quae vera, opinor, lectio eſt. neque enim verſus patitŭr *cum hoc ipſo*, nec *ipſo* ullam hic habet emphaſim.

2 *Culpam meritum.*] In textu Faern. *meritam.* ſed *meritum* habet cod. Bembi, & ſic legendum eſſe in notis oſtendit. *culpam* enim *meritus* eſt quod ſaepius verbo compoſito dicitur *culpam commeritus.*

3 *Diſ-*

An mea forma atque aetas nunc magis ‖ expetendaſt Demipho?
Quid mihi hic adfers, quamobrem exſpectem, aut ‖ ſperem porro non fore?
PH. Exſequias Chremeti, quibus eſt ‖ commodum ire, em tempus eſt.
Sic dabo: age nunc, Phormionem ‖, qui volet, laceſſito:
Faxo tali eum mactatum, atque ‖ hic eſt, infortunio,
Redeat ſane in gratiam: iam ‖ ſupplicii ſatis eſt mihi.
Habet haec ēi, quod, dum vivat ‖, uſque ad aurem ogganiat.
*m. NA. At * meo merito credo: quid - ego nunc ‖ ea commemorem Demipho
Singulatim, qualis - ego in hunc ‖ fuerim? DE. novi aeque omnia
*m. Tecum. NA. merito hoc * meo ‖ videtur factum? DE. minime gentium:
Verum quando iam accuſando ‖ fieri infectum non poteſt,
Ignoſce: orat; confitetur ‖; purgat: quid vis amplius?
PH. Enĭmvero priŭs - quam haec dat veniam ‖, mihi proſpiciam, & Phaedriae.
Heus Nauſiſtra-ta, priŭſquam huic re‖ſpondes temere, audi. NA. quid eſt?
PH. Ego mĭnas triginta per fal‖laci-ām ab illo abſtuli.
†m. *m. * Eas dedi † tuo gnato. is pro ſua a‖mica lenoni dedit.
*m. CH. Hĕm, quid * ais? NA. adeon hoc ‖ indignum tibi videtur, filius,
Homo aduleſcens, sĭ habet unam a‖micam, tu uxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum obiur‖gabis? reſponde mihi.
*m DE. Faciet ut voles. NA. immo ut * meam ‖ iam ſcias ſententiam,
Neque ego ignoſco; neque promitto ‖ quicquam: neque reſpondeo,
Priŭſquam gnatum video. eius iu‖dicio permitto omnia.
Quod ĭs iubebit, faciam. PH. mulier ‖ ſapiens es Nauſiſtrata.
NA. Satĭn tibi eſt? PH. ĭmmŏ vero pulchre ‖ 3 diſcedo [ultus] & probe:

Et

NOTAE.

3 *Diſcedo ultus.*] Et verſus ratio & loci ſenſus aperte monſtrant *ultus* deſiderari, quod tamen in omnibus libris deeſt. *pulchre* enim aut *probe* *diſcedere* nemo unquam dixit, ſed *ultus pulchre*, vel *probe*, frequens eſt. vid. Moſt. V. II. 57. Men. III. II. 7. Poen. V. V. 1. & Perſ. V. I. 4.

*m. Et praeter ſpem. NA. tu *tuum nomen dic [1] quod eſt? PH. mihĭn? Phormio.
*m. Veſtrae familiae hercle amicus [1], & *tuo ſummus Phaedriae.
NA. Phormio, at ego ecaſtor poſthac [1] tibi, quod potero, & quae voles,
Faciamque & dicam. PH. benigne [1] dicis. NA. pol meritumſt tuum.
PH. Vin primum hodie facere, quod ego [1] gaudeam Nauſiſtrata,
*m. Et quod *tuo viro oculi doleant [1]? NA. cupio. PH. me ad cenam voca.
NA. Pol vero voco. DE. eamus intro hinc [1]. CH. fiat: ſet ubi eſt Phaedria
Iudex noſter? PH. iam hic faxo aderit [1]. Vos valete & plaudite.

NOTAE.

1 *Tu tuum nomen.*] Sic Donat. recte. Faernus vero omiſit *tu*, & *Phormio* ſequenti verſui adiecit. ſic nempe erat in editionibus ante Faernum quarum lectionem hoc in loco ille intactam reliquit, non tam per incuriam, nedum dedita opera; quam quod morte praerepto non licuit doctiſſimo viro manum praeſtantiſſimo operi ultimam imponere, omnibuſque ſuis numeris abſolvere.

GABRIELIS

GABRIELIS FAERNI

EMENDATIONES

IN

SEX FABULAS

TERENTII.

ACCEDIT

Ejuſdem Liber de verſibus comicis imperfectus.

ET,

EOGRAPHII commentariorum in TERENTIUM fragmentum.

GABRIELIS FAERNI
EMENDATIONES
IN
ANDRIAM.

PROLOG.

11. *NON ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen*] ex *argumento* eliditur u, per ſyncopam, ut ſit argmento, ſicut ex tegumen fit tegmen, ex tegumentum tegmentum, ex ſalſamentum ſalmentum.

15. *Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant*] vel abiecto d, ex *id*, ea ſyllaba per ſynaloephen eliditur, vel ex *iſti*, s, eliſo, prior eius dictionis ſyllaba brevis fit: ut primus pes ſit anapaeſtus: vel *vituperant* fit triſyllabum eliſo e, per ſyncopen: quod aliqui malunt.

17. *Faciunt nae intelligendo ut nihil intelligant.*] Haec particula, *nae*, ubicunque apud auctores invenitur, pro valde, vel pro quam, non fere in ullo libro nec antiquo, nec recenti, per diphthongum ſcripta invenietur, ſed per e purum. itaque etiam legiſſe & ſcripſiſſe videtur Donatus, dicens, *Hanc particulam ne, hic & correpte cum interrogatione pronuntiari, & producte accipi poſſe pro valde*: ubi nulla de diphthongo mentio eſt, ſed tantummodo de correptione & productione ſyllabae. quod ſi quis contendat, hanc particulam Graecam eſſe, & idcirco Graeco more ſcribendam, negaverim ego mihi liquere an Graeca ſit: cum praeſertim in Latino ſermone diverſam a Graeca ſignificationem obtineat. Poſtremo & Donati auctoritatem & omnium librorum fidem opponam. ceterum quod Donato melius videtur, *ne*, pro valde accipi, conſiderent obſervatores linguae Latinae, an ea particula in hac ipſa ſignificatione uſurpari poſſit ſine alicuius adiunctione pronominis. nam & in exemplis ab Donato adductis, & in iis quae nos obſervavimus, haec particula poſt ſe aliquod habet pronomen: ut, *Ne iſti vehementer errant.* Et, *Ne iſte haud mecum ſentit.* Nec quemquam fallat exemplum Lucilii infra ab Donato adductum, *Ne in arce bovem diſcerpſi magnifice, inquit.* Nam *ne quem in arce* ex libris ſcriptis legendum eſt.

ACT. I. SCENA I.

25. *LIBERIUS vivendi fuit poteſtas: nam antea*] Sunt qui dictionem *vivendi*, eliſo ex ea, u, medio, in duas ſyllabas contrahant: quod per ſynizeſin fieri poſſe ſupra diximus. nos etiam ita ſuſtentari verſum putamus, ſi vel ex *poteſtas*, s, medium abiiciatur; vel ex *liberius* eliſo e, per ſyncopam fiat *librius*: ſicut ex aſperius, faceremus aſprius: ex dexterius, dextrius. ita *librius* erit dactylus abiecta s, more veterum: dictio autem *fuit*, una fit ſyllaba per ſynizeſin, ut ſæpe.

61. *Symbolum dedit.*] *Symbolam* lego ex libr. Vaticano & Baſilicano & aliquibus aliis. ita & Plautus in Gurgulione: *Symbolarum collatores apud forum piſcarium.* item in Epidico: *Sine meo ſumptu paratae jam ſunt ſcapulis ſymbolae.* & in Sticho: *Eadem ſymbolam Dabo: & jubebo ad Sangarinum cenam coqui.*

76. *Quid obſtat cur non verae fiant?*] in omnibus libris poſt *quid* eſt dictio *igitur*, praeterquam in Vaticano & Baſilicano, qui eam in contextu non habent, quorum auctoritatem ſequor, maxime propter verſum.

98. *Atat hoc illud eſt*] haec vox *atat*, priore ſyllaba & producta & correpta invenitur. Quod ex eo factum reor, quia cum antiqui hanc dictionem per duo t, in medio ſcriberent, ea ſyllaba poſitione longa erat: ſubtracto vero altero t, per parellipſin, brevis fiebat. Sed hoc loco quanta ſit prior ſyllaba nihil refert: ex poſteriore, videtur verſus laborare, cum, t, in fine corripiat ſyllabam: ſed ſuſtentatur ex veterum licentia, quibus etiam producebat. Livius Andronicus in Odyſſea: *Cum ſocios noſtros mandiſſet impius Cyclops.* Ennius: *It eques, & plauſu cava concutit ungula terram.* idem: *Omnis cura viris uter eſſet induperator.* item: *Infit, o cives quae me fortuna fero ſic Contudit indigno bello, confecit acerbo.*

113. *Quae ſeſe voluit in ignem iniicere prohibui,*] & Donatus, & omnes libri ſcripti Terentii ita collocant: *quae ſeſe in ignem iniicere voluit, prohibui.*

133. *Nunc cum nihil obſint doli.*] videtur legendum, *obſunt*, non tamen muto: omnes enim libri habent, *obſint.*

144. *I prae, ſequar.*] Victorianus liber, *ſequor.* quod magis videtur conſuetudini ſermonis accommodatum.

ACT. I. SCENA II.

12. *Herus eſt, neque praevideram.*] omnes fere libri *provideram*: licet aliter Donatus. provideram autem pro porro videram. Plautus in Aſinaria: *Non hercle te provideram.*

18. *Nunc haec dies*] *hic dies* habent omnes libri ſcripti, & Donatus.

27. *Aut velle in ea re oſtendere quam ſis callidus:*] plerique libri & in iis omnes antiqui, *oſtendi quam ſis callidus.*

34. *Neque tu haut dicas*] o. l. s. *neque tu hoc dicas.* Vaticanus, *hoc dices*, quod idem eſt: nam antiqui *dices* pro dicas efferebant. ſolus Donatus legit *haut dicas*, quem & ſequimur.

ACT. I. SCENA III.

20. *Mihi quidem hercle non fit veriſimile, atque ipſis commentum placet.*] ita in omnibus fere libris invenitur ordinatus hic verſus, itaque impreſſit Robertus Stephanus. eſt autem verſus tetrameter trochaicus hypercatalecticus.

ACT. I. SCENA IV.

1. *Archilis,*] per unum l. in omnibus l. s. eſt: &, per i, in penultima.

2. *Sane pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria.*] verſus eſt Trochaicus, in quo *pol illa*, tribrachus eſt, eliſo uno l, ex illa, *pol* autem corripitur exemplo Ennii: *Nec pol homo quiſquam faciet impune animatus.*

ACT. I. SCENA V.

1. *Hoccine eſt humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?*] o. l. s. & Donatus geminant verbum *eſt*, hoc modo, *hoccine eſt officium patris?* Vetuſtiora vero exemplaria & hic, & ubique, *hocine* per unum c, habent: ita nulla dubitatio eſt quin *hocine* in caſu recto & accuſativo primam corripiat, ſicut pronomen hoc, unde hocine compoſitum eſt, teſte Probo, corripit. quemadmodum uſurpavit & Virgilius, ſive ille Ovidius ſit, in luſibus Priapeis: *Et vos hoc ipſum quod minamur, invitat.* & Plautus in Aulularia: *Nunc hoc ubi abſtrudam cogito ſolum locum*: erit ergo hic verſus Terentii, octonarius.

2. *Quid illud eſt?*] poteſt hic eſſe monometer, aut praecedenti applicatus facere eum pentametrum iambicum. Sed, quia haec genera inuſitata Terentio ſunt, poteſt eſſe octonarii iambici initium eliſione l, & d, ex *illud*, item d, ex *quid eſt*, quod mox ſequitur.

2. *Pro Deum atque hominum fidem, quid eſt ſi non haec contumelia eſt.*] omnes fere libri etiam antiqui, cum Donato, ita collocant, *ſi haec non contumelia eſt.*

3. *Uxorem decrerat ſeſe mihi hodie*] ita liber Victorianus. alii fere omnes, & Donatus, *decreverat*, pauciſſimi *decrevit*, atque hi recentiſſimi.

7. *Guatam ſuam uxorem: id mutavit, quoniam me immutatum videt.*] multi libri, inter quos Victorianus, pro *quoniam*, *quia* habent. quod malim, ut verſus ſit trochaicus ut paercedens.

11. *Pro deum atque hominum fidem! nullon ego*] haec verba *prob deum atque hominum fidem*, in multis l. s. recentibus inveniuntur ſuperius ſita, & hi verſus ordinati ut infra.

Itane obſtinate operam dat, ut me a Glycerio miſerum abſtrahat?
Pro deum atque hominum fidem: quod ſi fit, pereo funditus.
Adeon hominem eſſe invenuſtum, aut infelicem quemquam ut ego ſum?
Nullon ego Chremetis pacto adfinitatem effugere potero?
Quot modis contemptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia. hem

qua ordinatione verſuum primi duo & ultimus eſſent trochaici catalectici, tertius, & quartus acatalectici. nobis tamen probatur collocatio verborum vulgata, quae eadem invenitur

venitur in omnibus antiquis libris : ita ut, *Quod si fit, pereo funditus*, sit * trimeter iambicus : *Pro deum atque hominum fidem*, dimeter trochaicus.

17. *Nam quid ego nunc dicam de patre? ah,*] versus est dimeter iambicus, si ex *quid* d elidatur.

21. *Obstupui. censen ullum me verbum potuisse proloqui?* o. l. s. ita collocant, *obstupui. censen me verbum potuisse ullum proloqui?* qua ratione versus est trochaicus, ut ceteri. atque is quoque qui proxime sequitur, si eius prima syllaba praecedenti applicetur. Vaticanus, & Decurtatus *obstipui* habent, quemadmodum & alibi Bembinus. & apud Virgilium antiquissimus liber Romanus.

29. *Hoc incertum quorsum accidat.*] o. fere libri hunc ordinem verborum habent, *incertum hoc.* quae melior compositio est. versus est trochaicus, aut etiam octonarius iambicus, ut proximi, si in *quorsum accidat* non fiat synaloepha.

Huc illuc impellitur.] omnes libri antiquiores, & Donatus, *huc vel illuc.*

52. *Nec clam te est, quam illi utraeque res inutiles*] omnes fere l. s. *quam illi nunc utraeque res inutiles.* Duo tantum, scilicet Vaticanus & Basilicanus, itemque Donatus & Eographius haec habent sine dictione, *res*: quod & placet. *utraeque* enim, refertur & ad formam, & ad aetatem : itaque legendum, *quam illi nunc utraeque inutiles.* ita stat versus, qui aliter admissa dictione *nunc*, impeditus est.

53. *Et ad tutandam rem*] o. l. s. & Donatus ita collocant, *& ad rem tutandam.*

54. *Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,*] o. l. s. & Donatus ita collocant, *quod ego te per hanc.* quod vero sequitur, *& genium*, in omnibus libris, itemque Donato, & Eographio est, *& ingenium.* quod & versui magis convenit. exponemus autem ingenium, id est naturam ; quam cum laude intelligendo, tanto magis quadrabit, ut sit per tuam stabilem constantemque naturam, per tuum probum & amabile ingenium : ut & infra de Pamphilo, *Quandoquidem ipse est ingenio bono.* elidetur autem in scansione, d, ex *quod*, ut *quod ego te* sit anapaestus.

58. *Sive haec te solum*] aliqui libri, inter quos Vaticanus & Basilicanus, item Donatus & Priscianus sic collocant, *sive te haec solum.* & stat versus, si in *te haec* non fiat synaloepha : erit enim *sive te* dactylus. Quod vero sequitur, *semper fecit maximi*, omnes recentes libri habent, *fecit maximum*, & ita etiam Priscianus citat. infra quoque in eisdem recentibus legitur, *maximum feci Chreme.* sed utrobique in antiquis, *maximi.*

64. P. *Sed cur tu abis ab illa?* M. *obstetricem accerso.* P. *propera*] versus est trimeter iambicus : sed ex *abis* elidendum est, s. & in quinta sede dactylus collocandus.

66. *Ne ad morbum hoc etiam.* M. *teneo.*] versus est iambicus dimeter catalecticus. nam quod alii hunc supplent ex insequenti scena, ut, *quid ais Byrria*, perficiat senarium, primum haec ordinatio versuum in nullo libro invenitur. deinde versus qui sequuntur, impediti remanent, ut non facile certum eis genus possit assignari.

ACT. II. SCENA I.

1. *Quid ais Byrria? daturne illa hodie Pamphilo nuptum?*] o. l. s. hanc collocationem habent, *daturne illa Pamphilo hodie.* & infra, *modo e Davo*, ut etiam Donatus legit, non *de Davo.* quae vero paulo infra sequuntur, ita & apud Donatum, & apud Priscianum citantem hunc locum libro XVIII. & in omnibus Terentii l. s. collocata sunt, *Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possit.* Qua collocatione constituta, versus ita ordinamus :

CH. *Quid ais Byrria? daturne illa Pamphilo hodie nuptum?* B. *sic est.*

CH. *Qui scis?* B. *apud forum modo e Davo audivi.* CH. *vae misero mihi,*

Ut animus in spe, atque in timore, usque antehac attentus fuit,

Ita postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

B. *Quaeso edepol Charine; quoniam non potest id fieri quod vis,*

Id velis quod possit. CH. *nihil volo aliud nisi Philumenam.*

Ut primus & quintus hujus scenae versus, sint trochaici tetrametri acatalectici, sextus catalecticus, secundus octonarius iambicus, contracto *audivi* in duas syllabas. item tertius & quartus.

B. *Ah quanto satius est te id dare operam,*

Qui istum amorem ex animo amoveas tuo.

hos duos versus unum tantum trochaicum acatalecticum putamus esse, rejecta prima ejus syllaba in finem praecedentis versus, detractoque in scansione pronomine *tuo*, quod subditicium putamus, & tamen ob reverentiam omnium librorum, in impressione retinemus. aliter hi duo versus adeo impediti sunt, ut non facile cujus sint generis, agnoscatur.

17. *Abi hinc in malam crucem cum suspicione istac scelus.*] libri Vaticanus & Victorianus, *Abin hinc*, licet deinde ex *abin*, abrasum utrobi-

* l. *dimeter.*

utrobique ſit, n. praeterea hi duo, & alii omnes fere l. s. *in malam rem* habent. qua lectione admiſſa verſus, qui aliter ſtare non poteſt, eſt trochaicus catalecticus.

20. *Neque pol conſiliis locum habeo.*] o. l. s. & Donatus & Eographius *conſilii*. & ita Robertus Stephanus impreſſit.

29. *Ad te venio,*] aliqui libri ſcripti, & in iis antiqui, & Priſcianus, *Ad te advenio.*

30. *Officium eſſe liberi puto.*] deeſt dictio *hominis*, quae in omnibus eſt l. s. & in pleriſque ita collocata, *officium liberi eſſe hominis puto.* quo modo etiam melius procedit trochaicus. liberi autem hominis intelligendum non eius modo qui non eſt ſervus, ſed & qui nobilitate & bona exiſtimatione inter ſuos cives cenſetur. Juvenalis:

Tu tibi liber homo, & regis conviva videris:
Captum te nidore ſuae putat ille culinae.

Cicero libro primo officiorum: *Nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.*

ACT. II. SCENA II.

8. *Te ipſum quaero, euge o Charine, ambo opportune vos volo.*] nec Donatus, nec l. s. habent o, interjectionem, & ſtat verſus omittendo facere ſynaloepham, in *teipſum*, vel diſſolvendo diphthongum in *quaero.*

9. P. *Dave perii.* P. *interii.*] haec verba Charino Donatus adſcribit, & bene.

10. *Mea quidem hercle*] Donatus his addit adverbium, *certe*, & tres libri vetuſtiores.

Et tu quid ſcio.] Iidem libri, & *quid tu.*

11. *Et id ſcio.*] affirmat Donatus etiam legi & *ſi ſcio.* & ita habent omnes vetuſtiores libri.

15. *Uxorem tibi jam non dat*] Iidem libri vetuſtiores & aliqui alii, & Donatus ita collocant, *tibi non dat jam.*

16. *Uxorem dare ſe*] o. l. s. *dare ſeſe.* ita erit trochaicus acatalecticus

25. *Cum illo advenio,*] o. l. s. & Donatus, *cum illoc.*

33. *Dave hodie tua opera.*] o. l. s. *hodie Dave.*

At nullus quidem.] o. l. s. *ac nullus q.*

ACT. II. SCENA III.

2. *Quia non det tibi uxorem Chremes,*] complures libri, *dat.*

17. *Sine omni periculo:*] niſi legas *periclo*, & ex *omni* m elidas, impeditus eſt verſus.

21. *Nam quod tu ſperas,*] liber Vaticanus & Donatus, *ſperes.*

22. *Dabit nemo. inveniet inopem potius quam te corrumpi ſinat.*] ex *dabit* t, elidetur ut ſit anapaeſtus in prima. ſi quis tamen contrahere velit τὸ *potius* in pyrrichium, non repugno.

24. *Aliam otioſus quaeret.*] o. l. s. & Donatus *alia.*

26. *Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa cautio eſt.*] mihi magis placet *ex illa*, quod in multis libris, praeſertim antiquioribus, legitur.

ACT. II. SCENA IV.

5. *Qua differat te.*] libri Baſilicanus & Decurtatus, *qui differat.* & ita etiam in Victoriano & Vaticano emendatum.

6. *Modo ut poſſim.*] hic verſus ita legi debet addita dictione *Dave*, ex o. l. s. & Donato, *Modo ut poſſim Dave.* D. *crede inquam hoc mihi Pamphile.* eliditur t ex *ut.*

ACT. II. SCENA V.

8. *Nunc noſtrae parti timeo*] o. fere l. s. ita collocant, *nunc noſtrae timeo parti.*

16. *Omnes ſibi melius malle eſſe quam alteri.*] nullum fere librum invenias hac collocatione verborum, ſed pleroſque ea quae infra ſcripta eſt, *Omnes ſibi eſſe melius malle, quam alteri.* Vaticanus & Baſilicanus, *omnes ſibi malle melius eſſe quam alteri*, numero etiam meliore.

17. *Ego illam vidi virginem: forma bona memini videre.*] diſtinguatur poſt vidi, ut *virginem* ad inſequentia referatur, hoc modo. *ego illam vidi*: deinde ſubdatur, *virginem forma bona memini videre.*

ACT. II. SCENA VI.

8. *Propter hoſpitae huiuſce conſuetudinem*] o. l. s. quos vidimus, & Donatus, habent hanc collocationem, *propter huiuſce hoſpitae conſuetudinem.* utroque modo ſcanditur verſus eliſione r, ex *propter*, & diſſolutione diphthongi in voce *hoſpitae.*

9. *Bidui aut tridui eſt*] o. l. s. & Donatus, *bidui eſt aut tridui.* ita & melius verſus procedit.

11. *Etenim eam ſecum rem recta reputavit via.*] non ita habent l. s. ſed hoc modo, *Etenim ipſus ſecum eam rem recta reputavit via*: ſed ſenarius impeditus eſt, quem nos expedimus delendo dictionem, *recta*: quae nec eſt in libro Vaticano: nec ponitur a Donato: qui *via*, exponit conſilio, ratione. Nec ab Eographio, cujus haec verba ſunt. *Via*, id eſt ratione: ut Virg. *Inveni germana viam.* haec ille. ita & M. Tullius libro De claris ora-

oratoribus, *Via*, inquit, *& arte dicere.* & ad Atticum: *Utor via.* item libro ſecundo de natura deorum: *Vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem.*

16. *Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.*] aliqui libri & Donatus, *viſus eſt aliquantulum m.*

17. *Sed eſt quod ſuccenſet tibi.*] antiquiſſimi libri hoc verbum ſuccenſeo, non per duo c, ſed per s, & c, habent.

20. *Obſonatus eſt decem:*] Vaticanus & nonnulli alii, *eſt obſonatus.*

26. *Quidnam hic volt veterator ſibi?*] o. l. s. & Donatus, *quid hic volt.*

ACT. III. SCENA II.

2. *Signa ad ſalutem eſſe*] o. l. s. & Donatus, *ſigna eſſe ad ſalutem.*

4. *Quod juſſi ei dare bibere*] invenio emendatum, *date bibere*, quemadmodum & Donatus legit. alii habent *dari bibere*: ut Vaticanus & Decurtatus. in aliis quoque antiquis ita emendatum eſt.

5. *Mox ego huc revertar.*] aliqui libri, & Donatus, *revertor.*

6. *Peraecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.*] Priſcianus lib. XIV. ita citat: *Percaſtor ſcitus puer eſt natus Pamphilo.* & in hunc modum omnes fere Terentii l. s. habent, & aliqui Donati. Vaticanus tamen & alii antiqui habent *Perecaſtor*, ſine diphthongo, ut & Edepol. quam lectionem ſequimur conſtituendo anapaeſtum in prima huius verſus: correpta antepenultima in *perecaſtor.*

13. *Tibi videor quem tam aperte*] ex omnibus fere l. s. legendum eſt, *tibi videor eſſe.* aliter non ſtaret octonarius.

18. *Teneo quid erret, quid ego agam habeo.* s. *quid taces*] o. l. s. & Donatus, *& quid agam habeo.*

20. S. *Mihin quiſquam?* Da. *eho, an tute intellexti hoc aſſimulari?* S. *inrideor.*] plerique libri ſcripti, inter quos antiqui, habent *aſſimularier.* & ſtabit octonarius, ſi *mihin*, in unam ſyllabam contrahatur, item *eho*, quod per ſynaloephen elidatur.

21. *Tibi incidit ſuſpectio.*] o. l. s. etiam vetuſtiſſimi *ſuſpicio* ſcriptum habent per c tantum. nec timendum verſui, antepenultima enim hujus vocis longa eſt. Martialis: *Oblinitur minimae ſi qua eſt ſuſpicio rimae.*

29. *Ne tu hoc poſterius dicas*] o. l. s. quotquot ſunt, habent *ne tu hoc mihi poſterius dicas. mihi* autem non utique Davo intelligendum eſt, ſed ea vox conſuetudine ſermonis eſt addita. ut in Phormione, *Qui mihi ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.* verſus eſt trochaicus ut ceteri, ſed hypercatalecticus.

30. *Prorſus a me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam volo.*] in l. s. etiam antiquis melior collocatio, & elegantior compoſitio eſt; *eſſe ego amotam volo.* ſtabit autem trochaicus, ſi *tuam* una ſit ſyllaba, quae per ſynaloepham abiiciatur.

37. *Quid ais? cum intellexeras*] dimeter trochaicus catalecticus.

42. *Et id ſpero adiuturos deos.*] in antiquis libris eſt, *adiuturos*: in recentibus habent *adintores.*

52. *Atque adeo in ipſo tempore eccum ipſum obviam.*] numerus & ſenſus pulchre conſtat hoc modo. utique enim, per hoc pronomen, *ipſum*, intelligimus Chremetem: quem iam Simo convenire velle ſe dixit: nec ab eo qui ſecum loquitur, exigi debet, ut omnia voce exprimat; ſed aliquid tacito ſenſui ſuo relinquat. Donatus tamen videtur addere *Chremem*, in fine huius verſus. quae dictio & in aliquibus libris Terentii eſt. mihi tamen magis probantur exemplaria, quae eam non habent.

ACT. III. SCENA III.

3. *Tu ne an illi inſaniant.*] in antiquis libris eſt, *tun an illi in.*

6. *Per ego te deos oro.*] pronomen *ego*, non fere eſt in antiquis libris: nec ponitur a Donato. qua dictione ſublata bene procedit ſenarius, alias impeditus, niſi quis ex *per* r, elidat.

14. *Si in rem eſt utrique.*] ita antiqui libri ut in vulgata. nonnulli vero & cum iis Donatus, *in re*: ſane & apud auctores, ubi in impreſſis eſt *in rem*, fere reperias in ſcriptis, *in re.*

16. *Utrique id oro te in commune ut conſulas.*] o. l. s. *id te oro*, habent. in *oro* autem non fiet ſynaloepha. quod vero ſequitur Donatus legit, *in commune conſule*: quod parvi refert utro modo dicatur.

23 *Amoris reintegratio'ſt.*] antiqui libri & aliquot alii, & Donatus habent *integratio.*

27. *Reducant animum.*] iidem antiqui libri *reducunt.*

29. *Et coniugio liberali devictum.*] Antiqua lectio *devinctum.*

30. *Dehinc facile.*] Aliquot libri, inter quos Vaticanus, *Dein.*

31. *Tibi ita videtur:*] *Tibi ita hoc videtur*, eſt in o. l. s.

34. *At*

34. *At istuc periclum in filia fieri grave'st.*] Ita ut posuimus ordinandus est hic versus ex l. s. eliditur autem s, ex *istuc*: ut, *at istuc*, fit anapæstus.

40. *Quid istuc? si istuc animum induxti esse utile.*] Ex libris antiquis & Donato lego *quid istic.* deinde in iisdem libris & omnibus aliis sequitur *si ita istuc.*

47. *Tute adeo iam eius audies verba.*] In libro scripto inveni ita ut sequitur collocatum. qua collocatione & Robertus Stephanus impressit, *Tute adeo iam eius verba audies.* ita versus aliter impeditus procedet, & quidem cum iambo in quarta sede, si tamen vox *eius* monosyllaba fiat.

48. *Sed eccum video ipsum foras.*] o. l. s. & Donatus, *atque eccum.*

ACT. III. SCENA IV.

1. D. *Ad te ibam.* S. *quidnam est?*
D. *Cur uxor non accersitur? iam advesperascit.* S. *audin tu illum?*
Ego dudum nonnihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem.] Donatum super hoc loco consideranti, apertissime liquet legisse eum sine illis verbis, *ne faceres idem:* sic enim ait, *Nonnihil veritus sum Dave abs te, breviter pro veritus ne quid abs te fieret. sicut supra ei metui a Chryside.* haec Donatus. sed verbis illis demptis quomodo versus ordinari possint, nescio. quare quemadmodum in impressis est relinquemus, ita ut hemistichium compleat imperfectum versum praecedentis scenae: ut sit tetrameter catalecticus. qui vero sequitur hypercatalecticus, & qui post hunc est acatalecticus, omnes iambici.

5. D. *Ego istuc facerem?*] omnes fere l. s. habent *egon'*: ita etiam melius procedit octonarius.

7. *Habeo iam fidem.*] dictionem *tibi*, quae interciderat, ex fide o. l. s. restitue hoc modo, *habeo tibi iam fidem.*

9. *Sic est res.*] antiqui libri & aliqui alii, & Donatus, *sic res est.*

10. *Numquam quivi ego istuc intelligere.*] o. l. s. ita collocant haec verba, *Nunquam istuc quivi ego intelligere.* numero & compositione meliore.

11. *Ut hinc te iussi introire.*] o. l. s. *introire iussi.*

12. *Narro quae tu dudum narrasti mihi.*] post *narro*, adde pronomen *huic*, quod in omnibus est l. s.

12. D. *Hem unum nam perimus?*] antiqui libri & Donatus *perimus.* more Terentii. qui hoc verbum in praeterito per unum, i. scribebat, teste Probo.

ACT. III. SCENA V.

1. P. *Ubi illic scelus est qui me perdidit?* D. *perii, atque hoc confiteor.*] multi l. s. & Donatus, *ubi illic est scelus*: est autem versus trochaicus catalecticus contracto per synizesin, *confiteor*, in dactylum.

2. *Jure obtigisse.*] interpone pronomen *mihi* ex omnibus l. s. ut sit, *iure mihi obtigisse*, quod & sensus exigit & ratio versus, qui est trochaicus hypercatalecticus, vel forte acatalecticus, si ex *quidem* m elidatur, ut in quinta sede sit anapaestus.

6. *Sed quid ego nunc dicam patri?*] Donatus & aliqui libri, inter quos antiqui: *nam quid ego.*

9. *Dicam aliquid iam inventurum.*] in aliquibus libris est, *iam me*, in aliquibus & inter hos, Vaticano, & Basilicano, solummodo est, *me.*

10. P. *Oh.* D. *visus sum.* P. *ehodum bone vir, quid ais? viden me tuis consiliis*] & Vaticanus & omnes alii libri quos vidi, non *oh* sed *ohe*, habent: pro quo tamen libenter legerim, *eho*: quae interiectio est exclamantis irati. ut & in Adelphis, *Oho, scis & pateris.* Sed sive *ohe* sive *oho* legas, est haec dictio necessaria sustentando octonario: ita ut *ohe*, sit spondeus: ex *quid* vero d, abiiciatur, ut in quinta sede sit tribrachus, *tuis* una syllaba sit; *consiliis* creticus; utrumque per synizesin.

13. *Hem quo fretus fiem.*] versus, & sermo exigit *sum*, ut & alicubi scriptum invenimus.

16. *Sed paululum fine ad me ut redeam.*] o. l. s. & Donatus, *sed fine paululum.* quod vero sequitur in libris antiquioribus & plerisque aliis est sine particula *ut*; est autem versus trochaicus, ut ceteri qui sequuntur.

16. *Quid meritus es?*] Aliqui libri & in his antiquiores non habent verbum *es*, quod nec a Donato quidem ponitur.

18. *Namque hoc tempus.*] Et hic quoque o. l. s. & Donatus *hoc tempus* habent: ut & exigit ratio trochaici.

Ei mihi, cur non habeo tempus.] Omnes antiqui libri habent, *cum non habeo*: cum enim etiam indicativo temporis praesentis iungitur, ut & in Phormione, *Peccandi cum ipse de se finem non facit.*

ACT.

ACT. IV. SCENA I.

1. *Hocine credibile'ſt.*] o. l s. & Donatus, *hocine eſt credibile.*

3. *Ut malis gaudeat.*] Vaticanus liber & Baſilicanus, & Donatus, *gaudeant.*

4. *Alterius, ſua comparet ut commoda?*] Particulam, *ut*, poſt *ſua*, ex o. l. s. collocamus: *comparent* autem ſcribimus ex Donato & duobus antiquis libris paulo ante adductis.

5. *Immo id genus hominum eſt peſſimum, in*] ita legendum, *immo id eſt genus hominum peſſimum.* ita Donatus & o. l. s. in quibus tamen extremorum verborum alia collocatio eſt, quam in Donato: particulam autem *in*, non huic verſui, ſed ſequenti attribuunt.

6. *In denegando modo quis pudor eſt paululum:*] Scripſimus ex Donato, & o. l. s. *pudor paululum adeſt.*

7. *Promiſſa eſt iam perfici.*] Antiqui libri, & aliqui alii non habent verbum *eſt*; cum quibus & Donatus concordat.

8. *Tum neceſſario.*] Interponimus verbum *coacti* ex o. l. s. & Donato.

9. *Et tamen res cogit denegare.*] In nullo l. s. praeterquam in Victoriano, hanc lectionem invenio, ſed ita, *& tamen res eos premit denegare*: ſic & apud Donatum, licet alia collocatione: antiqui ſane libri non habent pronomen, *eos.*

10. *Ibi tum impudentiſſima eorum oratio'ſt,*] o. l. s. ita collocant: *eorum impudentiſſima.*

12. *Attamen ubi fides eſt.*] In pleriſq; l. s. etiam antiquis non habetur verbum *eſt*, itaq; id delevimus.

20. P. *Quid tandem?* C. *etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas?*] l. s. recentes *ſeducere* habent: antiqui vero, *ducere.* quod & placet. ita verſus eſt trochaicus ut praecedens, & ſequentes: ducere autem, falſa ſpe, ſubaudiendum, ut in Phormione: *Ut phaleratis dictis ducas me.*

34. *Scio, coactus tua voluntate es.*] Poſt *ſcio* interponimus pronomen *tu*, ex o. l. s. & Donato.

37. *Inſtare ut dicerem eſſe ducturum patri.*] Omnes quidem libri habent *me eſſe ducturum*, ſed impedita eſt ratio ſcandendi, niſi aut ex *dicerem*, m, abiicias, aut legas ſine verbo, *eſſe*, ut Donatus.

42. *Factum eſt hoc Dave?*] Omnes libri antiquiores, *Factum hoc eſt Dave?*

55. *Tuum eſt ſiquid praeter ſpem evenit ignoſcere.*] ex l. s. interpone poſt *evenit*, pronomen *mihi.* & ſtat ſenarius, ſi *tuum* & *mihi* monoſyllaba fiant.

56. *Parum ſucceſſit quod ago,*] Victorianus & aliqui alii libri etiam antiqui & Donatus, *parum ſuccedit.*

57. *Vel melius tu aliud reperi.*] non fere invenias librum ſcriptum in quo non legatur *vel tute*: vox vero *aliud* non eſt in aliquibus libris, inter quos Victoriano. ut & verſus expoſcit.

58. *Reſtitue in quem me accepiſti locum.*] omnes antiqui libri, *reſtitue quem a me accepiſti locum.* ita legit & Eographius. ita videtur legiſſe & Donatus. nam quamvis aliter verba Terentii citet, tamen in expoſitione ſic dicit: *omnia mihi integra & ſalva redde, qualia tibi tradidi conſulturo.* quae verba Donati optime quadrant cum *reſtitue mihi locum.*

59. D. *Faciam.* P. *at iam hoc opus eſt.* D. *hem. ſed mane. concrepuit a Glycerio oſtium.*] poſt *hem* nullam videtur habere ſignificationem dictio *ſed.* quare licet reclamantibus omnibus libris accedimus ſententiae Mureti legentis, *ſt.* quae nota ſilentii eſt. ita etiam optime procedente octonario iambico.

ACT. IV. SCENA II.

3. P. *Myſis.* M. *quid eſt?*] haec verba omnia in Vaticano & aliquibus aliis perſonae Pamphili aſcribuntur. quod vero ſequitur, *mihi te offers*, ita collocatum legitur, *te mihi offers.* eſt autem utroque modo iambicus tetrameter catalecticus, ſi *quid* per dialyſin, diſſyllabum fiat.

8. *Quibus quidem quam facile poterat*] antiqui libri *potuerat.*

14. *Qui inter nos diſſidium volunt.*] antiquiſſimi libri *diſcidium* per s, & c, ſcriptum habent; unde coniicimus a diſcindo venire diſcidium, ſicut ab excindo excidium. quod ita eſſe ipſa vocabuli huius ſignificatio oſtendit. uſurpatur enim & hic & alibi apud auctores non pro diſcordia, in quem ſenſum neceſſe eſſet hoc nomen accipi, ſi a diſſideo veniret, ſed pro ſeparatione violenta, & abruptione duorum inter ſe conjunctorum. quod & hic ipſe locus probat. & ille in Hecyra: *Neque mea culpa hoc eveniſſe diſcidium, id teſtor deos.* & Ciceronis ad Atticum libro quarto: *Acerbiſſime diſcidium noſtrum tuliſſe.*

22. C. *Sat habeo.* P. *quid facies cedo.* D. *dies mihi ut ſit ſatis vereor*] ita haec colloca ex l. s. *dies mihi hic ut ſatis ſit vereor:* & ver-

ſus procedit, qui eſt eiuſdem generis cum ſuperiore, aliter impeditus eſt.

32. *Ita facto opus eſt.*] lege ex ratione verſus & libro ſcripto, *ita facto eſt opus.*

ACT. IV. SCENA III.

4. *Quem capit dolorem?*] multi libri ſcripti, etiam antiqui, habent, *quem capit laborem?* ita legit & Donatus, licet variare videatur, ita & Eographius, qui hic *laborem* accipi dicit pro dolore, ſic ut periculum pro temptamento.

8. *Memoria atque aſtutia.*] liber Vaticanus & Baſilicanus, pro *memoria* habent *malitia.* & aliqui alii. ita legit & Eographius. in aliquibus corrupte legitur *militia.*

13. *Quia ſi forte opus ad eum iurandum mihi*] poſt *opus*, deeſt verbum *ſit*, quod in omnibus ſcriptis eſt, & videtur neceſſarium.

17. *Pro Iuppiter.* M. *quid?*] Addatur verbum *eſt*, ex o. l. s. ita ex *quid*, d, eliſo, factaq; ſynaloepha, verſus procedet.

18. *Repudio conſilium quod primum intenderam.*] Antiqui libri ita collocant, *repudio quod conſilium p. i.*

ACT. IV. SCENA IV.

10. *Quem igitur rogem*] Poſt *quem*, o. l. s. habent pronomen *ego*: quod in ſcanſione in unam ſyllabam contrahendum, & per ſynaloephan abiiciendum eſt.

11. *Qui hic neminem alium video?*] ita & Donatus; ſed o. l. s. Terentii, *videam.*

12. D. *Dicturan quod rogo?*] Liber Victorianus, *dicturan es:* alii omnes, *dictura ne es*, itaque Priſcianus citat libro XV. verſus autem ſuſtentatur vel abiectione s, ex *es*, vel d, ex *quod.* primo modo, ſecundus pes erit anapaeſtus, tertius iambus; altero, ſecundus erit iambicus, tertius anapaeſtus.

15. D. *Unde eſt? dic clare.* M. *a vobis.*] Non fere invenias librum ullum ſcriptum, qui non habeat, *a nobis*: quemadmodum etiam Donatus legit, ita dicens, *Quia a nobis, parum intelligebatur, hic addidit morem meretricis. ut vel ſic intelligat ſenex.* haec Donatus. Ceterum qui *a vobis* legunt, ex eo falſi ſunt, quod *unde eſt*, acceperunt pro, *cuius eſt.* quod ſi ita intelligeretur, iam illud quod infra dicitur, *cedo, Cuium puerum hic adpoſuiſti?* ut geminatum, ſupervacaneum eſſet. Duo ergo Davum interrogare dicendum eſt, unum unde ſit puer, id eſt, ex cuius domo exportatus, ad quod Myſis reſpondet, *a nobis*, id eſt ex domo noſtra: ut re vera erat: alterum, Cuium puerum adpoſuerit ante aedes Simonis? ad quod illa reſpondet, Pamphili: quod vero Davus Myſidem, cum reſpondiſſet, *a nobis*, impudentiae inſimulat, ad id reſpicit, quod infra dicturus erat, *quem ne ego heri vidi ad vos adferri veſperi*: in eo enim videri vult eam accuſare, quod puerum ut ipſe vult credi ſuppoſitum Glycerio, adpoſuerit ante aedes Simonis, tanquam filium Pamphili.

37. *Ni puerum vollis;*] o. l. s. *niſi.*

42. *Eho obſecro,*] Donatus legit *au*, dicens eſſe interiectionem perturbatae mulieris.

45. *Audivi omnia.*] Omnes fere libri, & in his plerique antiquiorum, *audivi iam omnia.* verſu etiam id poſtulante.

48. *Hic ille eſt,*] Libri omnes & Donatus, *hic eſt ille*, & τὸ *hic* praecedenti verſui in ſcanſione attribuitur.

50. *Novi rem omnem, ſed eſt Simo intus?* D. *eſt.*] l. s. o. *novi omnem rem*: particula vero *ſed*, non eſt in antiquis libris: verſus autem eſt dimeter iambicus.

52. *Quid ſciam.*] o. l. s. *qui ſciam.*

54. *Ut ſciret haec quae volumus.* M. *praediceres.*] Hunc verſum ſuſtentamus diſſolutione ex diphthongis, alterius quae in hoc verſu ſunt.

ACT. IV. SCENA V.

2. *Quae ſe inhoneſte optavit parare hic divitias,*] Ex o. l. s. & Donato geminamus pronomen *ſe*; pro *parare* autem, *parere* habent omnes libri antiquiores & aliqui alii, tam Terentii, quam Priſciani hunc locum citantis. atque ita ratio verſus requirit. *divitias* autem per ſynizeſin coeuntibus vel duabus primis ſyllabis vel duabus extremis, contrahitur in creticum. ita remanet iambus in fine. atq; hoc modo ſaepe ab Terentio & Plauto uſurpatur haec dictio.

3. *Potiuſquam in patria honeſte*] ita & Donatus, & antiquiores libri Terentii, ſed omnes alii, *potiuſquam honeſte in patria.*

9. CR. *Quid vos, quo pacto hic? ſatin recte?* M. *nos ne? ſic.*] ratio verſus exigit ut *ſatine* legatur. quae vox non minus quam ſatin Terentio eſt familiaris; aut in *pacto* non fiet ſynaloepha. ex *ſatin* vero, n, elidetur. quae omnes licentiae ceſſarent, ſi legeretur, *ſatine.*

14. *Semper enim eius dicta eſt haec atque habita eſt ſoror.*] hic verſus varie legitur. Vaticanus & Baſilicanus ſic: *Semper enim dicta eſt eſſe haec, atque habita eſt ſoror.* Alii omnes:

nes: *Semper eius*, &c. Donatus vero quem & ſequimur: *Semper enim dicta eſt eius haec atque habita eſt ſoror.* verſus autem ſtat, contracto *eius*, in unam ſyllabam longam.

20. *Me ſycophantam hereditatem perſequi.*] invidioſius eſt *hereditates*; ut apud Donatum legitur ſcena quarta actus quinti.

ACT. V. SCENA I.

4. *Immo enim quam maxime abs te poſtulo, atque oro, Chreme,*] o. l. s. *immo enim nunc quam maxime.* Donatus vero, *nunc cum maxime.* ita & Eographius. & ita legendum eſt. ſupereſt ut verſui conſulatur: quod ita fiet, ſi vel in *immo*, priore correpta per parellipſin, primus pes ſit anapaeſtus: vel ex *enim* abiecto m, *dactylus.*

6. *Dum efficias id quod cupis:*] o. l. s. & Donatus, *Dum id efficias.*

11. *Filiam darem in ſeditionem atque incertas nuptias:*] o. l. s. & Donatus, *filiam ut darem.* quod ſi recipimus, particula *ut*, vel hic, vel ſupra, ſuperfluit. & tantum ad maiorem expreſſionem poſita eſt. praeterea omnes fere l. s. & maxime antiqui habent, *atque in incertas.* qua lectione admiſſa, *in*, abiiciendum in ſcanſione eſt. ut in Eunucho: *In hanc noſtram plateam.* [2. 3. 50.]

20. CH. *At vero voltu, cum ibi me adeſſe neuter tum praeſenſerat.*] hic verſus in libro Bembino incipit ab dictione *at*: ceterum in ſcanſione ea particula in finem praecedentis verſus reiicitur. quod vero ſequitur *neuter tum*, conicit Lolgius legendum *neuter dum.* quod nobis maxime placet. hoc tamen addimus videri nobis legendum eſſe, *perſenſerat.*

ACT. V. SCENA II.

1. *Animo iam nunc otioſo*] *nunc iam* o. l. s. & Donatus, & ſtat verſus diviſa voce *iam* in duas ſyllabas.

7. *Bene ſane, id enimvero hic nunc abeſt.*] omnes fere l. s. & Donatus habent *hinc nunc abeſt*: item Eographius, qui hoc ita exponit, *Id enimvero.* ſ. ſolum. *hinc nunc abeſt*, id eſt puella.

14. *Neſcio quis ſenex*] in antiquo Decurtato eſt *neſcio qui.*

18. *Glycerium ſe ſcire eſſe civem Atticam.*] ex vetuſtioribus libris, & Donato, verſuſque ratione lege, *civem eſſe.*

22. *Si quicquam mentitum invenies occidito.*] Antiqui libri, *ſi quicquam invenies me mentitum occidito.* alii eandem collocationem verborum habent, ſine pronomine *me*; alii, & cum iis Donatus, *ſi quicquam invenies mentitum me.*

23. D. *Tametſi hoc verum. s. tu tamen.*] Omnes fere l. s. & in his antiquiores, *tamen & ſi.* quod vero ſequitur, *tu tamen*, omnes libri habent *tamen tu.* Solus Vaticanus non habet vocem *tu*, quae etiam verſui incommodat. Itaque delenda eſt, & diſtinguendum eſt poſt *tamen*, ut ad eam interrogationem Davi, *tamen & ſi hoc verum eſt?* reſpondeat Simo, *tamen.* Deinde ſubdat ad Dromonem, *cura adſervandum vinctum.*

27. CH. *Ah ne ſaevi tantopere. s. Chreme.*] Omnes fere l. s. *o Chreme.* & ſane majorem emphaſin habet adiecta ea interiectio.

ACT. V. SCENA III.

7. *Vide num eius color*] Donatus legit ſine dictione *Vide.*

8. *Adeo impotente*] o. l. s. *adeon*, quam tamen dictionem oportebit per ſynizeſin contrahere in pyrrichium.

11. s. *Modo ne id demum ſenſti Pamphile?*] o. l. s. quotquot vidi, poſt aſcriptam Simonis perſonam habent, *hem.*

23. CH. *Attamen Simo audi.* s. *ego audiam? quid ego audiam Chreme.* CH. *attamen dicat ſine.*] Liber Bembinus, qui hic fere incipit poſſe legi, nam reliquum Andriae vetuſtate corroſum eſt, habet *tamen Simo audi*: ut & Baſilicanus, quod numero magis ſervit. habet etiam idem liber Bembinus, *quid audiam Chremes?* ſine geminatione pronominis, *ego*, ut &, Victorianus: & pro *attamen dicat*, hic & Vaticanus, & nonnulli praeſertim antiqui, *attandem dicat.* verbum vero *ſine*, Bembinus liber non habet, niſi ſuperadditum. CH. *Tamen Simo audi.* s. *ego audiam? quid audiam Chremes?* CH. *at tandem dicat.* s. *age dicat, ſino.*

27. *Hanc vis amittere?*] Ex *vis* elidendum eſt, s, ut ſit trochaicus. expeditius tamen mihi videretur ſi legeretur, *mittere.*

32. *Paululum ſupplicii*] Aliqui recentes libri habent *paulum*, ut & exigit verſus. omnes tamen antiqui & Donatus *paululum.* Item Eographius, qui ſuper hoc loco ita dicit; *Adverbia frequenter fiunt nomina cum pro caſu accipiuntur; ut paululum, & ſatis.* Horatius, *Iam ſatis nivis miſit pater.*

ACT. V. SCENA IV.

5. CH. *Hic.* s. *men quaeris? eho tu Glycerium*

rium hinc civem esse ais?] Ita in omnibus vetustioribus libris & aliquot recentibus. sed huic trochaico dimetiendo necesse est diphthongum dissolvere in *quaeris*. in *Glycerium* vero non facere ultimae syllabae collisionem.

6. CR. *Quare.* s. *rogas?*] o. l. s. *qua de re*: & sic quoque stat trochaicus.

7. *Tu ne impune hoc facias?*] Antiqui libri *haec facias*: quod & invidiosius est.

12. *Bonus hic est vir.*] o. l. s. *bonus est hic vir*, & Donatus.

19. *Nam ego quae dixi vera an falsa audieris iam sciri potest.*] Liber Bembinus habet, *nam ego quae dico*, quod etiam magis quadrat: nam si utique iam dixisset, quid opus erat iterum dicere, ea quae iam dixisset? iccirco in praesens tempus ait, *nam ego quae dico*; in futurum autem *vera an falsa audieris*. sane in libro Bembino erat *audierim*. quod forte malum sensum non habet.

20. *Apud Andrum eiectus est,*] liber Bembinus, *ad Andrum*.

25. *Is ibi mortuus est.*] Idem liber, cum quo omnes alii fere concordant, ita ordinatos habet hos versus: *Is ibi mortuus est.* CH. *eius nomen?* CR. *nomen tam cito tibi? Phania.*

CH. *Hem perii.* CR. *verum hercle opinor fuisse Phaniam. hoc certo scio,*

Rhamnusium se aiebat esse. CH. *o Juppiter.* CR. *eadem haec Chreme*

Multi alii in Andro tum audivere. CH. *utinam id sit, quod spero: eho dic mihi,*

Quid eam tum? suam ne esse aiebat? CR. *non.* CH. *cuiam igitur.* CR. *fratris filiam.*

Iambici octonarii sunt quorum in primo, *eius* monosyllabum est. secundi prima syllaba fini praecedentis adiungitur. in quarto *audivere*, trisyllabum est. in quinto, ex *quid* d, abiicitur. *eam*, vero monosyllabum est.

33. *Tum illam hic relinquere est veritus.*] nullus est liber, qui ita collocet: sed omnes in hunc modum: *Tum illam relinquere hic est veritus.* sed versus impeditus est, nisi *post illa* in duas dictiones dividas, ita ut *illa* sit pyrrichius.

36. *Ne istam multis tuam inveniri gaudeo.*] o. libri antiqui & Donatus, *multis modis*, habent. Sed Bembinus, *multimodis*, quod & ad versum optime quadrat qui est octonarius, ut ceteri.

38. *Cum tua religione odio.*] *odium* habet liber Bembinus & Vaticanus, quemadmodum & Donatus legit.

42. *Pasibula*] per unum s, & in Bembino & Vaticano, & in multis aliis est libris.

47. *Nisi quid pater aliud ait.*] Bembinus & multi alii, *ait aliud.* item *dos Pamphile est.*

49. *Nam illam me haud nosse credo.*] antiqua exemplaria, *nam illam me credo haut nosse.*

50. *Davo istuc dedam iam negotii.*] omnes fere libri, & in iis vetusti, post *Davo*, habent pronomen *ego*. & stat versus, si ex *istuc* s, elidatur.

53. *O faustum & felicem hunc diem.*] in Bembino, & aliquibus aliis libris non est pronomen *hunc*, quod & consuetudini dicendi accommodatius est.

ACT. V. SCENA V.

3. *Ego vitam deorum*] ita Bembinus & Basilicanus libri, sed omnes alii, & Donatus, *ego deorum vitam.*

6. *Sed quem ego potissimum*] Bembinus liber & multi alii haec verba sic collocata habent, *Sed quem ego mihi potissimum exoptem nunc, cui haec narrem dari?* ita trochaicus, aliter impeditus, procedit. Ceterum liber Bembinus pro *exoptem*, habet *optem.*

ACT. V. SCENA VI.

1. D. *Quisnam homo est.*] antiqui libri *quis homo'st*, ut versus exposcit: qui trochaicus esse debet ut ceteri.

4. *Quam ego quod tibi evenit boni.*] o. l. s. post *ego*, habent pronomen *illud.* stat trochaicus abiecto uno l. ex *illud.*

5. *O factum bene.*] Bembinus, & aliqui alii libri non habent interiectionem *o*, sicut hic ipse antiquissimus liber, nec in Eunucho eam habet, nisi superadditum, in eo versu, *quid ni habeam? factum bene.*

9. *Quem diligunt dii.*] Scripsimus, *diligant*, ex antiquis libris.

10. *Conloquar.* P. *quis homo est? Charine in tempore*] Omnes quot quot sunt l. s. habent, *o Charine*; & stat versus, si vel ex *consequar* r, vel ex *quis* s, elidatur.

11. *Hem audistin'?*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, non habent interiectionem *hem.*

11. *Me in secundis respice.*] libri vetusti, *me in tuis secundis.* Donatus, *tuis secundis rebus.* quod tamen dicit esse ex iis, quae absolute dicuntur; ex quo apparet eum legere, *ex tuis secundis.* nam si adderetur *rebus*, non esset absolutum. Sane versus hic est octonarius

rius iambicus; si vero legeretur, *audisti*? esset trochaicus, ut ceteri. quod & placet.

14. *Sequere hac me intus. apud Glycerium est nunc.*] Liber Bembinus ita habet: *Sequere hac me intus ad Glycerium nunc.* Donatus sic: *sequere me intus apud Glycerium.*

17. *Plaudite.*] Hic ante verbum *plaudite*, in omnibus vero aliis fabulis ante ea verba *vos valete*, Bembinus liber & omnes alii antiqui hanc notam habent, Ω. super quo loco ita Eographius: Verba sunt recitatoris, qui dum fabulam terminaret, elevabat aulaea scenae: & dicebat ad populum: *Vos valete & plaudite.*

IN EUNUCHUM.

PROLOG.

1. *BONIS quam plurimis,*] Super his verbis ita Eographius: *Bonis quam plurimis, quidam intelligunt, quam plurimis bonis. nos intelligamus extrinsecus plurimos, nihil aliud posuisse nisi malos. boni enim admodum pauci sunt. ita quod dixit in numero plurimis, qualitatem potius declaravit.*

5. *Existimet esse, sic existimet,*] Donatus videtur legisse *existimat*, pro *existimavit*. sed non stat versus. liber vero Bembinus & Eographius in hunc modum habent, *existimavit esse, sic existimet*. ita & alii fere o. l. s. sed eo amplius, post *existimet*, in aliquibus est *praesumat*, in aliquibus vero, *sciat praesumat*. ut facile appareat ea verba inculcata ex glossemate alicuius interpretantis verbum *existimet*.

6. *Quia laesit prius.*] *Prior*, quod est in Bembino, & Vaticano, mihi magis probatur.

7. *Qui bene vertendo & eas describendo male*] Lego ex libro Bembino, & *easdem scribendo male*; ut sit sensus: elegit ille quidem bonas quas verteret, sed easdem male scripsit. quem sensum confirmat insequens versus: *Ex Graecis bonis, Latinas fecit non bonas.* est & haec lectio in libro Victoriano, licet is pro *scribendo*, habeat *conscribendo*. ita legit & Eographius sic dicens: *bene vertit, de Graeco in Latinum: male scribit, male verba componit.*

12. *Quam illum qui petit,*] liber Bembinus ac Vaticanus & Donatus, *quam ille qui* habent. qua lectione stante illae tres dictiones anapaestum faciunt, correpta priore syllaba in *ille*; *petit* vero iambus est, posteriore item producta more veterum.

19. *Nunc quam acturi sumus*] o. l. s. *quam nunc*, qua collocatione admissa, primam huius versus syllabam praecedenti versui in scansione applicabimus.

28. *Non qui furtum facere studuerit.*] Antiquissimi libri *quo*, habent, non *qui*. *quo* autem pro quod exponendum.

34. *Latinas sciisse sese,*] Haec lectio placet mihi propter versum. quamvis o. l. s. non habeant nisi unum, *se*; & in Bembino, ubi geminatum erat, posterius sit deletum.

35. *Quod si personis iisdem uti aliis non licet:*] In Bembino est, *iisdem huic uti non licet*. quarum lectionum utra melior sit, statuere nescio. interim vulgatam tenebimus.

36. *Qui magis licet currentes servos scribere,*] Ego potiorem arbitror lectionem, quem continet liber Bembinus, *currentem servum*; ut & in Heautontim. *Ne semper servos currens.*

44. *Date operam & cum silentio animadvortite.*] Ab antiquis libris abest copula &; sed hoc amplius Bembinus & Basilicanus habent, *animum attendite*. eandem lectionem continet & Donatus, licet aliqua ex parte corruptus: ita enim dicit: *Nos dicimus attendite, quod veteres plene animadvertite*. ubi pro *animadvertite* legendum *animum attendite*. lectionem vero Donati quae impressa est, in nullo l. s. eius inveni. est autem locutio Terentiana ut in Phormione: *Nunc quid velim animum attendite.*

ACT. I. SCENA I.

6. *Verum si incipies neque perficies naviter,*] *Pertendes naviter*, videtur antiquius: quod in Bembino & nonnullis aliis antiquis libris est.

24. *Et te ultro accusabis.*] Si hoc dicere voluisset, rectum erat ut diceret, & *te ipse accusabis*: quare melior mihi videtur ea lectio, quae est in Bembino & tribus aliis antiquis libris, & omnibus fere aliis: & *te ultro accusabit*: ut sit *ultro* pro, insuper: ut non modo Thais minas Phaedriae una lacrimula restinctura, sed insuper eum accusatura dicatur.

34. *Sed ipsa egreditur.*] Nullum librum vidi, in quo non ita legatur, *Set ecca ipsa egreditur*. ratio carminis constat, si ex *set*, elidas t.

ACT. I. SCENA II.

6. *Tun' eras hic mi Phaedria?*] o. l. s. hanc collocationem habent, *tun' hic eras mi Phaedria?* qui ordo verborum versum reddit expeditiorem.

12. *Ac pariter fieret, ut*] In libro Bembino particula, *ut*, ſubſequenti verſui adiungitur. ita *fieret*, primam producit.

18. *Credo, ut ſit, miſera prae amore excluſit hunc foras.*] Ita ut ſupra habent omnes antiqui libri. at omnes recentes & Donatus ac Priſcianus *excluſiſti*. ego *excluſti* legendum arbitror, ordine tantum duarum litterarum ex antiqua lectione immutato. ita conveniet cum verbis Donati dicentis Parmenonem hoc intuliſſe παρὰ προσδοκίαν, intuendo puellam, & ei Phaedriam oſtendendo; quae in *excluſit* locum habere non poſſunt.

19. *Sicine ais?*] Quinque antiqui libri, *ſicine agis?* ut ſit ſenſus: hocine modo me tractas?

37. *Docere, educere ita ut ſi eſſet filia.*] Videtur haec lectio inde ſumpta, quod infra dicitur, *eduxit mater pro ſua*. Sed nullus liber eſt in quo ſit, *educere*. Sed in omnibus *educare*: quam lectionem ſi admittere voluerimus, non oportebit ſynaloephain facere in, *ita ut*.

39. *Quo cum uno rem habebam tum hoſpite,*] Repoſuimus ex o. l. s. & Donato hanc collocationem verborum, *quo cum tum uno rem habebam hoſpite*. & ſtat verſus, ſi in *rem*, colliſionem non facias.

49. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno.*] Aut ex *quidem*, m, elidendum, quamvis ſequente conſonante: aut legendum ut in Vaticano: *Neque hoc tacebit Parmeno*. quod minus placet.

65. *Multae ſunt cauſae quamobrem cupio abducere.*] Liber Bembinus & alii antiqui, *cupiam*. quamvis recentes & Donatus, *cupio*.

69. *Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.*] Scio & Donatum & o. l. s. conſentire in hanc lectionem, ſed video verſum impeditum, niſi legatur ut in Bembino, *cupio aliquos parere amicos*. ut & ſupra legitur in Andria, *parere hic divitias*. ita enim verſus ſtat, & ſenſus idem eſt.

72. *Nihil reſpondes?*] Ita quidem omnes antiqui libri, ſed alii omnes & Donatus inter haec duo verba, habent pronomen *mihi*. quod etiam ita a Donato conſideratur: *Satis blande mihi, dixit, tanquam cui debeas amoris vicem.*

74. *Heu noſter, laudo:*] Bembinus & nonnulli alii antiqui libri *Eu* ſine aſpiratione habent.

75. *At ego neſciebam quorſum tu ires.*] Tres antiquiſſimi libri habent, *aut ego*. alii omnes, *haud ego*; quod & placet, id eſt, non eram neſcius.

77. *Soror dicta eſt:*] Liber Bembinus cum quo hic conſentiunt omnes fere libri recentes, habet *ſoror dicta eſt*. nec verſus repugnat, ſi abjicias r, ex *ſoror*, ut primus pes ſit anapaeſtus, ſicut & ſupra in, *nuper eius frater*. at alii antiqui libri *ſoror eſt dicta*.

83. *Nuncubi meam benignitatem*] liber Bembinus & aliqui ex antiquis, & omnes fere recentes *num ubi*. ita & Donatus.

84. *In te claudier.*] Ita Bembinus, & omnes recentes libri ac Donatus. at ex antiquis alii *intercludier*, alii *interclaudier*.

87. *Eunuchum porro*] o. l. s. & Donatus, *porro eunuchum*.

ACT. II. SCENA I.

6. *Ne iſtuc tam iniquo patiare animo.* P. *minime, quin*] Hunc verſum ita ordinamus:

Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P. *minime, quin effectum dabo.*

Sed nunquid aliud imperas?

Quorum prior non faciendo colliſionem in *tam iniquo*, eſt trochaicus tetrameter hypercatalecticus: poſterior dimeter iambicus. duos vero verſus, qui hos ſequuntur, ita ordinamus:

Munus noſtrum ornato verbis quod poteris, & iſtum aemulum,

Quod poteris, ab ea pellito.

13. *Te adigent horſum inſomnia.*] Donatus affirmat legi etiam, *adiget*, in ſingulari; quam lectionem in uno tantum libro Terentii inveni.

14. PH. *Opus faciam ut defatiger uſque ingratus ut dormiam.*] Donatus & liber Bembinus habent *ingratis*, utroque modo impedita ſcanſione octonarii. Ubaldinus Bandinellus legebat, *ingratiis*: quod & mihi probatur. nam & verſus ſtat & uſitata eſt ea dictio Terentio, & Plauto. praeterea antiqui libri habent, *defetiger*.

17. *Tandem ego non illa caream,*] Ex o. l. s. & Donato, ita collоca haec verba, *tandem non ego illa*. ſtabit autem verſus, ſi ex *illa*, unum l abiicias. & ex libro Bembino, ſcribe *univorſum*.

22. *Attat, hic quidem eſt paraſitus Gnatho*] Niſi vox *quidem* in unam ſyllabam contrahatur, quocunque id modo fieri poſſit, trochaicus mihi impeditus videtur.

23. *Virginem huic dono:*] o. l. s. *dono huic*. ita & in Bembino emendatum.

ACT.

ACT. II. SCENA II.

6. *Quid iſtuc inquam ornati ſt ? quoniam miſer quod habui, perdidi*] ex *quid*, eliſo d, item ex *miſer* r, ſtat trochaicus.

Ita ne paraſti te ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi ?

11. *Simul conſilium cum re amiſti ? viden me ex eodem ortum loco ?*] o. fere l. s. & Donatus pro *itane*, *itan*, pro *ſiet*, *ſit*, habent. ſolus Bembinus *eſſet* ; quam lectionem recipimus, ut & antiquiorem & elegantiorem. verſus tamen impediti remanent, maximeq; poſterior. aliqui, τὸ *ſimul* in priorem verſum reiecerunt : eiuſque verſus primam ſyllabam praecedenti applicarunt. nos ordinationem verſuum vulgatam retinentes, quae eadem eſt in o. l. s, ex *ſimul*, l, ex *viden*, n, elidimus : ut eae dictiones pyrrhichii vim in verſu habeant, & ſit hic trochaicus catalecticus, ut ceteri.

24. *Dum haec loquimur, interea loci ad macellum ubi venimus,*] Verſus, qui eſt iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri qui ſequuntur, conſtat, ſi *venimus* praeſentis ſit temporis, vel certe legatur *adventamus*, ut in Bembino eſt, & nonnullis aliis libris, atteſtante Io. Rivio. ſane in antiquis aliis libris *advenimus* ; quod non ita multum diſtat ab *adventamus*.

Concurrunt laeti mi obviam cuppedinarii, cetarii,

Lanii, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.] o. fere l. s. poſt *cuppedinarii*, habent dictionem *omnes* ; vocem vero *aucupes*, nec Donatus habet, nec liber Bembinus ; nec M. Tullius, hunc verſum citans libro primo officiorum. qua dictione detracta, digeruntur hi verſus in iambicos tetrametros catalecticos, ut & praecedentes ſunt, & ſequentes ; hoc modo :

Concurrunt laeti mi obviam cuppedinarii omnes,

Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores.

29. *Ille ubi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem,*] Ex omnibus libris nullus eſt in quo haec vulgata lectio reperiatur, praeterquam in Bembino, ſed ex emendatione & extra contextum : nam in eo prius erat, *videt mihi eſſe tantum honorem*. alii antiqui libri in hoc cum eo concordant, quod praepoſitionem *in*, nec ipſi habent. omnem autem hunc locum ita, *videt me eſſe tanto honore* : in omnibus vero aliis cum praepoſitione ſic legitur, *videt me eſſe in tanto honore*. alicubi tamen haec lectio eſt ſine verbo, *eſſe* : quemadmodum & Donatus legit. quam lectionem, detracta tamen praepoſitione *in*, quae, ut diximus, ab omnibus antiquis libris abeſt, omnium commodiſſimam & locutioni & ſenſui iudicamus, ac verſui quoque : nam & iambicus erit in quarta, quod in hoc verſuum genere prope ſolemne eſt, & non erit neceſſe ullam licentiam admittere.

32. *Si pote tanquam philoſophorum habent diſciplinae ex ipſis vocabula,*] *Si potis eſt* corrigo ex o. l. s. verſumque ſuſtento, contrahendo per ſyncopam *philoſophorum*, in *philoſophum*. ita erit in quarta ſede pyrrichius : praeterea teſtatum relinquimus in contextu libri Bembini pro *diſciplinae*, eſſe, *diſciplinam*. quemadmodum & Donatus legit, dicens hoc inconſequens eſſe, niſi exponatur, diſciplinam pro diſcipulis ; quam & veram eſſe lectionem putamus.

33. *Paraſiti itidem ut Gnathonici vocentur.*] Sic o. l. praeter Bembinum & impreſſum ab Aldo, in quibus pro *itidem* eſt dictio *ita*. pro qua ego *item* legendum puto, atque eo magis, quod in aliquo libro legitur, *idem*, quod fere eſt *item*. haec autem lectio quam nos probamus & perinde ad verſum quadrat, ut *ita* : facit enim iambum in quarta ; & ſenſui ſervit, *ut itidem* : conſuevere enim antiqui *item ut*, pro *ſimiliter ut*, ponere. ut in Adelphis, *Ille ut item contra me habeat facio ſedulo*. & in Heautontim. *Item ut filium meum amico atque aequali ſuo*.

34. *Viden otium & cibus quid faciat alienus ?*] Donatus etiam *facit*, legi affirmat ; & ita habent plerique antiqui libri : ut & ratio verſus expoſcit, iambum vel pyrrichium in quarta exigentis. ceterum quod aliquibus viſum eſt in libro Bembino pro *otium*, *oſſum* ſcriptum eſſe, qui diligentius obſervarunt eum librum, adnotarunt ſigna impreſſa calamo vocis *otium*, detrito vetuſtate atramento. *oſſum* vero ut videatur aliquibus eſſe ſcriptum, effecit macula quaedam, quae ſequenti paginae haerebat, ex cuius conglutinatione ſuperinductum eſt huic dictioni inſtar duorum s, loco t, & i ; ſed & omnes alii libri ſcripti quot quot ſunt & antiqui & recentes vulgatam lectionem continent. praeterea & Donatus, & Eographius, qui in hunc locum dicit, duo hic poſita eſſe ad vituperationem Gnathonis, otium, & cibum alienum. Quin & Dionyſius, Romanus Pontifex, & Martyr, ante annos mille trecentos, apertiſſime hanc lectionem

lectionem tenet, ita ſcribens ad Severum: *Vos otioſi comedere vultis alienum cibum, videte ne in vos illud conveniat: Vide quid faciat otium, & alienus cibus.* haec ille. adde huc rationem verſus qui cum *otium* optime ſtat: cum *oſſum* peſſime. de cetera abſurditate eius lectionis *oſſum* plura diceremus, niſi haec ſufficere exiſtimaremus.

35. *Et rogitare ad cenam ut veniat.*] *Rogitare* videtur legiſſe Donatus: o. l. s. Terentii *rogare* habent: quod parvi refert.

36. *Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video.*] Sunt qui verſui conſulere volentes, ne ſit trocheus in quinta, quem pedem hoc genus carminis non admittit, legant *Thaeidis*. quod ego, quamvis in ſcriptis exemplaribus non inveniam, tamen non improbo: cum praeſertim Donatus hoc nomen varie hic legi affirmet.

37. *Hice hoc munere arbitrantur*] Omnes fere antiqui libri & in his Bembinus, ſed & Donatus, habent *hiſce*.

40. *Impartit Gnatho.*] *Impertit* antiqui libri.

Nimirum hic homines frigent.] Ab omnibus antiquis libris abeſt dictio *hic*; quae & verſum impedit, & ſenſui non eſt neceſſaria.

41. *Num quidnam hic quod nolis vides?*] Liber Bembinus non habet vocem *hic*. quae & abeſſe poteſt ſine detrimento ſenſus, & verſus.

44. *Hoc nunc dices eiectos hinc nos.*] *Dicis*, legitur in libro Bembino & aliquibus aliis, & eſt ſenſus, ita dicendo, hoc dicis, eiectos hinc nos. id eſt, hoc ſignificare, hoc innuere vis.

50. *Tum tu igitur paulum da mihi operae.*] *Paululum* legendum ex o. fere l. s. & maxime antiquiſſimis, verſuſque ratione: ut in quarta ſede ſit iambus.

55. *Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho numnam tu hic relictus cuſtos,*] Multi l. s. & in his antiqui omnes, praeter Bembinum, neutrobi habent *tu*, ſed pro priore adverbium *nunc*; quod & locutioni & verſui eſt aptius. in Bembino non eſt nec *tu*, nec *nunc*.

56. *Clam a milite ad iſtam curſitet.*] Corrige *curſet*, ex eodem libro, ut verſus ſit iambicus tetrameter catalecticus, quemadmodum ceteri.

ACT. II. SCENA III.

1 *Occidi.*] Licet o. l. s. aliter habeant, neceſſe eſt hanc dictionem, & a praecedentis ſcenae ultimo & ab huius primo verſu ſeparare, & monometrum trochaicum catalecticum per ſe conſtituere. ſunt autem iambici tetrametri, praecedens quidem catalecticus: ſequens vero acatalecticus.

6. *Taedet harum cotidianarum formarum.*] Ex libris ſcriptis & Donato haec verba ſic colloca: *cotidianarum harum.* ut & exigit verſus.

9. *Hic vero eſt qui ſi amare occeperit, ludum iocumque*

Dices fuiſſe illum alterum praeut huius rabies quae dabit.] Priſcianus libro xiv. hunc locum citans, non ponit verbum, *amare*: quod ne in Bembino quidem libro eſt, in quo etiam pro *dices*, *dicet* legitur: ut ad ſenem referatur; quod & placet: praemiſit enim, *o infortunatum ſenem*. ſane hos verſus ita ordinamus:

Hic vero eſt qui ſi occeperit, ludum, iocumque dicet

Fuiſſe illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.

Ut ſint iambici tetrametri, prior quidem catalecticus, poſterior acatalecticus, nulla in eo facta colliſione. putarim tamen legendum *illunc*, ne duo hiatus in uno verſu interveniant.

12. *Sed eccum Parmenonem. ſalve.* PAR. *quid tu es triſtis? quidve es alacris?*] Verſus eſt trochaicus acatalecticus eliſo d, ex *ſed*.

13. *Unde is?* CH. *ego neſcio hercle,*] Bembinus liber ita habet, *ego ne? neſcio hercle.* ita optime verſus procedit. in quo animadvertendum, *hercle*, poſteriorem corripere, ut in quarta ſede ſit dactylus. nam & *Hercule*, quod integrum eſt, ultimam corripit. Perſius: *Nemo hercule nemo.*

15. *Nunc te Parmeno oſtendes,*] Non ſtat octonarius niſi legas ut in Bembino, Baſilicano, & aliis: *nunc Parmeno te oſtendes.* hic autem non fiet colliſio.

18. *Penum omnem*] Sic in libro Bembino & Vaticano, & ſic etiam legi Donatus teſtatur: & ita etiam Priſcianus citat libro quinto.

19. *Faxis nunc promiſſa appareant.*] Ita & in libro Bembino. ſed Vaticanus & alii, *fac ſis*. quin & in Bembino eſt gloſſema indicans dictum eſſe *faxis* pro *fac ſis*.

20. *Sive adeo digna res eſt*] Haec verba ex auctoritate Donati, Chaereae attribuimus.

22. *Ut graciles ſient.*] Donatus legit *gracilae*, dicens a ſingulari gracila venire hanc declinationem. Sic & in Vaticano erat, ſed ſuper-

ſuperaddito, s, factum *graciles*. contra in Baſilicano ex voce *graciles*, s, expunctum.

26. *Color verus*] Ex *color*, r, elidendum, ut in prima ſede ſit anapaeſtus.

27. *Flos ipſe*. CH. *hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario*] Videtur hic iambicus ſeptenarius eſſe, inuſitatum genus. ego puto legendum *hance*: & in *ipſe* non faciendam ſynaloepham.

30. *Qua ratione amiſti?*] Donatus quidem ita legit: ſed ratio verſus, qui eſt iambicus tetrameter catalecticus ut praecedens, exigit *amiſiſti*: ut & in Bembino & in omnibus aliis fere libris eſt. qui vero ſequuntur verſus ſenarii ſunt: itaque in eo libro cum hoc, quem ſupra diximus, verſu ordinantur:

CH. *Ne id quidem.* P. *ubi vidiſti?* CH. *in via.* P. *qua ratione amiſiſti?*

CH. *Id equidem adveniens mecum ſtomachabar modo.*

Nec quemquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonae.

36. *Noſtin?* P. *quidni?* CH. *is, dum ſequor hanc, ſit mihi obviam.*] l. o. hanc collocationem verborum habent, *dum hanc ſequor.* ſed, ut verſus conſtet, vel legendum eſt *noviſtin*, ut in libro Bembino eſt, vel ex *quidni*, nihil elidetur. *mihi* autem in unam ſyllabam contrahendum.

52. *In hanc noſtram plateam* P. *mirum ni hanc dicit modo*] verſus poteſt ſuſtentari elidendo ex *in*, n.

57. *Iſtuc ago quidem.*] Ita & in libro Bembino.

58. *O Parmeno mi noſtin?* P. *novi.* CH. *ſcis ubi ſiet?*

P. *Huc deducta eſt ad Thaidem meretricem, ei dono data'ſt*] o. l. s. *eho Parmeno* habent: item hi & Donatus, *ad meretricem Thaidem.* aliqui vero, inter quos Bembinus, *& ſcis*; omneſque fere antiqui praeter eum, in quo eſt, *& dono data'ſt*, habent, *ei dono data eſt.* itaque ſic legemus;

CH. *Eho Parmeno mi noſtin?* P. *novi.* CH. *& ſcis ubi ſiet?*

P. *Huc deducta'ſt ad meretricem Thaidem, ei dono data'eſt.*

Quorum verſuum prior ſenarius iambicus eſt, ut praecedentes: poſterior trochaicus, ut ſequentes.

64. *Tum magis id dicas.*] Pronomen *id*, varie collocatur. antiqui enim libri & Donatus verbo praeponunt; omnes alii poſtponunt. ego hanc vocem *id* cum videam certam ſedem non habere, & verſui incommodare, ne ſit trochaicus catalecticus, ut ceteri, ſubditicium arbitror, & ab aliquo adiectum, putante non ſatis intelligi, *tum magis dicas*, pro *tum magis id dicas*: quod tamen Latine, & antique dicitur. Plautus in Milite glorioſo: *Ei mihi. magis dicas ſi ſcias quod ego ſcio.*

65. *Quem mercatus eſt here,*] o. l. s. *heri.* quae tamen vox ſic quoque poſteriorem corripit.

69. *Alia res eſt.*] Liber Bembinus non habet verbum, *eſt.* ita verſus eſt trochaicus catalecticus ut ceteri: niſi quis eum vellet acatalecticum facere retento, *eſt.* quod non placet mihi.

71. *Numquid me aliud vis?*] *Vis*, non eſt in libri Bembini contextu, nec in aliis antiquis. itaque eam dictionem delevimus, quae & impedit verſum, nec adiuvat ſenſum: utique enim ſubauditur, *vis.*

72. *Ut mancipia haec, ita ut juſſit frater, deducam ad Thaidem.*] Liber Bembinus & aliquot alii ex antiquis habent, *ducam.* quod probo. & verſus conſtabit, ſi vel in, *ita ut*, non facias ſynaloepham: vel legas, *ita uti.*

82. *Neque quiſquam te novit,*] In l. o. eſt, *neque te quiſquam.*

83. *Praeterea forma, aetas*] O. fere libri, & in iis antiqui, & Donatus, *forma & aetas*: quod ſi recipimus, verſus eſt iambicus tetrameter acatalecticus: ſin aliter, trochaicus.

88. *Vide ne nimium callidum hoc ſit modo.*] Donatus & *callidum*, & *calidum* legi affirmat: ſed *callidum* videtur magis probare, nulla quidem ratione: cum potius Parmeno, praeceps & inconſultum hoc conſilium aſſerat, quam verſutum: & dictionem, *callidum*, quae primam habet productam, verſus ratio non admittat, niſi forte ex magna licentia, demendo in ſcanſione unum l. Mihi libros ſcriptos Donati conſideranti, videtur omnis expoſitio huius loci eſſe corrupta; omninoque legendum *calidum* per unum l, & ex ſenſu & ex verſu, ut & aliqui l. s. habent, & Robertus Stephanus impreſſit.

89. P. *At enim iſtaec in me cudetur faba. ah flagitium facimus.*] In libro Bembino, & Victoriano, interiectio *ah*, Chaereae aſcribitur, reliqua Parmenoni.

92. *Habent deſpicatam,*] Sic Donatus & omnes antiqui libri praeter Bembinum. & ſtat verſus reiecta prima eius ſyllaba in finem praecedentis. omnes alii libri recentes, *deſpectam* habent, ut Bembinus.

95. *An potius haec pati? aequum eſt fieri ut a me ludatur dolis,*

Quod qui reſcierint culpent, illud merito

factum omnes putent.] Liber Bembinus & omnes alii antiqui pro *pati* habent *patri*. ac Donatus quoque, licet aliqua ex parte corruptus: nam quamvis citando haec verba dicat *pati*, tamen in expositionis progressu legit *patri*. & sane *pati* nullum habet sensum; *patri* autem si legas, sensus est: cur non has meretrices debeam fallere? an potius aequum est, haec a me fieri adversus patrem, ut eum ludam dolis, pecuniam scilicet ab eo per fallacias auferendo, quam in amores & voluptates meas insumam? cum liceat, fallendo has meretrices, cupiditatem meam, sine ullo sumptu aut dispendio explere. illud enim si facerem, id est, si patrem dolis luderem, qui hoc rescierint, culpent; hoc autem, id est, a me deceptam esse meretricem, merito factum omnes putent. atque hunc esse germanum sensum poetae, omnia fere argumenta comica ostendunt, ubi plerumque inducuntur adulescentes amatores patribus struere fallacias, ad pecuniam auferendam, quam meretricibus aut lenonibus dent. huc etiam spectant & ea quae supra dixit, *o infortunatum senem*; & ea quae infra, *Eam confeci, sine molestia, sine sumptu, sine dispendio*; nam si sumptus intervenisset, utique eum a patre oportuisset auferri.

98. P. *Nunquam defugiam auctoritatem. sequere.* CH. *Di vortant bene.*] Accedo eorum sententiae, qui putant has personas male esse inscriptas; & priora quidem in persona Chaereae continuanda, posteriora Parmenoni tribuenda. ut *nunquam defugiam auctoritatem*, in ore Chaereae sit, perinde ac si dixisset, numquam negabo me tibi auctorem huius rei fuisse.

ACT. III. SCENA I.

6. *Profecto mihi ut grata sint quae facio omnia.*] Alia verborum collocatio in o. l. s. & Donato invenitur, hoc modo, *profecto ut grata mihi sint quae facio omnia.* grata autem mihi, non iocunda mihi exponendum est, sed talia, ut pro iis mihi gratia habeatur; ut & in Heautontim. *tum cum gratum mihi esse potuit, nolui*, id est, tum cum mihi potuit haberi gratia.

12. *Gestare.*] Omnes libri quot quot sunt, & antiqui & recentes, tum Terentii, tum Donati, habent *gestire*. quam lectionem admittentes, exponemus, laetum esse, & gaudere ex convictu, scilicet tuo: quod vero supra dictum est, *Rex te ergo in oculis*, hic subaudiemus vel habere, vel ferre.

12. THR. *Verum credere omnem exercitum,*] Pro *verum*, liber Bembinus habet, *vero*: quae vox est asseverantis, & in principio orationis ponitur ab respondente: ut in Adelphis, *An quisquam est etiam amplius? vero amplius.*

31. *Nunquid tibi dixi?*] Liber Bembinus & omnes alii antiqui, *numquam*; quod magis videtur quadrare: nam si per *numquid*, interrogatus esset, sufficiisset respondere, non: nunc per *numquam* interrogatus, apposite per *numquam* respondet.

32. *Plus milies iam audivi.*] Nec in libro Bembino, nec in Donato est dictio *iam*. itaque eam delevimus.

35. *Quid ais, inquam, homo impudens?*] Ita omnes antiqui libri: sed recentiores *quid agis*; quod non displicet; nam miles facta, non verba castigat. sane Bembinus pro *homo, homini*, in contextu habet. ut sit impudens, absolute: ut & apud Plautum, *quid ais impudens?*

38. *Tuum obsecro ne hoc dictum erat?*] o. l. s. & Donatus, *tuum ne obsecro.* & hoc amplius, antiqui libri habent, *te*: ut sit, *obsecro te.*

45. *Quod eam me amare suspicatur?*] o. l. s. & Donatus, *suspicata est?*

46. *Immo magis auge suspicionem.*] o. l. s. *immo auge magis.*

52. *Intromittamus commessatum:*] Vaticanus & Basilicanus *commissatum*, habet: itemque Bembinus, sed is per duo, s, & in eius margine ascriptum est, *Commissatio est proprie convivium meretricum & adulescentulorum.*

55. *Par propari referto, quod eam mordeat.*] Ita est in antiquis libris. quod testatum relinquere voluimus, ne quis amplius hanc lectionem in dubium vocet.

58. *Iam dudum amat te:*] Ex o. l. s. ita colloca, *iamdudum te amat*. versum autem sustenta, non faciendo collisionem.

59. *Metuet semper quem ipsa nunc capit.*] Liber Bembinus & aliqui alii, *metuit*. utrumque stare potest.

ACT. III. SCENA II.

10. *Quid hunc vides?*] Legitur in o. l. s. & apud Donatum, *quid, hunc non vides?* itaque & Robertus Stephanus impressit. stat autem versus elisо d, ex *quid*.

15. *Haud nostris similia.*] *Aut*, melius mihi videtur, ut perseveret eironia per particulam disiunctivam.

26. *Si sit opus vel sobrius.*] Liber Bembinus, *si opus sit*; sed hic non fiet synaloepha:

quam

quam licentiam vitaremus, ſi legeremus, *ſi opus ſiet*, ut omnes alii l. s. & Donatus.

36. *Quem ego eſſe puto infra omnes infimos.*] Hic quoque magna facta eſt tranſpoſitio, contra omnium librorum fidem ſic habentium, *quem ego eſſe infra infimos omnis puto.* & Donati quoque, niſi quod habet, *infra eſſe.*

38. *E flamma te petere cibum poſſe arbitror.*] Victorianus liber & alii plerique, ac Donatus, *E flamma petere te cibum p. a.* qui melior eſt numerus.

40. *Poſtea continuo exeo.*] Liber Bembinus, *poſt.* ſed & Donatus ita etiam legi affirmat. ſuſtentatur autem verſus non faciendo ſynaloepham in, *continuo exeo.*

41. *Ego hinc abeo, tu iſtam opperire*] o. l. s. *iſtanc*; ſed ut verſus ſtet, prima huius verſus ſyllaba praecedenti attribuetur, vel *abeo* in pyrrichium contrahetur.

42. *Una ire amica cum imperatorem in via.*] *cum amica* lege ex Donato, & o. l. s. nec verſui timendum, ſi in *cum* non fiat eliſio. ſane liber Bembinus habet *in viam.*

45. *Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.*] Liber Bembinus & Victorianus poſt vocem *dictum*, habet adverbium *cum.* & ſubaudiendum eſt, rideo: nec verſus repugnat.

46. *Ut ſint domi parata omnia.*] Vox *omnia*, nec in ullo l. s. legitur, nec in Donato: ſine qua dictione verſus optime ſtat.

48. *Si Chremes huc forte advenerit.*] Liber Bembinus *hoc*, pro *huc*, ut Virgilius: *Hoc tunc ignipotens*, pro *huc.*

ACT. III. SCENA III.

13. *Rus Sunii ecquod habeam.*] Libri antiqui fere omnes, *& quod haberem*: quod magis conſequens & praecedentibus, & ſequentibus verbis eſt.

18. *Niſi illa forte,*] Liber Bembinus, *niſi ſi illa forte.*

21. *Ego quam ſum maiuſcula eſt.*] o. l. s. *quam ego ſum.* & ſuſtentatur verſus, non facta colliſione in, *quam ego.*

25. *Heus heus.* PY. *hic quis eſt?* CH. *ego ſum Chremes.*] Apparet Donatum omnia haec uni Chremetis perſonae attribuere: praeterea o. l. s. recentes habent, *quis hic eſt?* vetuſti vero & Donatus, *ecquis hic eſt?* in Bembino tamen adiectum fuit alia manu verbum, *eſt:* quo nos propter verſum detracto, eam lectionem tenemus.

28. *At apud nos hic mane*] o. l. s. poſt *at*, habent pronomen *tu.* verſus autem ſtat ſi ex *apud*, d elidas.

30. *Malam rem hinc ibis.*] Libet Bembinus & omnes fere libri recentes, *hinc abis.* ita & Donatus, niſi quod non habet vocem *hinc.* ſuſtentatur verſus non faciendo colliſionem.

ACT. III. SCENA IV.

6. *Dedere illum ut quaeram.*] o. l. s. numero meliore ſic habent, *dedere ut illum quaeram.*

ACT. III. SCENA V.

5. *Sed neminem ne curioſum*] Teſtatum relinquimus ita eſſe in libro Bembino: ne quis unquam revocet in dubium.

10. *Quidve ſibi hic veſtitus quaerit.*] Diſiunctionem aliqui libri nullam habent, aliqui vero hoc modo, *aut quid ſibi.* in nullo eſt, *quidve*: ut in impreſſis.

13. *Nemo eſt quem ego magis nunc cuperem*] poſt vocem *eſt*, aliqui l. s. & Donatus habent, *omnium*; ſed multo plures, *hominum*: quod & verſui magis ſervit, & Terentianum eſt, ut & infra, *Nemo'ſt hominum qui vivat minus.* collocatio vero verborum haec in omnibus eſt, *quem ego nunc magis cuperem.* ſane in libro Bembino & compluribus aliis ſcriptis, hic verſus & duo praecedentes ita ordinantur:

Quid eſt quod laetus ſis? quid tibi vis? ſatin' ſanus? quid me aſpectas?
Quid taces? o feſtus dies hominis. amice ſalve.
Nemo eſt hominum quem ego nunc magis cuperem videre quam te.

Sunt autem iambici tetrametri catalectici; ſi tamen, *quid*, in primo elidatur, in ſecundo per dialyſin in duas ſyllabas diſtractum, ſit pyrrichius. ita ut d, eliſo, haec dictio, & prima ſyllaba inſequentis, faciat tribrachum in prima ſede.

22. *Neque is deductus etiam tum ad eam.*] Liber Bembinus, *etiamdum.*

24. *Et pro illo iubeam me ducier.*] Omnes praeter Bembinum, libri ſcripti, & Donatus, *me illoc deducier.* quod & verſui quadrat.

40. *Atque per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluvium fucum factum mulieri.*] Ex libro Bembino & Victoriano lego, *atque in alienas.* ut ſit ordo, & ſenſus, ad faciendum fucum mulieri per impluvium. verſus autem, qui eſt octonarius iambicus, ſtat, ſi ex *per*, elidas r, ut ſaepe.

45. *It, lavit, redit; deinde illam in lecto*

illae collocant.] o. l. s. & Donatus pro *illam*, *eam* habent: libri vero antiqui omnes fere, & cum iis Donatus, *conlocarunt*. Sunt & aliquot libri, inter quos Vaticanus, & duo alii antiqui qui, *in lectum*, habent, & cum iis Donatus; Bembinus pro *lecto illae*, *lectulo*, habet. quo tamen modo non poteſt verſus procedere: qui admiſſa dictione, *conlocarunt*, iambicus eſt tetrameter catalecticus cum iambo in quarta ſede, ut ceteri; prima tamen eius ſyllaba in praecedentem verſum reiecta. nos omnibus conſideratis neque *in lecto*, neque *in lectum*, ſed *in lectu*, antiqua declinatione legi poſſe arbitramur. teſte enim Priſciano, etiam huius lectus, antiquiſſimi protulerunt. Cornificius in primo de Cenis deorum: *Ipſis vero Cereris memoriae novandae gratia lectus ſternuntur.* Plautus in Amphit. *Prius abis quam lectus, ubi cubuiſti, concaluit locus.* nos tamen legemus *in lectum*, ne ab antiqua lectione diſcedamus:

It, lavit, redit, deinde eam in lectum illae conlocarunt.

47. *Et ventulum huic*] Conjunctio &, non eſt in antiquis libris, Bembino & Victoriano; quae & maiore gratia abeſt.

47. *Dum lavamur:*] ita Donatus & iidemmet antiqui libri.

50. *Quis eſſet ſtatus, flabellum tenere te aſinum tantum.*] Hic verſus nulla ratione ſtare poteſt, niſi legas *flabellulum*. ſane liber Bembinus & Baſilicanus habent, *qui eſſet*.

53. *Ego limis aſpecto*] Ex libro Bembino & aliis antiquis ac ratione verſus, *ſpecto* legendum.

54. *Et ſimul alia circumſpecto.*] Copula &, non eſt in libro Bembino, nec Baſilicano, quae adeo non neceſſaria eſt, ut & cum gratia abſit.

56. *Quid tum fatue.*] Antiqui libri bis habent, *quid*; quae particula geminata neceſſaria & verſui videtur & ſenſui: interrogat enim Chaerea Antiphonem, cur, *quid tum*, interrogarit, qui per ſe ipſe poterat quid ſecutum eſſet, coniicere. lege ergo hoc modo: *Quid, quid tum? fatue.* quaſi dicat, quid ſibi vult tuum iſtud, quid tum?

57. *Mihi oſtentatam, tam brevem*] Poſt *oſtentatam*, Donatus & omnes l. s. praeter Bembinum, habent *tantam*. verſus autem ſtat ſi legas *oſtentam*, ut & in aliquibus libris eſt. atque haec dictio etiam in Phormione reperitur. vox autem, *mihi*, in ſcanſione monoſyllaba erit. legendum ergo eſt, *mihi oſtentam, tantam, tam brevem.*

58. *Is eſſem vere*] Non mihi diſplicet haec lectio: ea tamen videtur antiquior, quae eſt in libro Bembino, *is eſſem vero*: ut & in Heautontim. *mihi illaec vero ad raſtros res redit.*

58. *Qui aſſimulabar*] Aliqui libri, *qui ſimilabar:* antiquiſſimi Bembinus & Victorianus, *qui ſimulabar.*

ACT. IV. SCENA I.

1. *Ita me dii bene ament,*] In contextu libri Bembini & in aliis pleriſque l. s. Terentii, & Donati, non eſt dictio, *bene*. utroque modo verſus eſt trochaicus acatalecticus, ſequens vero catalecticus: tertius eſt octonarius iambicus: quartus trochaicus tetrameter acatalecticus, correpta priore ſyllaba in dictione, *illum*, & *ille*, per eliſionem unius l: quintus, & ſextus generis eiuſdem: reliqui trochaici catalectici.

8. *Invitat triſtis manſit ibi. illa cum illo ſermonem ilico.*] Omnes libri praeter Bembinum habent *ſermonem incipit*. Donatus vero, *ſermonem occipit*. itaque Robertus Stephanus impreſſit. ego ita legendum, itaque diſtinguendum puto, *Invitat triſtis: manſit. ibi illa cum illo ſermonem occipit.* ſtat autem verſus correpta priore in dictione, *illa*, eliſione alterius, l.

ACT. IV. SCENA II.

7. *Ubi ad ipſum veni diverticulum,*] Tres antiquiſſimi libri, *deverticulum*.

14. *Sed quid hoc eſt quod timida ſubito egreditur Pythias?* Deleto verbo, *eſt*, qui non eſt in libro Bembino, ſenarius procedit; ſi tamen ex *quid*, elidas, d.

ACT. IV. SCENA III.

1. *Ubi ego illum ſceleroſum miſera,*] Hic & ſubſequens verſus trochaicus eſt, tetrameter acatalecticus.

9. *Egon quem quaeram? abi hinc quo dignus es*] In libro Bembino haec antiqua eſt lectio, ut pro *egon*, *ego* legatur, ut & in aliquot aliis libris: pro *abi hinc*, *in hinc*. quam lectionem liber quoque Vaticanus, licet abraſo n, ex *in*, confirmat. item Victorianus, in quo eſt, *ii nunc:* in aliquibus aliis eſt *i hinc:* eſt autem hic, haec particula *in*, ex duabus concreta, *is* & *ne*, ut *abin*, ex *abis* & *ne*. qua dictione & infra utitur, *in intro nunc iam*, pro *is ne intro*. ſane in libro Bembino non eſt verbum *es*, quo dempto verſus hos ſic ordinamus:

Hem

Hem Phaedria ego quem quaeram? in hinc quo dignus cum donis tuis
Tam lepidis? PH. *quid iſtuc eſt?*
prior verſus eſt octonarius, poſterior dimeter, uterque iambicus.

12. *Virginem, quam erae dederat dono miles, vitiavit.* PH. *quid ais?*] *Dono dederat*, eſt in libro Bembino, & Baſilicano: verſus autem eſt trochaicus tetrameter acatalecticus.

14. *Quid iſtuc nam monſtri fuit?*] Antiquiſſima lectio ex libro Bembino, *quod iſtuc nam monſtrum fuit?* habet & Baſilicanus, *quod iſtuc.*

21. *Forte ad nos redierit.* PY. *viſe amabo, num ibi ſit.* PH. *iam faxo ſcies.*] In omnibus quotquot ſunt libris, pro *redierit* eſt *rediit*: & pro *num ibi ſit*, *num ſit*: ſolus Bembinus, recenti manu ſuperadditum habet, *ibi*: quae dictio nec neceſſaria eſt, nec a Donato ponitur, ita hunc locum exponente, *num ſit, domi ſubaudiendum eſt; aut num ſit quod dicis.*

23. PY. *At pol amatores audieram eſſe mulierum eos maximos,*] Varie collocantur haec verba in libris ſcriptis: ſed elegantius in libro Bembino: *At pol ego amatores mulierum eſſe audieram eos maximos.*

24. *Sed nihil poſſe.*] Priſcianus legit, *poteſſe*, ut & in pleriſque antiquis libris eſt. in omnibus vero l. s. Donati eſt *potuiſſe*; corrupte quidem, ſed tamen unde appareat, eum non *poſſe* legiſſe, ſed *poteſſe*: quo quidem modo melius procedit octonarius; contracta tamen dictione *nihil*, in unam ſyllabam.

25. *Nam illum aliquo concluſſem.*] In omnibus libris legitur *concluſiſſem*. nec ſane hic neceſſaria eſt ſyncope, cum verſus ſtet eliſo uno, l, ex *illi*.

ACT. IV. SCENA IV.

4. *Quid huc reditio*] Interponendum poſt *huc*, pronomen *tibi*, ut in Donato, & libro Bembino eſt: *Quid huc tibi reditio'ſt.* & verſus ſtabit eliſo d, ex *quid*. Quod vero ſequitur, *quid veſtis mutatio eſt*, ab omnibus antiquis exemplaribus, praeter Bembinum, abeſt verbum, *eſt*. quod nec neceſſarium eſt. nam a ſuperiore repetitur.

6. *Ita iam ornabat fugam.*] Omnes alii libri & Donatus, *adornabat*. ſolus Bembinus, quem ut antiquiſſimum ſequimur, *ornarat*. Baſilicanus *adornarat*. praeterea in eodem Bembino legitur, *factum bene*, ſine interiectione, *o*.

13. *Namque alium habui neminem.*] Solus Bembinus liber habet, *namque*; omnes alii quotquot ſunt, item Donatus, *nam quem*. quam & veram lectionem puto: ita ut interrogative diſtinguatur poſt, *nam quem?* & ſubaudiatur deductum credam: deinde affirmative ſubdatur, *alium habui neminem.*

14. *Ne comparandus hic quidem*] Aliqu libri, inter quos Bembinus, pro *ne*, *nec* habent. quod magis videtur negare.

17. *Nunc eo tibi videtur foedus.*]Non poteſt hic verſus ſtare, niſi dempta particula *eo*, quae nec in libro Bembino eſt.

20. *Quem tu vero videre*] Muta verborum ordinem, ut eſt in o. l. s. & Donato, *Quem tu videre vero*, ut & in ſequenti verſu, *vetus*, *vietus*.

23. *Eo redigis me, ut quid egerim, egomet neſciam.*] In libro Bembino eſt, *rediges*. at in Donato pro *egerim*, eſt *emerim*.

24. *Reſpondeat.* PH. *roga.* PY. *veniſtin hodie ad nos? negat.*] Sunt qui ſeptenarium iambicum hunc faciant. nos etiam ſenarium ut ceteros eſſe poſſe arbitramur; contracto per ſynizeſin, *reſpondeat*, in tres ſyllabas: at in *roga*, poſteriore correpta: ut Martialis: *In ſolio puta te Marce lavare caput.*

33. DO. *Non.* PH. *unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas?* DO. *Parmeno*] Loco huius unici verſus, omnes alii, praeter Bembinum & Baſilicanum, binos habent, hoc modo:

DO. *Non. nec quis eſſet, unquam audieram dicier.*
PH. *Unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas?*
DO. *Parmeno*

Et ſane unicus ille verſus eſt impeditus. ſed rurſum non videntur haec mihi Doro, homini minime verboſo, utpote novicio, convenire. quare, utcunque ſe habeat verſus, lectionem vulgatam, quae eadem antiquiſſima eſt, praetulerim. verſum tamen ſuſtentare poſſemus, ſi *meum* una ſit ſyllaba: *eſſe* vero per parellipſin priorem corripiat: in *ſciebas* vero duae primae ſyllabae in unam contrahantur.

34. *Dicebat eum eſſe, is dedit hanc mihi veſtem.*] Dictionem *veſtem*, aliqui l. s. non habent, inter quos Bembinus. hanc vero collocationem verborum in nullo invenio, ſed in pleriſque eam quae ſequitur, *is dedit mihi hanc*. verſus procedet contrahendo in unam ſyllabam *mihi*, & non faciendo colliſionem in *eum eſſe*. vel in, *mihi hanc*.

36. *Iam ſatis credis me ſobriam eſſe, &*

nihil mentitam tibi ?] Ratio verſus, qui eſt trochaicus ut ceteri qui ſequuntur, hanc collocationem verborum, quae eſt in omnibus fere l. s. & Donato, exigit, *iam ſatis credis ſobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi?* primus pes eſt dactylus, abiecta ex *ſatis* s: quintus ſpondeus, contracto *nihil* in unam ſyllabam.

40. *Dic dum hoc rurſum, Chaerea tuam veſtem*] Et in libro Bembino & in aliis antiquis eſt, *Chaerea.* ita in tertia ſede erit trocheus, in quarta anapaeſtus.

44. *Mirum ni tu credas quod iſte dicat.*] Liber Bembinus in contextu non habet pronomen *tu*, nec hic nec in ſequenti verſu. in quo quidem verſu nec ulli alii ſcripti eam vocem habent, ſed poſt *poſſumne* ſequitur in omnibus, *ego*; qua lectione admiſſa, hi trochaici optime conſtant; poteſt tamen etiam ſtare in ſuperiori verſu, *tu :* eliſo d, ex *quod.*

46. *Verum ? vidiſtin fratrem Chaeream ?* DO. *non.* PH. *non poteſt fine*] in libro Bembino eſt *vidiſtine* & dictio, *fine*, ſequenti verſui adſcribitur. quod placet mihi, ut ſint trochaici, quemadmodum ceteri.

48. PH. *I intro.* DO. *hoi, hei.*] Liber Bembinus, *In intro nunc iam ?* DO. *oi, ei.* quae ut antiquiſſima, ita vera eſt lectio & verſui congruens. *in* autem, pro *is ne*, ut & ſupra, *in hinc quo dignus.*

52. DO. *Sic eſt.* PH. *inveniam hodie parem ubi pol referam gratiam.*] In Bembino & omnibus fere l. s. *pol*, ante *hodie*, collocatum eſt. qua collocatione trochaicus, alioqui claudicans, ſuſtentatur.

53. *Virgine.* PY. *ita, utrum taceam ne, an praedicem.* DO. *tu pol, ſi ſapis*] Omnis huius verſus difficultas eſt in verbo *praedicem.* nam ſi id deducimus a praedico praedicas, verſus non ſtat, qui trochaicus eſt, iambum non admittens: ſi a praedico praedicis, ut ſit praedicem, pro praedicam (antiqui enim dicem efferebant in futuro, pro eo quod nos dicam) ſtat quidem verſus, ſed verbum praedicere videndum eſt ut ſenſui congruat. Vaticanus, qui aliqua ſaepe meliora habet, quam Bembinus & quam omnes alii, hic non *praedicem*, ſed *praedicam* habet : quamvis deinde addito e, & diſpuncto a, mutatum fuerit in *praedicem.* at Decurtatus, qui & ipſe quoque ex eadem bibliotheca eſt, ſanam & integram habet vocem, *praedicam.* ſed ut dixi ſenſum requiro in *praedicam*, vel *praedicem*, penultima producta.

56. *Hac re & omni te turba evolves,*] o. fere l. s. & Donatus ita collocant, *& te omni.* ita ſtat trochaicus.

ACT. IV. SCENA V.

5. *Certe tu quidem pol*] Liber Bembinus *certo.* quod antiquius videtur.

6. *Verbum hercle hoc verum eſt, ſine Cerere & Libero friget Venus.*] Idem liber, itemque Decurtatus pro *eſt*, habent *erit*, quomodo & prius habebat Victorianus, ut adhuc litura demonſtrat. Hoc autem verbo *erit*, antiqui etiam praeſentia & praeterita aſſeverabant. Plautus in Perſa: *Haec erit bono genere nata, nihil ſcit niſi verum loqui.* Terentius in Heautontim. *ſubditum ſe ſuſpicatur. ſubditum ? ain tu ? certe ſic erit.* Item in Phormione: *Cognatam comperi eſſe nobis. quid ? deliras. ſic erit.* Lucanus in primo : *Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor Poenus erit.* quod Priſcianus libro decimo octavo de conſtructione exponit, pro cognoſcetur. ſtat autem verſus, admiſſo in quartam ſedem proceleuſmatico.

7. PY. *An ne abiit iam a milite ?*] Particula *ne*, non eſt in libro Bembino: in alio quoque libro vetuſto deletam eam inveni: & certe non eſt neceſſaria.

8. *Iam dudum; aetatem. lites ſunt inter eos factae maximae.*] Ita colloca haec verba ex o. l. s. *lites factae ſunt inter eos maximae.*

9. *Nihil dixit tum ut ſequerere ſe ſe ?*] Aliqui libri & Donatus, non habent, *tum*; & pro ea dictione, in libro Bembino eſt *tu.* mihi utrunque & *tu* & *tum*, otioſum videtur: & geminatis adiacentibus litteris, factum.

ACT. IV. SCENA VI.

1. *Credo equidem illum iam adfuturum ut illam a me eripiat. ſine*] Hunc verſum ita in aliquibus l. s. ordinatum invenio, ut comprendat etiam verbum *veniat*, quod in impreſſis ſequenti verſui attribuitur. ita erit trochaicus tetrameter acatalecticus, correpta priore in *illam.* ceterum quod ſequitur, *qui ſi illam*, ita ſolus liber Bembinus habet. alii omnes, aut *atqui*, ut & Donatus, aut *atque.* quarum vocum alterutra admiſſa, is verſus qui ſecundus eſt, eiuſdem eſt generis, cuius primus: eiuſdem & tertius, ita ut in prima

ſede

sede sit dactylus, qui capiat primam syllabam dictionis *ego*. secundus pariter dactylus; tertius & quartus trochei. quintus vel anapaestus abiecto p, ex *ineptias*, vel trocheus, aut elisо s, ex *ea* voce, aut legendo *ineptiam*, ut est in libro Bembino, & fuisse in Victoriano & Decurtato ex rasura ultimae litterae apparet. quartus item versus eiusdemmet est generis, ita ut dactylum in tertia sede habeat, elisо m, ex *enim*, quamvis sequente consonante. Item quintus, sextus, septimus, octavus, & decimus; nonus vero trochaicus dimeter catalecticus, vel etiam iambicus dimeter acatalecticus, si tamen in, *me hem*, non fiat collisio. undecimus trochaicus tetrameter catalecticus.

12. *Et habetur & refertur a me Thais tibi, ita uti merita es, gratia.*] In hoc versu pro *refertur*, *referetur* legendum est ex Bembino & aliis antiquis libris, & ex sensu. referre enim gratiam, utique re & factis intelligendum est, quod hic locum habere nondum poterat. non ergo indicat se referre: sed pollicetur relaturum. duae vero hae dictiones, *a me*, nec in Bembino aut Victoriano sunt, nec apud Donatum, aut Priscianum hunc locum citantem libro XVIII. praeterea pronomen *tibi*, in nullo alio libro, praeterquam Bembino, fere invenias. unus id habet superscriptum in glossematis modum; & sane sine eo stat sermo, & pulchre intelligitur, & antiqua locutio est, habeo gratiam, pro habeo tibi gratiam. ut in Andria: *& non neglexisse habeo gratiam.* idem & de refero: ut supra in Eunucho, *Inveniam pol hodie parem ubi referam gratiam.* ita versus erit octonarius iambicus expeditissimus, ut sequens, qui tamen si in *cave* posteriorem corripias, potest esse trochaicus catalecticus: cuiusmodi est, qui eum sequitur.

19. *Ego formidolosus?*] o. l. s. *egon*, sequentis vero dictionis *formidolosus*, antepenultimam Bembinus liber & aliqui alii antiqui libri per *u*, non per *o*, habent.

20. CH. *Hau, metuo qualem tu me*] Omnes fere l. s. inter quos Bembinus non *hau*, sed *ah* habent. quod magis placet.

22. *Amicorum hic habens minus.*] Ea quae in libris omnibus est collocatio, vehementiorem videtur reddere orationem: *minus amicorum hic habens.* quod ex toto versu melius videri potest,

Minus potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic habens.

25. *Tu abi: atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum.*] Collocatio in libro Bembino & aliquibus aliis, & Donato haec est:

Obsera ostium. in omnibus vero quot quot sunt itemque Donato, *Dum ego hinc.* versus trochaicus est, & bene constat, si ex *dum* nihil abiiciatur.

28. *Hoc dic modo,*] o. l. s. & Donatus, *hoc modo dic.*

ACT. IV. SCENA VII.

7. *Quid ignave, peniculon pugnare, qui istuc huc portes, cogitas?*] Ex *quid*, elidendum est d, ex *istuc* s, ut octonarius constet.

13. THR. *Idem hocce Pyrrhus factitavit.* CH. *Viden tu Thais quam hic rem agit?*] Liber Bembinus & Basilicanus ac Donatus, *idem hoc iam*; alii scripti alia quidem collocatione, omnes tamen, *iam*, habent: quo recepto, versus stat, si ex *viden* elidas n.

9. *Abstergerem vulnera.*] *Volnera* est in libro Bembino & Victoriano. octonarius autem stat prodncta penultima in *abstergerem.* Priscianus libro IX.

22. *Dixtin mihi hos dies soli dare te?*] Ex libro Bembino ita facta collocatione verborum, *Dixtin hos mihi*, item ex eo libro & omnibus aliis, ac Donato, *coram amatorem*, ita hos versus ordinamus:

Dixtin hos mihi dies soli dare te? TH. *quid tum postea?*
THR. *Rogitas? quae mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum?*

In priore versu *mihi* dissyllabum est; ita ut, *hos mi*, sit trocheus, sequens pes anapaestus: in posteriore monosyllabum *mihi*, eliditur.

25. *Quid cum illo agas?* THR. *& cum eo clam subduxti te mihi.*] Hunc ordinem verborum habent omnes fere l. s. & Donatus, ut pronomen *te*, sit antepenultima dictio huius versus. Ceterum in aliquibus & quidem antiquis exemplaribus, est *cum illoc.* ita melius constat trochaicus, non facta tamen in, *cum eo*, synaloepha.

27. *Tibi illam reddat? aut tu eam tangas?*] Omnes fere libri & in iis antiquissimi, & Donatus, *aut tu illam tangas.* Sed esset octonarius iambicus inter tot trochaicos, nisi quis hanc vocem *illam*, postremo loco positam, elisione alterius l, &, m, quamvis sequente consonante, Pyrrichium faciat.

27. *Ah quid ais?*] o. l. s. etiam antiquissimi, *ah quid agis?* & eo amplius solus Bembinus, *aha.* quod & placet. quae vero sequuntur

quuntur verba, *quid tu tibi vis*, ea Thraſoni, ut videtur, & recte, Donatus & liber Bembinus attribuunt.

39. *Prohibeo inquam.*] Omnes antiqui libri in futuro habent, *prohibebo.*

40. *Satin hoc eſt tibi.*] Non temere in ullo invenias l. s. hanc lectionem: ſed in omnibus & Donato, *ſatis hoc tibi eſt*, quae verba * *militi*, & recte, Donatus attribuit. Gnatho enim, cui rixa diſplicebat, perſuadere vult militi, ſufficere ei furti actionem contra Chremetem, qui profeſſus erat ſe prohibiturum ne miles ſuam tangeret. ſed ut trochaicus conſtet, vel *tibi* erit una ſyllaba, vel ex *eſt*, s, elidetur.

45. *Milites domique focique,*] Unam tantum copulam continet liber Bembinus, & alii antiqui, ac Donatus, *domi focique.* quod & meliorem habet numerum.

46. *Iamdudum eſt animus*] Donatus & omnes libri ſcripti Terentii, praeter Bembinum, habent hanc collocationem, *iamdudum animus eſt*, quae & verſui commodior eſt.

ACT. V. SCENA I.

10. *Quid is obſecro ad nos, aut quamobrem adductus eſt?* PY. *neſcio.*] Senarius hic impeditus, optime procedit, quemadmodum legitur in libro Bembino, *Quid is obſecro ad nos quamobrem adductu'ſt.* PY. *neſcio.* ita & Victorianus; niſi quod habet *adductus*, ſine verbo, *eſt.*

12. *Siquidem tu iſta vera*] o. l. s. *iſtaec vera.*

16. *Sceleſta, ovem lupo commiſiſti. diſpudet.*] Qui *commiſti* legunt, facile ſe ex huius verſus difficultate explicant. ſed & Donatus, & o. l. s. *commiſiſti*, habent. quam lectionem tenendo neceſſe eſt ex, *ovem*, m, elidere, quamvis ſequente conſonante.

17. *Quid hominis illic eſt?*] Non fere in ullo libro invenias hanc collocationem, ſed eam quae ſequitur, *quid illic hominis eſt?* ita & Donatus: Bembinus vero hoc amplius pro *illic*, *illuc* habet. Victorianus prius quidem *illuc* habebat, ſed poſtea in *illic* mutatum eſt. eademque manu in margine aſcriptum *illud.* quae mihi lectio, id eſt, vel *illuc*, vel *illud* magis placet, quam *illic.*

19. *Habemus hominem ipſum.*] Hunc verſum & ſequentem alii aliter ordinant. nos ſic ex libro Bembino:

Habemus hominem ipſum. TH. *ubi is eſt?*
PY. *hem ad ſiniſtram.*
Vides ne? TH. *video.* PY. *comprendi iube quantum poteſt.*

Ut ambo ſint trimetri iambici; prior quidem catalecticus, ſequens acatalecticus, id eſt ſenarius, in quo ſit proceleuſmaticus in ſecunda & in quarta dactylus, correpta in *iube*, poſteriore ſyllaba.

21. TH. *Quid illi faciemus ſtulta?* PY. *quid faciam rogas?*] Donatus & liber Bembinus pro *illi*, *illo*; pro *faciam*, *facias* habent. & hoc poſterius habent aliqui alii l. s. etiam ex antiquis.

22. *Os impudens videtur.* TH. *non eſt.* PY. *tum quae eius confidentia eſt?*] Haec omnia ſine interpoſitione perſonae Thaidis in libris antiquis leguntur. quin & Donatus quoque haec ipſa omnia perſonae Pythiae attribuit, ſic dicens, *Vide amabo, ſi non cum aſpicias, os impudens videtur. mire ab eo quod reſpondere coeperat ad aliud tranſit, mirata confidentiam Chaereae: non eſt impudens, inquit: non eſt niſi ſimilis impudenti.* Haec Donatus. ergo haec ita intelligenda ſunt: vide amabo, ſi non os impudens quidem videtur, non autem eſt.

ACT. V. SCENA II.

5. *Ego me in pedes quantum queo.*] Omnes antiqui libri, *egomet*; cuius vocis extremam litteram conicit Lolgius eſſe debere d, & legendum, *Egomed in pedes.* verſum ſuſtentando eliſione, n, ex *in.* ut ſaepe alibi.

10. *Ah quid faciam?*] Non fere invenias *ah*, in ullo l. s. ſine quo ſtat optime verſus, & nihil ſenſui deperit.

13. *Credin te impune abiturum?*] In aliquot antiquis exemplaribus, inter quae eſt & Bembinum, legitur, *habiturum*, cum aſpiratione. quae minime dubia eſt lectio; dicimus enim, impune habere, ut & infra: *Siquidem iſtuc impune habueris.* & Virgilius: *Non impune feres.*

14. *Mitte, ſi aliam unquam admiſero ullam, occidito.*] Hanc lectionem in nullo l. s. invenio. Sed hanc quae ſequitur in pleriſque, *Amitte, ſi aliam admiſero unquam, occidito.* quae & elegans eſt compoſitio & verſui optime ſerviens.

15. TH. *Num meam ſaevitiam veritus es?* CH. *non.* TH. *quid igitur?*] Aliquot antiqui libri, & in iis Bembinus, item Donatus non habent verbum *es.* quo dempto ſtat verſus, vel diſſolvendo *quid*, in duas ſyllabas, ut in quinta ſede ſit tribrachus, vel in *ſaevitiam*, dividendo

* l. *Gnathoni.*

dividendo diphthongum. praeterea in libro ſcripto Donati legitur *ſaevitiem*, quod magis antiquum videtur.

17. TH. *Quid feceras?* CH. *paululum quiddam.* PY. *eho paululum impudens?*] Et utrobique in hoc verſu, & in ſequenti legendum, *paulum*, ex libro Bembino, verſuſque ratione.

22. TH. *Abi hinc inſana.* PY. *quid ita vero? debeam*

Credo iſti quicquam furcifero ſi id fecerim.] Liber Bembinus, pro *abi*, *abin*, pro *fecerim*, *fecero*, habet. Ceterum quod Donatus in expoſitione horum verborum, *debeam Credo iſti quicquam furcifero*, dicit ſubaudiri debere, *vero*, non video cur eam dictionem deſideret, quae mutata tantum diſtinctione praeſto eſt; ſi enim poſt *quid ita*, diſtinguas, remanet vox *vero* ſubſequentibus applicata, hoc modo, *quid ita? vero debeam Credo iſti quicquam furcifero*,

35. *Malo ex principio*] Praepoſitio *ex*, abeſt ab omnibus antiquis libris. in reliquis collocata eſt ante dictionem *malo*, ubi ſtare propter verſum non poteſt. quare ſubditiciam rati ſumus.

42. *Neque tam imperita,*] Omnes fere antiqui libri, & in iis Bembinus, *Neque ita imperita.*

44. *Tum pol tibi ab iſto*] Plerique l. s. etiam antiqui & Donatus, *ab iſtoc*, habent, quo quidem modo melius ſtat ſenarius: aut legendum ut in Bembino, *cavendum eſſe.*

47. *Ego me tuae commendo*] Huius verſus & ſequentis ordinem ex l. s. o. commutamus, ut qui nunc prior eſt, ſit poſterior.

48. *Te mihi patronam cupio*] Omnes quotquot ſunt l. s. *capio* habent. idque in aliquibus etiam Donati libris eſt: in aliquibus *cupio.*

50. TH. *Tamen ſi pater.* CH. *quid? ab volet, certo ſcio.*] Ut ſenarius ſuſtentetur, elide r, ex *pater*, vel n, ex *tamen.*

55. *Vis ne interea dum is venit,*] Ita aliqui libri habent. aliqui vero, *dum venit is*, quae variatio facit ut eam dictionem ſubditiciam putem: eo magis quod nec in libro Bembino eſt, ubi ita legitur, *vin interea dum venit.*

62. *Non pol credo Chaerea,*] Dictio *pol*, non eſt in libro Bembino, niſi recenti manu addita. quae & impedit verſum: non tamen adeo ut non poſſit aliquo modo ſuſtentari.

69. *Virgo vero.*] Donatus non per interrogationem, ſed affirmative legit, ut, *Egregiam vero laudem.* dicente enim Chaerea ſe nolle in via videri cum veſte Eunuchi, ſubiicit Pythias: *virgo vero.* quaſi diceret, en qui ſit virginalis pudoris.

69. *I prae ſequar.*] Antiqui libri, & Donatus, *ſequor.*

ACT. V. SCENA III.

2. *Illi ſacrilego gratiam*] o. l. s. *ſacrilego illi.*

10. *Ut otioſus ſit.*] Liber Bembinus *it.* quamvis hoc verbum per d, ſcriptum ſit.

ACT. V. SCENA IV.

4. *Nam ut omittam*] Bembinus, *mittam.*

14. *Quae cum amatore ſuo cum cenant, liguriunt.*] Tres antiquiſſimi libri *ligurriunt* per duo r, ſcribunt. poſſet ergo hic verſus ſuſtentari eliſo per parellipſin altero ex eis: melius tamen eſt detrahere dictionem *ſuo*; quae nec in libro Victoriano eſt niſi ſuperaddita. nec ſane ſenſui eſt neceſſaria. ita pulchre procedet ſenarius, habens dactylum in prima, non facta colliſione in *cum.*

15. *Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam.*] Pauciſſimos libros ſcriptos invenias, in quibus pro *ingluviem* non legatur *illuviem*, vel *inluviem*, ut in omnibus antiquis. & ſane ita legendum eſſe etiam ipſa oppoſitorum ratio ordoque oſtendit. duo attulit ſupra, quae in meretricibus decora videantur; munditiem, & in capiendo cibo modeſtiam: illam quidem ubi dixit, *nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans*; hanc vero ibi: *Quae cum amatore cum cenant, liguriunt.* ad quae nunc eodem ipſo ordine quo propoſita ſunt, reſpondet: mundiciei quidem, inluviem, ſordes, inopiam opponens; modeſtiae vero in cibo capiendo, inhoneſtam voracitatem, quam duobus verſibus his deſcribit: *Quam inhoneſtae ſolae ſint domi atque avidae cibi. Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.* eſſe autem oppoſita mundiciem & inluviem ex eo liquet, quod per inluviem, immundus quis dicitur. Terentius in Heautont. *Neglecta immunda inluvie.* Virgilius: *Foeda illuvies.* quod ſi *ingluviem* legas, praeterquam quod oppoſitorum ordo non ſervaretur, etiam in hoc poeta peccaret, quod nec in electo quidem ab ſe ordine permaneret: ſed tranſeundo ab ingluvie ad ſordes, & inopiam,

opiam, deinde rursus ad ingluviem, revertendo, confusione indecora, diversa inter se rerum genera permisceret.

(Hic vulg. incipit alia Scena, nempe V.)

1. *Pro fidem deum,*] Solus liber Bembinus habet hanc collocationem verborum: quamvis deinde eadem fere manu, eorum inversio sit notata ab indicante legendum, *pro deum fidem*, ut habent omnes alii libri & Donatus. quod si recipimus, oportebit in secunda sede trochaici dactylum collocare, elisо m, ex *fidem*, quamvis sequente consonante. sane in antiquissimis libris haec superioribus iunguntur, in unam eamdemque scenam.

9. *Hodie quae dono data'st,*] Liber Bembinus, *quae hodie.*

10. *Et eius fratrem adprime nobilem?*] o. l. s. ita collocant, *fratrem eius*; & Donatus quoque. ac praeterea is ipse & libri scripti Terentii fere omnes, post, *eius*, habent verbum, *esse*. quod & versui necessarium est, & sermoni, quamvis geminatum videatur, non incommodum.

12. *Ille ubi id rescivit factum*] Bembinus liber non habet particulam *id*, nisi superadditam: qua dempta, *factum* nomen erit, & perinde erit ac si diceret, ubi rescivit rem, quod elegantius sine pronomine dici videtur.

13. *Quidnam fecit?* PY. *conligavit primum eum miseris modis.* PA. *hem.*] Liber Bembinus, particulam *hem* in sequentem versum reiicit. qui hoc modo esset octonarius, cum alii sint trochaici. sed melius est eam interiectionem delere ex fide aliorum vetustorum librorum, versuumque ratione: ita enim erunt omnes trochaici.

19. *Deprehendi quenquam?*] Hic versus est octonarius iambicus, cum alii huius scenae sint trochaici catalectici; sed in dictione *deprehendi*, variant l. s. alii enim *deprendi*, alii *apprehendi*; Bembinus & Vaticanus, *prehendi*. quae mihi lectio probatur. ex qua facio *prendi*; duas in unam priores syllabas contrahendo: praesertim cum aliquot libri eam partem ita contractam habeant in, *deprendi*. ita versus est trochaicus catalecticus.

28. *Ego abeo intro: tu isti narrato omnem rem ordine ut factum fiet.*] In magnam difficultatem incidit & hic versus. sed cum liber Victorianus & Bembinus non *narrato*, habeant, sed *narra*: cumque & ab his libris, & ab omnibus aliis absit dictio *rem*: ita enim in omnibus legitur, *omnem ordinem, ut factum fiet*, unus etiam pro *omnem*, *omne*, habeat; credi-derim & versui commode & sermoni, legendum: *Ego abeo intro: tu isti narra omne ordine, ut factum fiet.* quod autem *omne* absolute dici possit, ostendit Plautus in Amphitryone, *Ordine omne ut quicque d'actum est, dum apud hostes sedimus, Edissertavit.*

ACT. V. SCEN. V. vulg. VI.

21. *Ad Thaidem hanc*] Pronomen *hanc* non est in libro Bembino, & certe superfluit, cum iam supra dixerit, *huic Thaidi.*

26. *Reliquom.* PA. *tantum est.* LA. *cesso huc intro irrumpere?*] Liber Bembinus & Victorianus & aliqui alii, *introrumpere*. Plautus in Rudente, *Introrumpam iam huc in Veneris fanum.* utroque modo versus stat, si in *cesso huc*, synaloepha non fiat.

28. *Nisi quia necesse fuit*] In libro Bembino scriptum est *necessus.* quod & Donatus admittit.

ACT. V. SCEN. VI. vulg. VII.

5. PAR. *Men quaerit haec.*] In antiquis libris legitur affirmative, *me quaerit haec.* item, *numquam pol.*

11. PAR. *Quid?* PY. *ilico ne credere*] In antiquis libris & omnibus fere aliis etiam dictio *quid*, Pythiae tribuitur.

16. *Hem quid dixti pessuma?*] Non potest hic versus ullo modo stare, nisi *dixisti* legas; ut & in aliquibus libris scriptis Terentii & Donati invenio.

19. *Fortasse quod minitare*] Antiqui libri *minare.*

ACT. V. SCEN. VII. vulg. VIII.

5. *Sed fores crepuere ab ea. perii.* THR. *quid autem hoc est mali?*] in o. l. s. *crepuerunt*, legitur. & verbum *perii*, Thrasoni attribuitur. quemadmodum & apud Donatum est. verba autem quae sequuntur ita collocantur, *quid hoc autem'st. m.* Ita versus qui trochaicus est, optime constat, elisо ex *quid*, d.

6. *Et iam hic quidnam properans profilit.*] Antiqui libri, *& iam quidnam hic properans profilit.*

ACT. V. SCEN. VIII. vulg. IX.

7. GN. *Audin tu illum quid ait?*] Lege ex o. l. s. & Donato, *audin tu hic quid ait?*

8. *Amorem esse omnem in tranquillo:*] In nullo libro hanc collocationem invenio, sed in omnibus fere & Donato, hanc quae sequitur: *esse amorem omnem* &c.

12. CH. *Frater ubi ubi eſt*] in principio huius verſus adde dictionem *tu*, ex libro Bembino. alii libri habent *tum tu*: quod ſtare non poteſt.

13. THR. *Numquid Gnatho dubitas quin ego perpetuo perierim?* GN. *ſine*
Dubio opinor. CH. *quid commemorem primum? aut quem laudem maxime?*] Alia lectio eſt in libro Bembino: nam is ſolus poſt *Gnatho*, habet *tu*; Item poſt *ego*, *nunc*, licet deletum. pronomen vero, *quem*, non habet. atque in his duobus poſtremis o. l. s. conſentiunt, id eſt, ut dictionem *nunc* habeant, *quem* vero non habeant. ſed in Bembino ita ordinati ſunt, hi duo verſus:

THR. *Numquid Gnatho tu dubitas quin ego nunc perpetuo perierim?*
GN. *Sine dubio opinor.* CH. *quid commemorem primum aut laudem maxime?*

Illum qui mihi dedit conſilium] Liber Bembinus *illum ne*; quod expeditiorem reddit verſum. qui tamen, & iuxta vulgatam lectionem utcunque ſuſtentari poteſt.

19. *Serva obſecro haec nobis bona.*] o. l. s. *haec bona nobis.*

ACT. V. SCEN. IX. vulg. x.

3. *Nihil eſt Thaide tua dignius.*] Deſunt hic poſt dictionem *Thaide*, duo verba, quae in o. l. s. ſunt, *hac frater*. & in ſequenti verſu Bembinus habet, *ita noſtrae omnis eſt fautrix f.* & recte: dicimus enim, ſum fautor tui, quod in caſu dandi non temere reperias. verſus autem ita in trochaicos ordinamus:

PH. *Gaudeo.* CH. *ſatis credo. nihil eſt Thaide hac frater tua*
Dignius quod ametur, ita noſtrae omni'ſt fautrix familiae.
PH. *Mihi illam laudas?* TH. *perii. quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.*

10. *Si hoc efficio,*] l. s. & Donatus, *ſi efficio hoc.*

12. *Do fidem ita futurum.*] Delevimus dictionem *ita*, quae in Bembino & aliquot aliis libris non eſt. ſine qua & verſus & ſenſus optime conſtant.

12. PH. *Quem hic ego audio?*] o. l. s. quot quot ſunt, *quem ego hic audio?* nec verſus repugnat, ſi in dictione *quem*, non fiat colliſio.

13. *O Thraſo.* TH. *ſalvete.* PH. *tu fortaſſe quae facta hic ſint veſcis.*

14. TH. *Scio.* PH. *cur ergo in his ego te conſpicor regionibus?*] Hi verſus in libro tantum Bembino iuxta vulgatam lectionem leguntur, niſi quod pro *conſpicor*, habet *conſpicior*. Alii antiqui libri habent *conſpicor* cum Donato. & in ſuperioribus, *quae facta hic ſient*. praeterea & antiqui & recentes omnes libri & Donatus ita ferme verba collocata, verſuſque ordinatos habent:

O Thraſo. TH. *ſalvete.* PH. *tu fortaſſe quae facta hic ſient*
Neſcis. TH. *ſcio.* PH. *cur te ergo in his ego conſpicor regionibus.*
Si in platea hac te offendero poſt unquam, nihil quod dicas mihi

17. *Alium quaerebam, iter hac habui, periſti.*] o. l. s. quot quot ſunt, ita habent: *Si te in platea offendero hac, poſt unquam nihil eſt quod dicas mihi.* ita verſus eſſet trochaicus hypercatalecticus, cuiuſmodi & alibi apud Terentium inveniuntur. quare ſi quis hinc detrahere quid velit, ut verſum faciat catalecticum, negabo ex ſola ratione verſus, id facere licere, niſi teſtimonium librorum ſcriptorum afferat. nos ergo ex libri Bembini auctoritate hunc locum emendamus, detrahendo has duas dictiones, *nihil eſt*. quam lectionem & Donatus hic & ſupra ſcena VII. actus quarti, ſi bene conſideretur in libris ſcriptis, licet ex parte corruptis, tenet. Puto ego illa duo verba, *nihil eſt*, ab aliquo inculcata, qui non intellexerit Terentii modum loquendi. hic enim adverbium, *quod*, ſignificat id quod vulgo dicimus, quantum ad id. ac ſi dixiſſet, quantum ad id quod dicas mihi, alium quaerebam, iter hac habui, periſti. ut ſit ſenſus: omnia haec, quibus praetexere poteris adventum huc tuum, nihil proderunt tibi, quin ſtatim pereas. eundem modum loquendi & in Adelphis poeta uſurpavit, *ut id oſtenderem quod te iſti facilem & feſtivum putant, id non fieri ex vera vita.* item ſcena ſupra dicta actus quarti ſeptima: *Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe hic, nebulo magnus eſt.* Ita verſus eſt trochaicus expeditiſſimus: pariter & ſequens. in quo tamen in, *periſti*, paenultimum i, in ſcanſione geminandum eſt.

21. *Principio ego vos credere ambos,*] Antiqui libri & Donatus, ita collocant, *vos ambos credere.*

23. *Verum id ſi vobis prodeſt,*] o. l. s. & Donatus, *verum ſi idem.* nec verſus repugnat, ſi ſynaloepha non fiat.

25. *Militem rivalem ego recipiendum.*] Donatus & o. l. s. praeter Bembinum, *militem ego rivalem*, meliore numero & compoſitione.

26. *Etenim bene libenter vicitas,*] Dictio *etenim*, in multis libris est in duas divisa. & sane ratio sermonis exigit, ut postquam &, praecessit, aliud &, sequatur: nam illud, &, quod sequitur in principio sequentis versus, *Et quod des paululum, & necesse est multum accipere Thaidem*, omnes antiqui libri & multi alii ex recentibus non habent. omnes vero quot quot sunt post *paululum*, habent verbum *est*, & post id in contextu Bembini non est coniunctio &; qua dempta, versui commodius est.

31. *Noctesque & dies:*] Bembinus & nonnulli alii, mihi probati libri, non habent copulam, *que*.

34. *Accipit hominem nemo melius.*] In tribus antiquis libris legitur, *homo nemo*. ita, *accipit*, absolute intelligendum est. & sic quoque stat versus, assignando primae sedi trochaeum.

39. *Hunc comedendum & deridendum vobis propino.*] Recentissimus quisque, & pessimus liber, *praebeo*: Bembinus vero & omnes alii antiqui, *propino*, habent, ut in lectione vulgata. ita & Donatus, qui dicit Gnathonem facete sic dixisse, ut parasitum, & ut qui de convivio loqueretur. atqui si dixisset deridendum praebeo, quid faceti esset in dicto? nec versui propterea timendum, quod propino primam corripiat; nam & eandem producit. Martialis in I. *Cenat, propinat, poscit, negat, innuit, una est.* item in VIII. *Hac propinavit Bitiae pulcherrima Dido.* Item in XII. *Hoc quoque nonnihil est, quod propinabis in istis.* Item in tertio, *Crystallinisque myrrhinisque propinat.*

45. *Atticam eloquentiam?*] Ita omnes recentes libri, cum Donato: sed antiqui, *elegantiam*. quod magis videtur huic loco, & personae militis convenire, si Atticam elegantiam intelligas, pro lepore sermonis Attici.

46. PH. *Nihil praetermissum est. ite hac omnes. vos valete & plaudite.*] Nullus omnino liber scriptus habet dictionem *omnes*; qua dempta, non stat versus. antiqui omnes hanc continent lectionem, *Nihil praeter promissum est. ite hac. vos valete & plaudite.* quo quidem modo versus contracta dictione *nihil*, in unam syllabam, optimus est trochaicus. nunc qui sit horum verborum sensus, videndum est: & puto hunc esse, ut interroganti Gnathoni, *dixin ego in hoc esse vobis atticam elegantiam*, plus respondeat Phaedria, dicendo, *nihil praeter promissum est*, quam si responderet, dixisti. dicendo enim *nihil praeter promissum est*, & Gnathonem promisisse, & Thrasonem praestare significat. si enim nihil praeter promissum est, ergo omnia sunt ut promissa sunt. sane in libro Victoriano antiquum glossema in margine ascriptum est; in hunc modum, *Omnia promisso tuo respondent, & nihil extra illud est.*

IN HEAUTON TIMORUMENON.

PROLOG.

4. *EX integra Graeca*] In libro Bembino, ut per omnes alias comoedias, antiquissima manu glossemata ex Donato in margine ascripta sunt, ad locorum quae incidunt expositionem, ita in hanc ipsam Heauton timorumenon multa visuntur, quae Donati similiter putamus esse, cuius in hanc fabulam commentarii interciderunt. Sed sive Donati sint, sive cuiuspiam alius, optima certe & eruditissima sunt. quorum aliqua ponere non gravabimur, ut in hunc locum: *Ex integra Graeca*, A *nullo tacta.*

6. *Duplex quae ex argumento facta est simplici*] *Duplici* prius erat in libro Bembino, postea mutatum in *simplici*. sed si *duplici* legas, hic erit sensus: duo adulescentes in hac fabula introducti, cum sua uterque amica, patre, servo, argumentum duplex efficiunt, atque ita duplicem comoediam, ut sunt omnes Terentianae, excepta Hecyra. Eographius tamen legit, *simplici*; cuius haec expositio est, in totum hunc locum: *Ex integra Graeca.*) *Quoniam Andria ex duabus comoediis videtur esse confecta, quippe Andria & Perinthia, quod quidem Terentio adversarius crimini dederat; ideo hic ex integra, inquit, comoedia integram comoediam acturus sum, ne videatur ab altero facta, aut ipse alteram tetigisse, sed unam comoediam & integram ad Latinum sermonem interpretatione mutasse. denique ideo adiecit, duplex quae ex argumento facta est simplici; ut simplex argumentum sit, duplex comoedia: dum & Latina eadem & Graeca est. novam esse ostendi: propterea quod Graece tantum acta est, Latine autem nunc primum in scaenam procedit. idcirco dicitur nova.*

19. *Neque se id pigere,*] Liber Bembinus non habet dictionem *id.*

26. *Quamobrem omnes vos oratos volo,*] In Bembino est *quare*: in Victoriano autem ascriptum

aſcriptum in modum variae lectionis, *vel quare.*

44. *Si qua laborioſa eſt, ad me curritur.*] in libro Bembino eſt *ſi quae*, ut exigit verſus.

45. *Sin lenis*] Bembinus & plerique alii libri, *ſi lenis.*

ACT. I. SCENA I.

9. *Quid vis tibi, aut quid quaeris?*] Diſiunctio *aut*, a duobus antiquiſſimis libris abeſt, Bembino & Victoriano.

19. *Haec non voluptati eſſe ſatis certo ſcio.*] In o. l. s. antiquis, recentibus, poſt *voluptati*, eſt pronomen *tibi*: quod & ſenſui neceſſarium videtur. ſupereſt ut verſui conſulatur; qui ita ſtabit, ſi ex *voluptati* p. elidas: ita ut antepenultima correpta remaneat. & in *eſſe* priorem ſyllabam corripias, altero s, abiecto, aut *tibi* monoſyllabum efficiatur.

20. *At enim dices, me hic quantum operis fiat, paenitet.*] In libro Bembino & Donato in Eunuchum actus v. ſcaena vii. non eſt dictio *me*. & praeterea, non *hic quantum*, ſed *quantum hic* ſcriptum eſt. utroque modo neceſſe eſt, *fiat*, in unam ſyllabam contrahi.

23. *Chreme tantum ne eſt ab re tua*] in Bembino & aliquibus aliis libris, ita haec verba ſunt collocata: *Chreme tantum ne ab re tua'ſt.* & ita etiam a Cicerone citantur libro xii. ad Atticum.

25. *A me nihil alienum puto.*] o. l. s. *nihil a me*

27. *Non ut deterream.*] Lege *non eſt, te ut deterream.* Hunc locum, praeterquam quod duarum dictionum defectus in omnibus impreſſis corruperat, etiam obſcurabat confuſa diſtinctio: ſic enim diſtinguendum eſt; *Vel me monere hoc, vel percontari puta: Rectum eſt, ego ut faciam: non eſt, te ut deterream.* ita autem pronuntianda ſunt ea verba *rectum eſt, & non eſt*, ac ſi diceremus, ſi rectum eſt, & ſi non eſt. ut ſit ſenſus: puta me vel percontari hoc, vel monere: percontari quidem, ut ſi rectum eſt quod tu facis, cum tantum laboras, ego quoque cum id cognovero rectum eſſe, idem faciam: monere vero, ut ſi non eſt rectum, te ab ea re deterream. Huius loci intelligentiam Hieronymo Suritae, doctiſſimo Hiſpano, debemus: emendationem vero omnibus l. s.

28. *Tibi ut opus eſt facto, face.*] Liber Bembinus & Victorianus, *tibi ut opus facto'ſt, face.* & infra, *an quoiquam.* & in eodem verſu, in omnibus ferme libris, *mihi*, legitur ſine verbo *eſt.*

35. M. *Scire vis?* CH. *hac cauſa equidem qua dixi tibi.*] o. l. s. *hac quidem cauſa.* ſed ut verſus ſtet, ex *quidem* m, abiicietur.

36. CH. *Iſtos raſtros interea tamen depone.*] Ex o. l. s. lege *at iſtos.* ex Bembino vero & pleriſque aliis, maxime antiquis, *adpone.* quod idem eſt quod *depone.* Terentius in Andria: *ante noſtram ianuam adpone.* Plautus in Poenulo: *At urget onus. at tu appone, & reſpice ad me.*

38. *Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi.*] Verſus hic nullo modo, ut quidem nunc legitur, ſuſtentari poteſt: mendum eſt in dictione *vacuum*, cuius loco Bembinus habuit *vocivom*, quod poſtea emendatum eſt in *vacivom*, quod idem eſt quod *vacuum*, quae dictio & a Plauto uſurpatur in Pſeudolo: *Fac ſis vacivas Pſeudole aedis aurium.*

52. *Prope iam uxoris in loco?*] Liber Bembinus & alii antiqui, *prope iam in uxoris loco?*

63. *Putavit me aetate & benivolentia*] Aliquot libri ita habent, *& aetate*: quod & elegantiae conducit, & verſui: non enim habebit tantum hiatum. quamvis & ſic quoque non oportebit facere ſynaloepham in *me &*: ut in ſecunda ſede ſit dactylus. vel certe diſſolvenda erit diphthongus.

82. *Eum ego eieci hinc*] Melior numerus eſt in libro Bembino & aliquibus aliis, *Eum ego hinc eieci.*

84. *Vitam illam incolit*] Liber Bembinus *colit*, Vaticanus & Victorianus *colet.* quod & placet.

91. *Sumptum exerceant ſuum.*] *Exercerent*, quod & elegantius & numeroſius eſt, habent tres antiquiſſimi libri.

102. *Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur.*] In aliquibus eſt *hoc qui fit.* in Bembino, *hocque fit.*

106. *Peccatum a me maximum eſt.*] Ita liber Bembinus & Vaticanus. Victorianus vero, *maxime.* priore modo *peccatum* nomen eſt; ut ſit ſenſus: a me, id eſt, a parte mea maximum peccatum invenitur. poſteriore participium.

107. *Recte ſpero illum tibi ſalvum adfuturum.*] Poſt *ſpero*, o. l. s. habent conjunctionem, &: ita poſt *ſpero* diſtinguendum, neque id verbum ad ſequentia referendum, ſed abſolutum relinquendum, hoc modo:

Mene-

Menedeme at porro recte spero: & illum tibi
Salvum adfuturum esse hic confido propediem.

109. *Utinam di ita faxint.*] Bembinus liber & Victorianus, *Utinam ita di faxint*, meliore collocatione, nec versu repugnante, si vel in primam sedem proceleusmaticus admittatur, vel primam huius versus syllabam finem praecedentis absumat.

113. *Non convenit qui illum ad laborem impulerim.*] Versum hunc esse impeditum omnes vident. mendum est in verbo *impulerim*: quo stante, aut deest una syllaba senario, aut est trochaeus in quinta, qui pes in hunc versum non cadit: quae difficultates vitantur ex antiqua lectione libri Vaticani, in quo erat *impellerim*; sed deinde abrasis mediis litteris mutatum in *impulerim*; sic tamen ut prior lectio coniici possit. idem factum & in Victoriano, nisi quod sic habebat *impelerim* per unum l. Quod autem verbum impello, facere potuerit in praeterito, non modo impuli secundum usum, sed & impelli secundum analogiam, indicio sunt multa verba, quae praeteritum apud antiquos utroque modo habent, ut haurio hausi & haurivi vel haurii. Varro ad Ciceronem, *Quum deinde haurierint.* Neglego neglexi & neglegi. Aemilius Macer XVI. annalium, *Omnium nostrum neglegerint auctoritatem.* Soleo solitus sum, & solui. Salustius, 11. historiarum: *Neque subsidiis uti soluerat, compositis.* pellicio pellexi & pellicui. Varro belli Sequanici libro 11. *Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis.* nemo ergo miretur si & impello, impelli in praeterito potuit facere, secundum analogiam.

118. *Ibo ut visam si domi est.*] Ex fide omnium l. s. deleo particulam, *ut.*

120. *Aiunt praesto apud me esse.*] o. l. s. ita collocant, *Praesto apud me esse aiunt.* erit autem in prima sede dactylus, abiecto d, ex *apud.*

ACT. I. SCENA II.

1. *Nihil adhuc est quod vereare Clinia: haud quaquam etiam cessant.*] Versus est trochaicus tetrameter acatalecticus.

2. *Et illam simul cum nuntio tibi hic ego adfuturam hodie scio.*] Versus hic novem pedum est: qui si ex eo demas pronomen *ego*, quod neque in libro Bembino est, neque in plerisque aliis, adhuc tamen remanet impeditus, nisi *tibi* in unam syllabam contrahas, & quod frequentius est, in dictione *illam*, prima corripiatur elisо uno l: hoc modo versus erit octonarius iambicus.

3. *Proin tu sollicitudinem istam falsam, quae te excruciat, omittas.*] Plerique l. s. inter quos Bembinus, habent *mittas*; ita versus est trochaicus tetrameter acatalecticus, ut primus huius scenae.

4. *Qui cum loquitur filius?*] Versus trochaicus dimeter catalecticus.

6. *Quid est?*] Plerique fere o. l. s. habent *quid id est*, ut ratio versus requirit. ita enim ordinandus est versus, qui est trochaicus, quemadmodum in libro Bembino est, ut dictio *probe*, eum finiat hoc modo:

CH. *Quid est?* CLI. *hunc Menedemum nostin nostrum vicinum?* CH. *probe.*

7. CH. *Audivi in Asia.*] Hic deest verbum *esse*, quod o. l. s. habent post dictionem *Asia*, praeter Bembinum, qui post *audivi*; quod numero magis quadrat.

8. CLI. *Venientem e navi,*] o. l. s. *advenientem:* nec versus repugnat, si ex *apud* d, abiicias.

9. *Adduxi ad cenam.*] Liber Bembinus & plerique alii *abduxi*: prima autem huius versus syllaba pertinet ad praecedentem, ut hic sit octonarius iambicus, ut ceteri.

10. *Semper fuit familiaritas.* CH. *voluptatem magnam nuntias.*] o. l. s. *fuit semper.* quod parvi refert: octonarius stat elisо p, ex *voluptatem*, ut & supra, *haec non voluptas tibi esse.*

11. *Esset hodie amplius:*] *Hodie* dissyllabum faciendum est, ut stet octonarius.

12. *Primus ei obiicerem*] o. l. s. ita habent *primus obiicerem ei domi*, praeter Bembinum, in quo omnino non erat dictio *ei*, sed deinde superaddita est, quae tamen mihi non placet.

13. *Atque etiam nunc tempus est.* CLIT. *cave faxis, non est opus pater.*] Ex o. l. s. ita transpone haec verba, *non opus est*, & ut octonarius stet, non facies synaloepham in *atque etiam*; aut si facis, erit trochaicus inter octonarios iambicos.

23. CH. *Immo ille senex fuit importunus semper & nunc nihil magis*] Ita quidem optime stat octonarius, contracto *nihil* in unam syllabam: sed nullus est liber scriptus, qui ita habeat, sed ad unum omnes, *Immo ille fuit senex importunus semper.* mellore collocatione,

one, & numero non repugnante, ſi vel ex *ſemper* r, abiicias, vel τὸ *ſenex* in unam ſyllabam contrahas.

26. CLIT. *Quid tu tecum?*] Liber Bembinus & aliquot alii: *quid tute tecum?* itaque octonarius exigit.

27. *Fortaſſe aliquanto iniquior.*] Liber Bembinus, aliquantum.

31. *Paulo qui eſt homo tolerabilis.*] In libro Bembino haec interpretatio aſcripta eſt, *Aut ei ſubauditur, aut eum: ſi ei, ſic intelligimus, uniuſmodi ſunt ei, qui eſt homo tolerabilis. aut eum ſcortari crebro nolunt, ut ſit, filium, qui ſit tolerabilis. aut ſingularem numerum pro plurali poſuit, id eſt qui ſunt tolerabiles.*

33. *Et ea ſunt tamen ad virtutem omnia.*] Bembinus liber, ſine coniunctione habet dictionem *haec*, alii cum coniunctione *atque*. quod & placet.

37. *Ut videam nobis quid cenae ſiet.*] Nullus l. s. hanc habet collocationem, ſed omnes ita, *ut videam cenae quid nobis ſit*: vel *ſiet*. Solus Bembinus, *quid in cen ſiet*. deinde deleto, *in*, poſt *cen* ſuperadditum eſt, *e*, ut fieret *cene*. ego legendum puto, *quid in cenam ſiet*: ut in Andria, *ferre obolo in cenam ſeni*. nec verſus repugnat, ſi ex *quid*, elidas d.

ACT. II. SCENA I.

2. *Nos iam a pueris*] Nec liber Bembinus, nec plerique alii habent particulam *iam*.

3. *Neque illarum affines rerum eſſe,*] o. l. s. *eſſe rerum*, verſu non repugnante, ſi in *illam* abiecto l, primam corripias, ut ſaepe in hoc poeta.

4. *Ex ſua libidine moderantur, quae eſt nunc,*] o. l. s, *nunc quae eſt*.

9. *Nunc ait, periculum ex aliis facito,*] *Periclum* exigit ratio octonarii, ut & in libro Bembino eſt.

13. *Nam Clinia hic, & ſi is ſuarum rerum*] o. l. s. *nam hic Clinia, & ſi is quoque ſuarum*. utroque modo conſtante octonario.

ACT. II. SCENA II.

2. *Ne me abſente mulier corrupta ſit.*] l. s. alii alia collocatione; omnes tamen habent adverbium *hic*. Bembinus vero & Baſilicanus & nonnulli alii, hoc modo, *ne mulier me abſente hic corrupta ſit*.

3. *Quae mi animum exaugeant:*] *Mihi* exigit octonarius, & ita habent o. l. s. eſt autem in libro Bembino ad haec verba aſcripta interpretatio, *Quae mihi animum exaugeant, quae me terreant. animum autem dicit, quam illi praeſens efficit metus ſollicitam cogitationem.*

4. *Locus, occaſio, aetas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala.*] Ex o. l. s. ita colloca, *occaſio, locus*. item ex libro Bembino & Baſilicano, & nonnullis aliis, teſte Ioanne Rivio, *cuius ſub imperio, eſt mala*. aliter nullo modo ſtat octonarius. ita legit & Eographius, qui etiam ita ſenſum ordinat, ut ſit mater mala ſub cuius imperio eſt.

8. *Pergin iſtuc prius diiudicare*] Ex *iſtuc* s, elidendum: ut in prima ſede huius octonarii ſit dactylus.

10. *Non cogitas hinc longius abeſſe?*] Liber Bembinus, *hinc longule eſſe*, id eſt, aliquantum longe. Plautus in Menaechmis: *Ingreſſum fluvium rapidum ab urbe haut longule*. hoc modo optime ſtat octonarius, aliter impeditus.

11. *Dum moliuntur, dum comuntur*] Pro *comuntur* omnes fere l. s. habent *conantur*: & in his Bembinus, Baſilicanus, Victorianus. alii, ſed pauci, *comantur*, nullus, quem viderim, *comuntur*. quare *conantur* repono, quod ſynonymum eſt verbi moliuntur.

ACT. II. SCENA III.

9. *Propere. quid ſtas?*] Ubaldinus Bandinellus legebat *propera*, quod & nos in aliquibus libris invenimus, inter quos Victoriano, licet deinde abraſo *a*, ſubſtitutum fuerit *e*. & ſane *propera* maioris inſtantiae eſt.

12. *Viden tu ancillas, aurum, veſtem, quam ego cum una ancillula*
Hic reliqui; unde ea eſſe cenſes?] Liber Bembinus & Baſilicanus non habent dictionem *ea*. in Victoriano ſic erat, *unde eſſe ea cenſes?* ſed deinde verbum *ea* deletum eſt, quod & in aliis libris varie collocatum eſt. quo ſublato ſic diſtinguemus:
Viden tu? ancillas, aurum, veſtem, quam ego cum una ancillula
Hic reliqui, unde eſſe cenſes? & ſubaudiendum eſt ei, ut ſit ei, quam ego reliqui. ut autem ſtet trochaicus, vel in *viden*, fiet dialyſis, ut ſit anapaeſtus in prima, vel ex ea dictione n, abiicietur: & erit pariter anapaeſtus in prima, ſed in *quam ego*, ſynaloepha non fiet.

14. *Quid ſeni erit noſtro miſerius?*] o. l. s. *ſene*.

16. *Tu interea loci*] In libro Bembino hic aſcriptum eſt: *Loci*, parhelcon: nam *loci*,

omni significationi addi solet. Ennius: *Flamma loci postquam concluſast turbine saevo.*

20. *Neque potuisse unquam*] Post *potuisse* omnes fere l. s. habent pronomen *eum*; quod & placet, maxime propter versum.

25. *Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.*] Solus liber Bembinus, *fecimus*; omnes alii quotquot sunt *cepimus*. quam & veram lectionem arbitror: licet & illa altera stare possit.

38. *Hinc sciri potuit,*] Liber Bembinus & nonnulli alii, *hic*. quod & magis placet: nam quod sequitur, *aut nusquam alibi*, requirit, *hic*, praecessisse, non autem *hinc*.

47. *Sine auro tum ornatam, uti quae ornantur sibi.*] o. l. s. praeter Bembinum, praeponunt dictionem *ita*. quomodo etiam melius habet senarius. Sed si Bembinum sequamur, non erit facienda collisio in *ornatam, uti*.

48. *Nulla mala re expolitam muliebri,*] Libri omnes, quotquot sunt, post vocem *re*, habent verbum *esse*. in reliquis Bembinus liber cum vulgata lectione consentit. alii vero omnes pro *mala*, habent *malam*, cum expositione addita, id est, maxillam. quod quam ineptum sit omnes vident. quod si cui tamen haec recens lectio placeat, nos antiquam sequemur.

50. *Reiectus neglegenter, pax.*] Dictioni *pax*, haec verba in libri Bembini margine ascripta sunt; *Tranquillantis, admirantis & sollicitudinem adimentis*. sic infra, *unus est dies, dum argentum erit: pax. nihil amplius.*

52. *Subtegmen nebat:*] Libri antiqui, inter quos Bembinus, *subtemen*. & huic dictioni, in eo libro haec ascripta sunt: *Subtemen dictum ab eo quod subeat stamen.*

53. *Praeterea una ancilla erat, Ea texebat una pannis obsita,*] *Ancillula* legendum ex iisdem antiquis: praeterea ex libro Bembino, ita hi versus sunt ordinandi, ut *erat*, pertineat ad inferiorem versum: aliter non stat ille senarius.

58. *Cum eius tam negleguntur internuntii.*] Hic item ascriptum in libro Bembino: *Internuntios pro servis posuit, sed sententia haec ita est, qui non neglegerentur, si essent internuntii.*

64. *Mulier telam deserit*] Non displicet mihi *deserit*, sed quod est in libro Bembino magis antiquum videtur, *telam desinit*. ut dicimus, desinere artem.

68. CLIT. *At ego nihil esse sciebam Clinia.*] Verbo *sciebam*, haec in eo libro interpretatio adiecta est, *Quod timebas.*

70. *Adducimus tuam Bacchidem.*] Donatus in Adelphis scena IV, actus IV, legit *abducimus*: quod magis proprium dicit esse, quam *adducimus*: abduci enim quod alienum est.

71. *Quo illam adducis?*] In libro Bembino & aliquot aliis est, *ducis*.

73. *Heus non fit sine periclo facinus magnum, & memorabile.*] In eodem libro, dictio *heus*, praecedenti versui ascribitur: *memorabile* vero, non cum conjunctione, &, sed cum negatione, *nec*, positum est: hoc modo, *nec memorabile*. ita coniicio & in Victoriano fuisse; sed deinde *nec* mutatum est in &.

79. *Multis modis iniurius*] Ex ratione versus legendum *multimodis*: ut in Andria emendavimus, ex fide libri Bembini.

80. *Clitipho est, neque ferri potis est.*] Liber Bembinus, *Clitipho es, neque ferri potes*. sed *potis es* exigit ratio trochaici.

84. *Aut illa cum his amittenda sunt.*] *Mittenda*, versus exposcit, & ita etiam habet liber Bembinus.

88. *Tum illi quod argentum es pollicitus,*] o. l. s. *tum quod illi:* & stat trochaicus, si vel ex *quod* d, vel ex *illi* unum l, elidas.

92. *Tuam amicam huius esse amicam.*] Aliqui libri non habent dictionem *amicam*, nisi semel in principio: quae geminata & superfluit sensui, & impedit versum.

94. *Immo ad tuam matrem deducetur.*] Liber Bembinus *abducetur*. & trochaicus optime constat.

104. *Datur modo.*] Delemus dictionem *modo*, quam in nullo l. s. invenimus.

113. *Istic quasi minor*] o. l. s. *quasi istic minor*. stat autem senarius, si ex *istic* s, elidas.

116. *Quapropter neutiquam haec res*] In o. l. s. haec verba hunc ordinem habent: *quapropter haec res neutiquam*: in *neutiquam* autem fit dialysis, & remanet anapaestus.

117. *Sed istum exora.*] Liber Bembinus, Basilicanus & multi alii, *sed istunc*. versus sustentatur rationibus totiens repetitis.

119. *Ut sit necesse.*] Liber Bembinus & hic & alibi habet *necessus*, pro *necesse*.

124. *Nam misere quendam offendi militem*] Magis placet collocatio, quae est in libro Bembino, *nam quendam misere*. & erit ordo, misere orantem. hic quoque in eo libro ascriptum glossema est, *Misere, nimis: quia omne nimium non bonum: alibi eam misere amat.*

127. *Eadem-*

127. *Eademque ut eſſet aput te ob hoc quam gratiſſima.*] Varie legitur hic locus in l. s. ſed optime iudicio meo, in Bembino: *Eademque ut eſſet apud te hoc quam gratiſſimum. Eadem* vero adverbialiter ſumendum, quemadmodum & in antiquo gloſſemate huius libri exponitur, ſic habente: *Eademque antique poſuit pro una.* haec ibi. Scaurus apud Chariſium negans, *obiter*, Latinum eſſe, addit veteres conſueviſſe dicere, *eadem*, non addentes, via. ut Plautus inquit; *Eadem bibes, eadem tibi dedero ſavium.* Nos quoque apud eundem Plautum multa huius vocis in hac ſignificatione reperimus exempla, quorum hic aliqua ſubiiciemus. In Menaechmis: *Hercle qui tu recte dicis; eadem ignorabitur. Ne uxor cognoſcat te habere, ſi in via conſpexerit.* In Captivis: *Ad fratrem modo captivos alios inviſo meos: Eadem percontabor, ecquis hunc aduleſcentem noverit.* In Milite glorioſo: *Eadem inſidias dabo. Quam mox ad ſtabulum iumix recipiat ſe pabulo.*

131. *Inverſa verba, everſas cervices tuas,*] Hic aſcriptum, *Inverſa ambigua, figurata. everſas deiectas.* at Eographius ita exponit, *Inverſa verba quod aduleſcentuli faciunt, ut ſyllabarum ordinem mutent, & intellectum confundant. everſas cervices, iactantia & ſuperbia eſt.*

132. *Gemitus, ſcreatus, tuſſis,*] *Haec aduleſcentuli faciunt quotienscumque amicam ſuam videre & ab ea videri volunt; ut per haec ſigna, quae res neceſſitatis ſunt, impleant voluntatem.* haec ex Eographio.

138. *Abeas ſi ſapis*] In duobus antiquiſſimis libris, Bembino, & Vaticano eſt *ſapias*, quod & verſui convenit.

ACT. II. SCENA IV.

2. *Mores ut conſimiles forent.*] o. l. s. *ut mores.* ita melius habet trochaicus.

8. *Nam expedit vobis eſſe bonas;*] In o. l. s. ita eſt, *bonas eſſe vobis.* & ſtabit trochaicus, ſi ex *bonas* eliſo s, ſynaloepha ſequatur.

10. *Haec ubi immutata eſt,*] Liber Bembinus *imminuta*; quod & aptius videtur. nam immutari quid, & in melius poteſt.

11. *Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertae vivimus.*] Legendo *niſi ſi*, ut in libro Bembino, & dictionem *nobis*, delendo, quae nec in eo libro, nec in Victoriano & Decurtato eſt, ſtat trochaicus, nec quicquam ſenſui deperit; procul dubio enim intelligitur, proſpectum nobis.

12. *Vobis tum uno ſimul ubi aetatem agere decretum eſt viro,*] Pro *ſimul*, ſcribimus *ſemel*, ex libro Bembino; ut ſit ordo, *ſemel decretum eſt.*

16. *Neſcio alias: me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulo ut*] Aliqui libri, inter quos Bembinus & Baſilicanus ita collocant: *me quidem ſemper ſcio.* quo modo oportebit ex *quidem* m, elidere: quamvis ſequente conſonante vel forte *me quidem* erit, *me equidem*, eliſa e ex *me*, quod & in ſcriptura, non ſolum in ſcanſione fiebat antiquitus. dictionem vero *ut*, libri Bembinus & Victorianus ſequenti verſui attribuunt. qui hoc modo fit octonarius ut ſequentes.

17. CLIN. *Vah.*] In libro Bembino eſt, *ah.* ut & exigit verſus.

21. *Ingenio frui.*] Bembinus liber, *ingenium.* & erit ordo, *hosine ingenium me frui non licere.* fruor enim, ut & alia verba uſum ſignificantia, amabant antiqui etiam accuſativo iungere. Terentius in Phormione: *ut mihi tamdiu liceat quod amo frui.* Plautus in Aſinaria: *Ut ſinat ſe ſe alternas cum illo noctes hanc frui.*

22. *Diu etiam duras dabit.*] Hic in libri Bembini margine aſcripta haec interpretatio, *Hoc eſt, durum ſe praebebit, vel abſolute, duras, ut dicitur bonas ei dedit, vel dabit poenas.* Cicero: *Quam primum adveniens dediſti.* & in Verrinis: *Verum illa eſt prae.* *

28. *Antiphila maxime animo exoptata meo?*] Optime ſtaret ſenarius, ſi *exoptatam* legeretur. & ita ſcripſiſſe Terentium exiſtimo. quod ut facilius credam, facit alibi quoque perverſus mos, errorque librariorum a nobis obſervatus, qui finiente priorem dictionem una littera, a qua poſterior dictio inciperet, alteram earum litterarum ſaepe omittebant. idque etiam in ſyllabis, atque aliquando in integris dictionibus factum eſt.

ACT. III. SCENA I.

1. *Luciſcit hoc iam.*] Hemiſtichium Plautinum in Amphitruone, ubi *hoc* abſolute pro coelo ponitur. ut & in Gurgulione: *Nam hoc quidem edepol haut multo poſt luce lucebit.* & apud Lucretium libro quinto: *Denique iam tuere hoc, circum ſupraque, quod omnem Continet amplexu terram.* putamus tamen ex geſtu motuque dicentis addi aliquam demonſtrationem: ut manus elatione, in coelumque ſuſpectu.

2. *Primum ex me ut ſciat*] Liber Bembinus, *e me*.

7. *Nam quam potero adiutabo ſenem*,] In libris Bembino & Victoriano & Baſilicano, & praeterea nonnullis aliis atteſtante Io. Rivio, legitur, *quod potero*. *quod* autem accipitur pro quantum. itaque exponitur in margine libri Bembini.

8. *Ita ut filium meum amico, atque aequali ſuo*] In iiſdem duobus antiquiſſimis libris eſt *item ut*. utroque modo prima huius verſus ſyllaba ad praecedentem pertinet verſum.

11. *Ingenio egregie ad miſeriam*] Perſpicue mihi melior videtur lectio libri Bembini, *egregio ad miſerias*. quae dictio *miſerias* etiam in libro Decurtato eſt.

17. *Adibo, adloquar*.] Liber Bembinus & Baſilicanus *ibo*; quod magis verſui ſervit. eoque magis id recipimus, quod particula *ad*, mox ſequitur in, *adloquar*. ut infra, *Syrus eſt prendendus, atque adhortandus mihi*. cui loco aſcriptum in libro Bembino gloſſema, quia ad hanc rem facit, hic ponere libuit: *Prehendendus, deeſt ad: ſed ideo praetermiſit, quia dicturus erat, adhortandus*.

21. ME. *Quaeſo ubinam*? CH. *apud me domi*.] o. l. s. quot quot ſunt, ita habent, *ubi nam eſt quaeſo*? ſed ut ſenarius ſtet, elidemus d, ex *apud*.

26. *Ne tua duritia illa antiqua*] Liber Bembinus & Victorianus *antiqua illa*. quae elegantior videtur collocatio.

28. *In te atque illum*] o. l. s. *in te atque in illum*. eliditur autem unum l, ex *illum*, ut ſit dactylus in quarta ſede ſenarii.

29. *Et victo eſſe animo*] o. l. s. & *victo animo eſſe*.

35. *Commeare ad mulierculam quae paululo*] Hic verſus ſtat, contractis in unam duabus mediis ſyllabis verbi *commeare*; ultima vero per ſynaloephen non eliſa. aut forte ſenarius eſt generis confuſi, admittens in principio trochaeos, in fine iambos.

39. *Nunc ſine magno intertrimento, non poteſt*] Hic aſcriptum eſt in libro Bembino: *Inter & de, tantundem ſignificant ad augmentum oſtendendum, hinc dicitur, interfectus*.

46. *Senſi: nam ei unam cenam*] o. l. s. *nam unam ei cenam*. & hic in libro Bembino adiectum eſt vetuſtiſſimum gloſſema: *Senſi, cum gemitu pronuntia*. verſus autem ſtat ſi ſpondeus ſit in *ei*, quemadmodum a Lucretio ponitur.

48. *Pitiſſando*] In libro Bembino, *pytiſando* ſcriptum eſt per y in prima ſyllaba, & per unicum s; licet deinde alterum adiectum ſit. & ad hoc verbum haec adnotata: *Expreſſis labris ſpuendo, dum ſaporem vini probat*. Victorianus & Decurtatus *pytiſſando* per duo s, habent; item Vaticanus & Baſilicanus, ſed hi duo cum aſpiratione poſt t.

49. *Sic hoc dicens; aſperum pater hoc eſt. aliud lenius*.] Dictioni *pater*, haec aſcripta ſunt, *Et hoc ei diſplicet, quod eum meretrix patrem appellet*. Ceterum ordo horum verborum hic eſt, *dicens*, ſcilicet Bacchis, *ſic hoc*, ſubaudi eſt. ut ſit, ſic hoc eſt, quod dicere ſolemus, cum quid vel improbamus vel mediocre eſſe oſtendimus.

54. *Ita me di amabunt, ut tuarum miſeritum eſt*] Non *ita*, ſed *ſic* eſt in o. l. s. & poſt *ut*, additur *me*. verbum autem *amabunt*, in libro Bembino exponitur pro *ament*.

58. *Sic facere id permagni referre arbitror*.] Pro *id*, *illud* legitur in libro Bembino, Baſilicano, Victoriano, & multis aliis, ut & ratio verſus requirit.

63. *Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum*.] Aliquot libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, Victorianus haec habent ſine coniunctione. quod & elegantiae & verſui ſervit.

64. *Syrus cum illo veſtro conſuſurrat*:] Omnes fere antiqui libri *conſuſurrant*. quod vero ſequitur, *conferunt conſilia aduleſcentes*, in Bembino eſt, *ad aduleſcentes*. ut & verſus expoſcit; & eſt ſenſus, conſilia quae ceperint ſervi, ad aduleſcentes deferunt, vel *ad*, pro apud exponendum, & *conferunt*, pro communicant. vel forte legendum eſt, ut conicit Lolgius, *conſiliad aduleſcentes*. ut d, interponatur hiatus vitandi cauſa, ſicut in *med erga*.

69. *Is intellexerit*,] o. l. s. *ille intellexerit*.

70. *Prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem*,] In libro Bembino ſcitiſſime atque appoſitiſſime aſcriptum eſt, *Minor eſt pecunia quam vita; ſed in oratione potiora nobis ſunt, de quibus agitur*.

76. *Putabit pravum an rectum, quod petet, ſiet*,] Omnes fere l. s. *putabit pravum an rectum ſit, quod petet*. aliqui *an rectum ſiet*. quod tamen non adiuvat verſum. in uno tantum libro eſt, *pravum ne an rectum*. quo quidem modo ſtat optime ſenarius. aliter oportebit abſtinere ab eliſione poſterioris ſyllabae in *pravum*.

78. *Dare denegabis*:] Multi l. s. inter quos Bembinus & alii antiqui, *denegaris*.

81. *Vi-*

81. *Videre verum,*] Liber Bembinus, *vera,* & expoſitionem habet aſcriptam; *Vera, utilia*: Saluſtius. Verba Saluſtii antiquitate detrita ſunt.

84. *Cedo dexteram: porro te idem oro ut facias Chreme.*] Liber Bembinus, *dextram.* ita ſtat verſus, ſi tamen in *te idem* non fiat eliſio.

85. *Scin quid nunc te facere volo?*] Varie collocantur haec verba, ſed haec mihi collocatio omnium, quas inveni, commodiſſima videtur, ob numerum, *Scin quid nunc facere te volo?* ita plerique libri ſcripti habent, & in iis aliquot ex antiquis, ut Baſilicanus.

91. *Ne nos inter nos congruere ſentiant.*] Niſi *congruere* penultimam producat, ut quod forte ſit ſecundae declinationis, deducaturque a congrueo congrues, non ſtat verſus, & neceſſe eſt aliquid deeſſe.

97. *Itan comparatam eſſe hominum naturam omnium,*] Aliqui l. s. inter quos Bembinus, non *itan*, ſed *ita* habent. Sed Bembinus eo amplius quod *comparatum* habet; ex quo tamen poſtea effectum eſt *comparatam*, a littera ſuperſcripta, & *naturam* quidem habuit, ſed, m, deinde deleto, remanſit *natura.* quod ſi recipiatur ſimul cum voce *comparatum*, erit ordo: Ita comparatum eſſe natura omnium hominum; ut natura, ſit ablativus caſus. quae quidem locutio bonis auctoribus uſurpata eſt. Columella libro XII: *Maritale coniugium ſic comparatum eſſe natura.* Livius libro tertio ab urbe condita: *Natura hoc ita comparatum eſt, ut qui apud multitudinem ſua cauſa loquitur, gratior eo ſit, cuius mens nihil praeter publicum commodum videt.* Quod tamen, diligentius totum animadverſum, non placet.

Aliena melius ut videant & iudicent.] Ex o l. s. ita collocamus haec verba, *aliena ut melius.* & praeterea ex Bembino legimus *diiudicent.* quo quidem modo ſtat optime verſus.

101. *Hic mihi quanto nunc*] o. l. s. *nunc quanto.*

102. *Diſſolvi me, ocius operam ut tibi darem.*] Tres antiquiſſimi libri, & aliqui alii, pro *ocius* habent *otioſus.* qua lectione & verſus ſtat, & ſenſus eſt optimus. diſtinguendum autem eſt poſt *me.*

ACT. III. SCENA II.

4. *Eſt ille Cliniae ſervus tardiuſculus.*] Omnes quot quot ſunt l. s. verbum *eſt*, habent poſt *tardiuſculus*: nos tamen ſcribimus *tardiuſculuſt*, ut verſus ſtet, diphthongo in verbo *Cliniae* diſſoluta, & ex *ille*, uno l, eliſo.

7. SY. *Recte equidem te demiror Chreme,*] Aliter habetur in libro Bembino, *recte equidem, ſed te miror Chreme:* ut non poſt *recte*, ſed poſt *equidem* diſtinguatur, quae lectio non dubito quin vera ſit.

11. CHR. *Sane idem viſa eſt mihi.* SY. *& quidem hercle forma luculenta.*] In libro Bembino pro *mihi*, legitur *tibi*: ſed perſonae, aliter ibi notatae, id quadrare faciunt, quod alio qui videtur abſurdum. CHR. *ſane.* SY. *idem viſa eſt tibi. & quidem hercle*, &c.

18. *Scin eſſe factum ut dico?*] Liber Bembinus, Baſilicanus, & Victorianus, & aliqui alii *ſcis*, alii *ſciſne.*

19. *Iſtum ſervulum*] Liber Bembinus *iſtunc ſervolum.*

27. *Quippe quia.*] In libris antiquis eſt, *quippe qui*; & huic dictioni haec aſcripta ſunt in Bembino: *Parelchon: abundat qui.* nos vero eam dictionem etiam alibi invenimus, idem ſignificantem quod *quippe.* Plautus in Aulularia:

Horum tibi iſtic nihil eveniet, quippe qui ubi quod ſurripias nihil eſt.

28. *Magnarum ſaepe remedium aegritudinum eſt.*] o. l. s. *id remedium.*

32. *At nunc quid exſpectat?*] Liber Bembinus, & alii antiqui habent *& nunc*: quod magis conſequens videtur.

43. *Neque eo nunc dico quod quicquam illum ſenſerim:*] Liber Bembinus, *quo quicquam.*

ACT. III. SCENA III.

1. CH. *Quid iſtuc quaeſo?*] Duo primi verſus huius ſcenae ſunt trochaici tetrametri acatalectici; item ſextus, ſeptimus, octavus, undecimus, tertius decimus, decimus nonus, & vigeſimus primus. quintus vero dimeter iambicus, eliſo ex *quidem* m, quamvis ſequente conſonante. ceteri his intermixti, trochaici catalectici. ſequentes vero, partim iambici octonarii, & unus dimeter: partim trochaici catalectici. ut quidem hi omnes verſus in libro Bembino, & aliis ordinati ſunt, nam hucuſque in impreſſis aliter habent.

2. *Manum in ſinum huic meretrici inſerere?*] Liber Bembinus *ingerere*, quod mihi aeque placet.

7. *Vel heri in convivio*] Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, non *in convivio* habent, ſed in *vino.* in quo etiam libro verſus finit,

non in, *factum*; sed in, *quam molestus*; hoc modo: *Vel heri in vino quam immodestus fuisti?* SY. *factum.* CH. *quam molestus?*

11. *Esto: at certe convedas aliquo ab eorum ore aliquantisper.*] Liber Bembinus & alii antiqui ita collocant, *ab ore eorum.* Ceterum Victorianus & Decurtatus habent *convedas hinc*, qua particula addita melius versus procedit, qui est trochaicus acatalecticus.

12. *Ea prohibet facere*] Liber Bembinus *facere prohibet.*

15. *Ipsius facti piget,*] In libro Bembino, & aliquot aliis antiquis *pudet.* quod magis videtur convenire.

19. *Novi ego amantium animos:*] o. l. s. *animum.* ita procedit optime trochaicus.

21. *Quin mihi molestum'st.* CLIT. *pergin hercle.*] In libro Bembino est pro *pergin, perdis.* ego *pergis* lego affirmative; quod cum *hercle* magis congruit. ut & in Phormione: *Pergis hercle. numquam tu odio tuo me vinces.*

22. *Nonne accedam ad illos?*] Libri aliquot, inter quos Bembinus, *non accedam.*

23. *Actum est; hic prius se indicarit quam ego argentum effero. Chreme.*] Liber Bembinus pro *effero* habet *effecero.* quod quanto melius sit, neminem arbitror non videre. nam *effero* nullo modo quadrat, cum necdum argentum esset in promptu, ut posset efferri. *effecero* autem exponendum, confectum reddidero. praeterea idem liber Bembinus & aliquot alii ita digerunt hos versus:

Actum'st: hic prius se indicarit, quam ego argentum effecero.

Chreme vin tu homini stulto mihi auscultare? CH. *quid faciam?* SY. *iube hunc.* Sed in *quam ego*, non fiet elisio: & in *Chreme*, posterior syllaba corripietur. *mihi* vero, monosyllabum erit.

28. *Qui me istinc extrudis.*] Ex ratione versus, & fide libri Bembini, & aliquot aliorum, lego, *hinc extrudis.* versus est trochaicus tetrameter acatalecticus: at qui sequitur, & ipse trochaicus dimeter catalecticus.

31. *Quantum di dant tibi opis,*] Melior videtur compositio, quae est in libro Bembino, & aliis antiquis, *quantum tibi opis di dant.*

35. *De fallacia dicis? hem inveni nuper quandam.*] In nullo l. s. invenio dictionem *hem*, quae & alioqui hic inepta est, & nullum sensum habet: aliqui loco eius nihil prorsus habent: aliqui has duas voces *inventa est.* quod stare non potest: in Bembino & aliis antiquis legitur, *est.* quod cum hic nullo modo cohaereat, sine dubio corruptum putamus: & pro *est*, legendum *st*, quae nota est indicentis silentium. quasi nolit Syrus fallaciam ab se inventam enuntiari foras, ne qua forte ad Menedemum permanet.

36. *Cedo quid id est?*] Liber Bembinus & nonnulli alii non habent particulam *id*: sed utroque modo stat versus.

43. *Ea quae est nunc ad uxorem tuam.*] Liber Bembinus, Victorianus, & Decurtatus, *apud uxorem.* Basilicanus, & alii *ad*, quod magis placet.

44. CH. *Quid tum?* SY. *Clinia orat sibi uti nunc det illam: illi tamen*

45. *Post daturum mille nummum poscit.*] Qui praecedentia bene considerarit, id est, *pessima haec est meretrix: & vide quod inceptet facinus*; cum postea viderit eam nihil moliri, nihil omnino agere, neque mali, neque boni, nimirum existimabit locum esse corruptum; quem nos ex auctoritate librorum antiquissimorum, Vaticani & Bembini, ita emendamus, ut pro *Clinia Cliniam*, pro *daturum daturam*, legamus: quod posterius etiam in libro Victoriano est, & eo amplius ex Vaticano & Basilicano & nonnullis aliis pro, *uti nunc, uti id nunc.* itaque distinguemus: CH. *Quid tum?* SY. *Cliniam orat, sibi uti id nunc det; illam illi tamen Post daturam mille numum poscit.* ut sit sensus: haec meretrix Cliniam orat, ut sibi nunc det id argentum, quod ipsa mutuum dederat anui illi Corinthiae: illam enim puellam, quae relicta est arraboni, post daturam illi, id est Cliniae, mille numum. Quid vero hic significet verbum *poscit*, non sane ex grammaticis liquet. ratio tamen sensusque cogit, id intelligi, pro pollicetur, aut offert.

45. CH. *Et poscit quidem.*] Alii *poscet*, legunt. Sed utroque modo hoc mihi non satis clarum.

46. *Dubiumne id est?*] Liber Bembinus non habet particulam *ne*, sine qua melius procedit trochaicus, & personam Chremetis annotat post *putavit.*

50. *Non emo. quid ais?*] Aliqui libri *quid agis?* inter quos Bembinus, & Basilicanus.

51. CH. *Atqui non opus est.*] o. l. s. *non est opus.* liber vero Bembinus, hic sic notatas personas habet: CH. *qui.* SY. *non est opus.* CH. *non opus est.* SY. *non hercle vero.* CH. *quid istuc? minor.* SY. *iam scies. Mane, mane* &c. haec adnotare placuit, si quis forte clariorem

clariorem aliquem ſenſum poſſit elicere, quam ex impreſſa diſtinctione.

52. *Mane mane. quid eſt quod tam a nobis graviter crepuere fores?*] o. l. s. *crepuerunt.* ita optime ſtat trochaicus, correpta priore ſyllaba verbi *mane*; ut ſaepe alibi: vel ex *quid*, d, eliſo.

ACT. IV. SCENA I.

3. *Quid eſt? is ne tibi videtur?* N. *dixi equidem ubi mihi oſtendiſti ilico.*] Verſus hic hoc modo ſtat, ut *mihi* in unam ſyllabam contracto, & per ſynaloephen eliſo, item eliſo s, ex prima ſyllaba dictionis *oſtendiſti*, in ſexta ſede ſit anapaeſtus.

5. *Abi iam nunc intro.*] o. l. s. *abi nunc iam intro.* ita *abi* erit iambus, qui aliter eſſet pyrrhichius.

7. *Metuo quid ſiet.*] o. l. s. *quid ſit*: ita bene verſus procedit. ſed hoc amplius Bembinus & Victorianus pro *metuo*, *timeo* habent.

11. *Et ſi incredibile eſt.*] Liber Bembinus, *& incredibile eſt.* quod ſi admittimus, per parentheſin legetur. ita trochaicus optime conſtat. aliter *tibi*, in unam ſyllabam contrahendum: vel ex *ut*, t, elidendum.

12. *Portet haec purgatio.*] Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, & alii antiqui, *portat.*

13. *Meminiſti me eſſe gravidam, & mihi te magnopere interminatum.*] omnes quotquot ſunt l. s. *maximopere interminatum:* Soli Bembinus, & Victorianus, *maxumo opere dicere*; quam antiquam & veram eſſe lectionem puto: hanc enim & ſenſus admittit, & ratio verſus: qui trochaicus eſt, ut ceteri: habens proceleuſmaticum in paenultima ſede.

15. *Suſtuliſti.* SY. *Sic eſt factum, domina.*] Liber Bembinus poſt *ſuſtuliſti*, ita notatas habet perſonas: So. *ſic eſt factum.* SY. *domina ergo erus damno auctus eſt.* ſed haec lectio non videtur procedere, cum infra Soſtrata dicat, *minime.* hoc enim dicendo aut negat ſe ſuſtuliſſe, quod cum praecedentibus pugnat; aut negat Chremetem damno auctum; quod probabile non videtur, ea dicere, cum ipſa de damno nullam infra mentionem faciat. omnes alii libri, & antiqui, & recentes, haec omnia verba Syro attribuunt.

17. *Minime. ſed hic erat anus Corinthia haud impura: ei dedi*
Exponendam. CH. *o Iuppiter, tantam eſſe in animo inſcitiam.*] o. l. s. *tantamne*, habent; ſed nos Bembinum ſequimur, in quo eſt vulgata lectio. in ceteris omnes in hanc lectionem conſentiunt, quae & optime verſibus ſervit, qui aliter impediti ſunt:

Minime. ſed erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi
Exponendam. CH. *o Iuppiter, tantum eſſe in animo inſcitiam.*

19. *Id equidem ego, etiam ſi tu neges,*] Liber Bembinus non habet vocem *etiam*, quae & verſum impedit, & ſenſui non eſt neceſſaria. alii omnes libri habent, *& ſi tu neges.* quod & ipſum ſtare poteſt. praeterea ſolus Bembinus *equidem*, alii omnes *quidem* habent.

28. *Quidvis ſatius eſt,*] o. l. s. *ſatis eſt.* ut & exigit verſus.

31. *Nunc te obſecro,*] Poſt *nunc*, aliqui libri, inter quos Bembinus, habent pronomen *hoc*, ita etiam verſu expoſcente.

33. *Ut meae ſtultitiae inſtitia tua ſit aliquid praeſidii.*] Liber Bembinus praepoſitionem *in*, addit poſt *ſtultitiae.* quae lectio quanto melior ſit, omnes vident. ita etiam habebant Victorianus, & Baſilicanus, ſed nunc *in*, abraſum eſt.

40. *Hic eſt anulus.*] o. l. s. *hic is eſt.* Bembinus & Victorianus, quos & ſequimur, *is hic eſt.*

43. *Anulum non adverti primo: ſed poſtquam aſpexi ilico*] Libri Bembinus, & Vaticanus pro *anulum* habent *animum*, ut ſit, non adverti animum. ita optime procedit trochaicus, aliter impeditus. ſane pro *primo*, Bembinus liber habet *primum.*

45. *Niſi ut ex ipſa quaeras,*] In libro Bembino non eſt particula *ut*, qua ſublata verſus nihilominus ſtat, & ſenſus eſt optimus, exponendo *niſi*, pro *ſed*; ut ſaepe in hoc auctore.

48. *Qui renuntiavit olim?*] Poſt haec verba adnotata eſt in libro Bembino perſona Soſtratae, recentiori tamen manu. ita prius erat & in Victoriano, ſed deinde ut in vulgata lectione, mutatum eſt.

51. *Sequere me intro hac.*] In libro Bembino non eſt dictio *hac.* qua ſublata verſus ſtabit, non faciendo ſynaloepham in *me intro.* eo magis quia antiqui dicebant *med intro.*

52. *Ut olim in tollenda*] Liber Bembinus *tollendo.* quod & melius videtur.

ACT. IV. SCENA II.

4. *Nam quod ſperem de argento,*] Liber Bem-

Bembinus, Victorianus, & Basilicanus, *nam quod de argento sperem.*

8. *Nihil tam difficile*] Adde verbum, *est*, ex o. l. s.

9. *Quid si hoc sic incipiam nunc?*] Aliqui libri, recentes tamen, non habent dictionem *nunc*. qua sublata procedit octonarius. aliter est trochaicus hypercatalecticus. Bembinus ita collocat, *quid si hoc nunc sic incipiam?* ita & Basilicanus, & Victorianus, in quo tamen *nunc* expunctum est.

10. *Euge optimam habeo.*] Liber Bembinus *habeo optumam.* ita & Victorianus, & Basilicanus; quae collocatio numerosior est.

11. *Illud idem fugitivum argentum tamen.*] Omnes fere l. s. *idem illud.*

ACT. IV. SCENA III.

6. *O mi Syre, audistin obsecro?*] Liber Bembinus, *audisti.* ita erit iambus in quarta.

7. *Cui aeque audisti commodi quicquam evenisse?* s. *nulli.*] Liber Bembinus & Victorianus *commode:* quod magis placet: ut sit, quicquam magis evenisse, aeque commode.

11. *In tuto ut collocetur.*] Liber Bembinus *in tutum ut conlocetur*, licet infra, *in tuto.*

15. *Deorum vitam adepti sumus.*] Liber Bembinus pro *adepti* habet, *apti*, a verbo *apiscor.* quod idem est cum adipiscor. ita optime procedit octonarius iambicus catalecticus sine ulla licentia. quod si quis maluerit *adepti*, sic quoque stare versus potest, si ea dictio, p, *elisо*, fiat anapaestus. quod vero sequitur,

15. *Frustra operam hanc opinor sumo.*] Ab libro Basilicano, & omnibus fere recentibus abest dictio *hanc*, & in Victoriano deleta est, ut & nos delemus: numerosiore ob hoc versu; sic enim iambum in quarta habet. Bembinus & alii antiqui eam vocem habent, sed ita collocatam, ut versus stare non possit.

19. *Noster resciscet ilico.*] Liber Bembinus, *senex resciscet il.*

27. *Patrem exorare ut celet.*] Liber Bembinus, *orare.* quod magis videtur convenire: non enim tanta res erat ut magna mole precum impetranda esset. sed *orare*, versus ratio non admittit, nisi legas *orare patrem.* quae collocatio etiam ex libro scripto est.

28. *Senem vostrum.* SY. *immo ut recta via rem narret ordine.* CLIN. *hem,*] o. l. s. praeter Bembinum, habent, *rem narret ordine omnem*, quemadmodum exigit versus, qui est iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri, si ex *senem* m, elidatur, quamvis sequente consonante: aut utique ea dictio in unam syllabam contrahatur. potest & aliis rationibus versus hic sustentari.

29. *Satin sanus es, & sobrius? tu quidem illum plane prodis:*] Liber Bembinus pro *prodis*, habet *perdis*: quod magis videtur convenire cum eo, quod mox sequitur. *nam qui ille poterit esse in tuto.*

34. *Istam esse amicam gnati,*] In libro Bembino venustior collocatio est, *esse istam amicam gnati.*

37. *Tu fortasse quid me fiat parvipendis, dum illi consulis.*] Versus trochaicus hypercatalecticus, vel etiam catalecticus, ut ceteri, si ex *quid*, d, elisо: eaque syllaba brevi remanente, fit dactylus in secunda, *fiat* vero in unam syllabam contrahatur. sane in Bembino & omnibus fere antiquis est, *parvipendis*; in recentibus, *parvi curas.*

ACT. IV. SCENA IV.

3. *Me deceperit, saepe obsecrans*] Et ratio versus requirit, ut dictio *me*, praecedenti versui ascribatur, & in eum modum eam habent o. l. s.

5. *Clitipho cum spe pendebit animi,*] Plenior videtur lectio libri Bembini, *cum in spe*, ut sit ordo, Cum Clitipho pendebit animi in spe. Plautus in Mercatore:

Obsecro dissolve iam me: nimis diu animi pendeo.

9. *Mea Phrygia audistin, homo iste modo quam villam demonstravit*] o. l. s. hanc collocationem habent, *audistin modo homo iste quam:* at Bembinus, Victorianus, & Decurtatus hanc; *audistin modo iste homo quam.* ita versui optime consulitur, ut etiam iambum habeat in quarta, elisо tamen s, ex *iste*, ut sit in tertia dactylus. sane Bembinus habet *audisti.*

12. *Atque servari.*] Omnes fere l. s. *atque asservari*, ut versus exposcit.

13. *Verba his me daturam.*] o. l. s. *verba me his daturam.* quae collocatio iambum constituit in quarta.

15. *Iube maneat.* BAC. *abi.*] Liber Bembinus, *i.* quo quidem modo melius habet versus.

17. *Quid?* SY. *transeundum est nunc tib ad Menedemum.*] o. l. s. praeter Bembinum non post *transeundum*, sed post *Menede mum*

mum habent verbum *eſt*, etiam ex ratione verſus.

18. SY. *Egon ? argentum cudo,*] Liber Bembinus, *ego.* & melior eſt numerus.

23. SY. *Ne quaeras : & ferant,*] Idem liber, *ne quaeras : efferant.* quod ita, d eſt, ſine conjunctione, venuſtius videtur.

24. *Levatum eſſe harum abitu,*] Ex libro Bembino & aliis antiquis, verſuſque ratione, ſcribe *harunc.*

26. *Tu neſcis quod ſcis Dromo,*] Hic quoque ex verſus ratione, & ex o. fere l. s. poſt *neſcis*, adde dictionem *id.*

ACT. IV. SCENA V.

8. *Optabit rurſum*] Hos verſus ita ordina ex libro Bembino, & aliquibus aliis:

Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius.
Syrum optume eccum. SY. *ceſſo hunc adoriri.* CH. *Syre.* SY. *hem,*

10. *Te mihi ipſum dudum exoptabam dari.*] Liber Bembinus, & aliquot alii habent *iamdudum optabam*; & hunc verſum ita ordina ex l. s.

CH. *Quid eſt ?* SY. *te mihi ipſum iamdudum optabam dari.*

22. *Immo ſic ſatis.*] Liber Bembinus, & Vaticanus, *ſi ſcias*, & infra, *ſe ſe ipſe dicit*, non *dicet.*

26. *Hanc ſe cupere uxorem, modo quae inventa'ſt ?* SY *eam.*] Numeroſior eſt hic verſus in libris Bembino, & Victoriano : *Hanc cupere uxorem.* CH. *modo ne quae inventa'ſt ?* SY. *eam.* Videtur & Baſilicanus habuiſſe *modone*, ſed pars ultima eius dictionis abraſa eſt.

28. *Nam prorſus nihil intellego.*] Parvi hoc refert, liber tamen Bembinus habet, *prorſum.*

31. SY. *Id ipſum.* CH. *at illi ego neque do, nec ſpondeo.*] o. l. s. *at ego illi* ; qua collocatione id quod ſequitur huius verſus ſtare non poteſt, niſi legas *deſpondeo*, ut in Victoriano, Vaticano, Baſilicano, & omnibus aliis fere, tam antiquis, quam recentibus libris eſt. nec me ab hoc dimovet diſtinctio Donati dicentis, *ſpondere patrem puellae, deſpondere patrem aduleſcentis :* perſpicue enim apparet poetam hanc diſtinctionem negligere : cum infra in perſona eiuſdemmet Chremetis, patris puellae dicat; *Egon, cui daturus non ſim ut ei deſpondeam ?* in quo verſu legimus, *non ſum*, ex libro Bembino, & multis aliis, cum in Baſilicano, & aliquibus aliis ſit, *non ſim.* utraque lectione verſus ſtat, vel abiiciendo n, ex *egon*, vel *eam* dictionem in unam ſyllabam contrahendo.

33. *Non ego in perpetuum dicebam ut illam illi dares :*] Liber Bembinus, *Non ego dicebam, in perpetuum ut illam illi dares.*

40. *Atqui tum maxime*] Liber Bembinus, *quam maxime.* ego lego *cum maxume*, uſitatiſſimo antiquis dicendi modo : ut & habet Vaticanus liber, & habebat Victorianus.

48. *Saepe ſumma malitia eſt.*] *Eſt malitia*, liber Bembinus numero meliore : nam in trimetris non fere invenias tribrachum in quinta.

50. *Omnes te in lauta & bene acta parte putant.*] Verſus impeditus.

ACT. IV. SCENA VI.

6. *Ut te omnes equidem*] Plerique l. s. inter quos Bembinus, *ut te quidem omnes.* pauci, *ut te omnes quidem*; nullus vero eſt liber, ubi legatur, *ut te omnes equidem.* quod vero ſequitur, *Di deaeque quantum eſt Syre :* in ſcanſione impeditum eſt. aliqui ut verſui conſulerent, coniunctionem *que*, ſuſtulerunt. quod contra omnium librorum fidem eſt, quos quidem nos viderimus.

9. SY. *I tu hinc quo dignus es,*] Magis antiqua videtur lectio libri Victoriani, *In hinc*; & ſic quoque verſus ſtat. Bembinus habet, *is hinc.*

12. *Audiſſe gaudeo,*] o. l. s. *audiviſſe*; & ſuſtentatur verſus contractione huius verbi in antibacchium.

17. CLIT. *Ubi igitur.*] Omnes fere l. s. *ubi ergo ?* quod expeditiorem verſum facit.

19. CLIT. *garris. unde id ?*] Particula *id*, non eſt in libro Bembino, ut & exigit verſus.

23. *Cave quicquam admiratus ſies.*] Omnes quidem libri ita, ſed ratio verſus exigit *ſis*, ut ſit iambus in fine ſenarii, eliſo ex *admiratus* s.

ACT. IV. SCENA VII.

3. *Hei, quid ſtas lapis ?*] Liber Bembinus, pro *hei*, *ii* habet, quam lectionem per unicum tamen *i*, recipio.

8. *Quas pro alimentis*] Liber Vaticanus, *quas hortamentis*, ita & Baſilicanus, ſed fine aſpiratione. Victorianus & Decurtatus, *Quas pro ornamentis.* Bembinus *quas ornamentis* ; recentiores omnes, *quas pro alimentis.* ego ſuſpicor aliquid ineſſe mendi.

10. *Porro haec talenta dotis apposcent duo.*] Liber Bembinus, *apposcunt*. quod & placet: magis enim convenire hic videtur praesens tempus, nubili iam puella.

12. *Mihi nunc relictis omnibus,*] o. l. s. *relictis rebus.*

ACT. IV. SCENA VIII.

7. CH. *Quaeso quid tu hominis es?* ME. *quid?*] Plenior videtur lectio libri Bembini. M. *quid est?* nec versus repugnat, elisō ex verbo *es*, s littera.

10. ME. *Quid dixti Chreme.*] Liber Bembinus, *quid narras*. Sed hoc non magni refert. illud maioris momenti est ex versu, qui sequitur:

Erravi. sic res est acta quanta spe decidi. in contextu libri Vaticani non esse nisi primam dictionem, *erravi*. in Bembino vero illum versum omnino non esse, & sane eum esse subditicium ex insequentibus patet, ubi Menedemus tum denique errorem suum agnoscens, in haec verba prorumpit, id est: *profecto id amicae dabitur*. & interposito Chremetis assensu, *vah, frustra igitur gavisus miser*. ita liquido apparet, quidquid ante haec est, dissensionem esse Menedemi & Chremetis, hoc contendente, Bacchidem amicam esse Cliniae: illo Clitiphonis. quid ergo opus fuit Menedemum hic dicere *erravi*, & cetera quae sequuntur, paulo post eadem illa dicturum? quare eum versum omnino delendum arbitramur. quae vero sequuntur ea ex libro Bembino personae Menedemi attribuimus:

Ea res nunc agitur ipsa. ME. *quid narras Chreme?*
Immo haec quidem, quae aput me est, Clitiphonis est
Amica. ita aiunt. CH. *& tu credis?* ME. *omnia.*
CH. *Et illum aium velle uxorem, ut cum desponderis,*
Des qui aurum, ac vestem, & alia quae opus sunt, comparet.

ME. *Id est profecto.* Hic primo negat Menedemus, id quod asserit Chremes, scilicet per speciem desiderii nuptiarum fallaciam in se a Clinia filio intendi, ad extorquendum argentum, quod Bacchidi detur: non enim hanc eius amicam esse sed Clitiphonis. contra asseverante Chremete id esse compositum inter adulescentes, ut Bacchis, amica Clitiphonis esse dicatur, atque ut Clinia uxorem velle se fingat, ut per speciem uxoris ornandae, & nuptiarum apparandarum, argentum a patre accipiat, quod det Bacchidi. tandem Menedemus in opinionem Chremetis inducitur; actum demum dicit, *id est profecto*, & quae sequuntur.

16. *Frustra igitur gavisus miser.*] In omnibus libris est verbum *sum*; in Bembino quidem, post *frustra*: in aliis post, *igitur*. sed antiquiorem lectionem admittendo, versum ita expedimus, ut vox *frustra* hic ultimam corripiat, quod exemplo non caret: ex *igitur* vero r, elidatur.

25. *Desponsam quoque esse dicito.*] Ex *esse*, unum s, elidendum, vel ex *desponsam*, m.

29. *Sed haec ita ut sunt*] Ubaldinus Bandinellus legebat, *sed haec ut ut sunt*; & est in libro Vaticano. at in Bembino, *sed haec uti sunt*: quae placet lectio.

30. *Abi intro, vide quid postulent.*] Liber Bembinus, & Victorianus, *postulet*, & Clinia subauditur; de quo iam dictum est, *tamo ocius te ut poscat.*

32. *Nam te sciente faciam,*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, *te scientem faciam*, id est, tibi renuntiabo. ita habebat & Victorianus: sed postea ex *scientem*, m, abrasum est.

ACT. V. SCENA I.

5. *In illum nil potest: nam exsuperat eius stultitia haec omnia.*] Pro *nil* o. l. s. habent *nihil*: quae tamen dictio in scansione est contrahenda. Bembinus vero adverbium *nam*, in contextu non habet. sine quo sermo consuetudini accommodatior videtur. ut vero versus sit trochaicus, ut ceteri, elisō ex *illum* l, prior syllaba corripienda; dictio vero *eius*, monosyllaba facienda.

9. *Sed quid interim illic*] o. l. s. *sed interim quid illic*. & versus constat rationibus saepe repetitis.

20. *Sponsae vestem, aurum, aucillas*] Liber Bembinus, & alii antiqui fere omnes, *atque ancillas*: ita etiam versu requirente.

25. *Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium.*] Liber Bembinus, & Victorianus, *sed ille tuum*, ut sit, tuum filium.

26. *Ut ne paululum quidem suholat*] Huius versus secundus pes est trochaeus, tertius anapaestus, elisō m, ex *paululum*, quamvis sequente consonante.

29. *Est mihi ultimis conclave in aedibus.*] Liber Bembinus, & omnes fere alii, etiam ex antiquis, ita collocant, *Est mihi in ultimis.*

procedet

procedet verſus, vel vitando ſynaloepham, vel diſiungendo diphthongum, in voce *aedibus*.

38. *Immo amicae.*] l. s. fere o. *Immo quod amicae*, quae particula explendo & ſermoni & verſui neceſſaria eſt.

39. *Quemquam animo tam communi eſſe, aut leni putas*] Et hic quoque o. fere l. s. inter quos Bembinus & omnes fere antiqui, praeter Baſilicanum, habent, *quemquam ne:* aliqui vero pro *communi*, *comi*; quod mihi maxime placet. Sed multo maxima pars ita ſcriptum, ut & pro *communi* & pro *comi* accipi poſſit, hoc modo *cōi*. Movet me ut *comi* malim, non modo ratio verſus, qui, ſi *communi* legas, ſtare non poteſt; ſed etiam quod non fere vocabulum *communis* invenias in hac ſignificatione, qua hic ponitur, niſi (& id quidem iudicio noſtro mendoſe) apud Suetonium, in vita Claudii, de quo in notationibus emendationum eius auctoris fuſius diſſeremus. Sane & quibuſdam libris impreſſis *comi* legi teſtatur Io. Rivius, ut ſciatur non nos hoc primum animadvertiſſe, nec publicaſſe. Certis tamen de cauſis lectionem vulgatam retinebimus.

40. ME. *Ah ah eh.*] Haec non ſunt in libro Bembino, & certe riſus non videtur habere hic locum. Sed nec verſus haec recipit.

44. *Niſi eſſem lapis?*] l. o. s. *ni eſſem lapis?*

52. *Fac te eſſe patrem ſentiat.*] Antiqua collocatio, *Fac te patrem eſſe.*

57. *Nam ſi illi pergam*] Liber Bembinus *pergo*. Ita habuit & Victorianus.

58. *Mihi illaec vere*] *Vero*, liber Bembinus.

59. *Quot incommoditates in hac re accipies, niſi caves?*] Hic verſus vix mihi videtur ſuſtentari poſſe, niſi forte elidendo ex *quot* t: quae dictio in libro Bembino per d, ſcripta eſt; neque id errore aliquo, ſed perpetuo more eius librarii, & abiiciendo per ſynaloepham ultimam ſyllabam dictionis *commoditates:* eliſo prius s. Ceterum o. l. s. praeter Bembinum, ita habent hunc verſum eodem ſenſu, ſed numero meliore:

Quot incommoda tibi in hac re capies niſi caves?

60. *Difficilem oſtendis*] Aliqui libri, inter quos Bembinus & Victorianus, habent *oſtendes:* ut referatur ad id tempus, quo venia petetur per Clitiphonem a Chremete.

66. *Nihil dos nos movet.*] o. l. s. *nihil nos dos movet.*

70. *Et illum rogitato ſimul,*] Liber Bembinus, *& illum hoc rogitato ſimul.*

74. *Quid agis? mitte ac ſine.*] In libro Bembino aſyndeton eſt, *mitte, ſine.* quod concitate loquenti aptius.

75. CH. *Age jam ut uxorem accerſat, paret*] Liber Bembinus, *ac jam.* omnes vero quotquot ſunt l. s. ita collocant: *Uxorem ut accerſat.*

80. *Haec facere viduae mulieri,*] Omnes fere l. s. *facere haec.* Quae collocatio rationi trochaici ſervit.

ACT. V. SCENA II.

1. *Itane tandem quaeſo*] His addebat Ubaldinus verbum *eſt.* quod & in aliquibus libris legitur, praeſertimque in omnibus antiquis, praeter Bembinum.

4. *Volgo id faciunt.*] Nullus l. s. habet dictionem *id*, praeter Victorianum.

7. *Hic patrem aſtare aiebas?*] In libro Bembino pro *aſtare* legitur *eſſe*; & verſus expeditus eſt. quamquam & illo modo ſtare utrumque poſſit.

21. *Quaeve amentia*] o. l. s. hic addunt verbum *eſt.*

25. SY. *Abiit, & rogaſſe vellem.*] Aliqui libri pro *&*, *ah*; aliqui *hi:* antiquiſſimi *vah*, habent, quod & placet.

26. *Ita nos abalienavit.*] Multi l. s. inter quos Bembinus, Vaticanus, & Baſilicanus, habent *alienavit.* Ita eſt trochaicus, ut ceteri.

27. *Adeon rem rediſſe ut periculum etiam fame mihi ſit Syre?*] Hic trochaicus ita ſuſtentandus eſt, ut prima ſyllaba in praecedentem verſum reiciatur; & *periculum* in *periclum* contrahatur. ut primus pes ſit ſpondeus: ſecundus anapaeſtus: nam *rediſſe* ſcribebat Terentius, quod nos *rediiſſe:* tertius iambus, quartus dactylus.

28. *Modo liceat vivere eſt ſpes*] Hic verſus octonarius iambicus eſt, ponendo in prima ſede proceleuſmaticum, & diphthongum diſſolvendo in *quae*, ut ſit ſpondeus.

33. *Ego dicam quod mihi in mentem.*] o. l. s. *in mente eſt*, praeter Vaticanum. puto vulgatam veram eſſe, & ſubaudiendum, venit.

40. CL. *Verum dicis: quid ergo nunc faciam Syre.*] Difficilis octonarius, niſi legas, *quid ego.* quam lectionem in aliquibus l. s. inveni.

41. *Suſpicionem iſtam*] In libro Bembino eſt *iſtanc*, ut & Priſcianus citat, & ratio verſus exigit.

43. *Sat recte mihi*] o. l. s. poſt *recte*, habent *hoc*.

44. *In mentem venit: namque aduleſcens quam maxime in ſpe ſitus erit,*] Hunc verſum habet contextus libri Bembini ſine dictione *quam*; quae tamen ut ſenſui neceſſaria, deinde ſuperaddita eſt. ego & ex libro ſcripto ſatis antiquo, & ex ratione verſus, pro *namque*, *nam quam* lego. particulam vero *in*, ita expoſcente ſenſu, detraho, ut ſit, *nam quam aduleſcens maxume ſpe ſitus erit. ſitus autem ſpe*, expone, derelictus, ſive demiſſus a ſpe: *ſino* enim & pro dimitto accipitur, ut & ſupra in Heautontim. *ſine me vacivom tempus ne quod dem mihi laboris.* item in Adelphis: *quiſquis es ſine me.* & in Phormione, *imprudens timuit aduleſcens, ſino.* quae duo extrema etiam a Donato citantur in Hecyra, probare volente idem eſſe ſino, ac mitto. ſane hanc lectionem non habebat a principio liber Bembinus: ſed aliam quandam, ut ex veſtigiis eius abraſae conicere licet, longe & ab hac, & ab ea quae eſt in aliis libris, diverſam. nos tamen hanc, quam ſupra poſuimus, quae illi abraſae ſubſtituta fuit, ut ceteris antiquiorem, & ab Aldo iam receptam, ſecuti ſumus, detracto ut ſupra diximus, *in*, propter ſenſum.

45. *Tam facillime boni patris pacem*] Dictionem *boni*, auctoritate omnium librorum delevimus.

46. *Etiam haud ſcio an ne uxorem ducat:*] Aliquot libri, inter quos Bembinus, non habent particulam *ne*, ſine qua verſus eſt trochaicus, ut ceteri.

47. *Quid autem hoc?*] o. l. s. *quid hoc autem?* verſus eſt trochaicus tetrameter acatalectticus, ut ſequentes.

48. *Miror non inſſiſſe me adripi; ad Menedemum hinc pergam.*] Omnes fere recentes libri, & cum his Baſilicanus, ita habent; *miror non juſſiſſe ilico arripi me. hinc nunc ad Menedemum pergam.* Victorianus, & Decurtatus priorem partem huius verſus, ſimiliter ac recentes habent: poſteriorem hoc modo, *arripi me; ad Menedemum hinc pergam.* Bembinus ſic, *Miror continuo non inſſe me adripi: ad Menedemum hunc pergam.* qui verſus eſt trochaicus acatalectticus, ut ceteri.

49. *Eum precatorem mihi paro:*] o. l. s. *eum mihi precatorem paro.*

ACT. V. SCENA III.

2. *Idque adeo miror, quomodo*] Hunc verſum dimetrum iambicum ab ceteris ſeparamus: reliqua ut in libro Bembino, in quo eſt, *pergin mulier odioſa eſſe?* in hos verſus octonarios iambicos ordinamus, ſervata etiam collocatione illorum verborum, quae eſt in antiquis libris, *mihi fueris advorſatrix.*

CH. *Pergin mulier odioſa eſſe? nullam ne ego rem umquam in vita mea*
Volui, quin tu in ea re mihi fueris advorſatrix Soſtrata?

8. *Haec eadem oratio.*] Nullus eſt liber, praeter Bembinum, qui habeat pronomen *haec*; quo dempto (neque enim multum ad ſenſum facit) verſus melius habebit. ſenſum autem hunc puto eſſe horum verborum, ut Soſtrata per interrogationem dicente, ego neſcio? ipſe fateatur eam ſcire potiuſquam amplius ſuper hac re contendendum ſit, & eadem oratio utrinque repetenda.

12. *Subditum ſe ſuſpicatur.* CH. *ſubditum. ain tu?* SO. *certe inquam mi vir.*

CH. *Confitere tuum non eſſe.* SO. *ah obſecro te, iſtuc inimicis ſiet*] In libro Bembino legitur, *certe ſic erit.* & pro *ah*, *au.* eae vero tres dictiones, *tuum non eſſe*, penitus in eo libro non ſunt. quam nos lectionem ut vetuſtiſſimam & ſenſui, ac verſibus, qui aliter ſtare non poſſunt, accommodam reponimus. Sunt autem tetrametri trochaici; prior quidem hypercatalectticus, poſterior catalectticus. mallem tamen (ſi demere liceret ex reſponſione Chremetis dictionem *ſubditum*) quod fieri poſſet nullo detrimento ſenſus, etiam ſuperiorem eſſe catalectticum. ſed quia ſic quoque ſtare poteſt, ſic relinquemus. itaque legemus:

Subditum ſe ſuſpicatur. CH. *ſubditum? ain tu?* SO. *certe ſic erit,*
Mi vir. CH. *confitere.* SO. *au, obſecro te, iſtuc inimicis ſiet.*

Quod autem in futuro dicit, *certe ſic erit*, confirmando id quod iam in praeſenti dixit, *ſubditum ſe ſuſpicatur*, huius locutionis multa iam exempla veterum adduximus in Eunucho, ſuper eo verſu: *Verbum hercle hoc verum erit.*

15. *Quid metuis? nonne cum velis, convincas illum eſſe tuum?*] Omnes fere l. s. & in his Bembinus, ita collocant: *Quid? metuis, ne non cum velis, convincas eſſe illum tuum?* verſu & compoſitione meliore.

19. *Quin*

19 *Quin id itidem ſit tibi.*] In nullo libro ſcripto eſt dictio, *id*; qua dempta verſus ſtare non poteſt. nos Bembinum ſequemur, in quo eſt, *quin ſit & idem tibi.* verſumque ſuſtentamus producendo dictionem &.

ACT. V. SCENA IV.

2. *Dictus filius tuus tua voluntate*] Liber Bembinus, *veſtra volontate.* quod & placet; ut conſenſum in hoc utriuſque parentis oſtendat. non tamen muto.

10. *Fraus, heluo,*] In libro Bembino & aliis antiquis *helluo*, per duo l, ſcriptum eſt.

12. *Non ſunt haec iam parentis dicta.*] *Jam* non eſt in ullo l. s. quod & ratio trochaici reſpuit.

15. *Deos neſcio, ego quod potero enitar ſedulo.*] Ex auctoritate libri Bembini dempto *enitar*, trochaicum hunc ſanamus, nec vero ſenſui quicquam deeſt: ſubaudiendum eſt enim, prohibebo, ab eo quod dictum eſt ſupra, *Di iſtuc prohibeant.*

19. *At te illud nullo modo facere piguit.* CL. *eheu quam ego nunc*] Bembinus & aliquot alii libri, ita habent: *At te id nullo modo facere puduit.* ita optime ſtat trochaicus. quae vero ſequuntur in Bembino, ſunt ſine pronomine *ego.*

21. *Neque quod principium incipiam*] Ita in Bembino: at in Vaticano & Baſilicano, *principium incapiam.* ex quo conieci legendum forte, *principium capiam*, ſicut & in Eunucho: *quod dedit principium.*

ACT. V. SCENA V.

4. *Et quod dixi dotis*] o. l. s. *Et quod dotis dixi.*

6. *Sine te exorem.*] In libro Bembino ſcriptum fuerat *exorent*; poſtea deleto n, remanſit *exoret*; quod & placet. nam cum eo quadrat, quod dictum eſt: *Da veniam.*

8. SO. *Age Chremes.*] Bembinus liber his addit dictionem *mi.* ita conicio fuiſſe ſcriptum & in Victoriano, in quo vacat locus huiuſmodi particulae abraſae.

10. *Si faciat*] Idem liber, *ſi facit*; ut exigit verſus.

16. *Ego pol tibi dabo puellam lepidam.*] Ex eodem libro lego *illam lepidam:* ita ſtat trochaicus. aliter eſſet, octonarius iambicus, inter trochaicos.

20. CLIT. *Quid iſtic?*] Liber Bembinus *immo.*

21. *Archonidis filiam.*] Idem liber *Archonidis huius filiam.* nec aliter ſtat trochaicus. & ita etiam citat Priſcianus libro ſexto.

IN ADELPHOS.

PROLOG.

4. *INdicio de ſe ipſe erit.*] Commodum videtur huic verſui ſuſtentando ex *ipſe* vel p, vel s, elidere: vel ex *erit*, t.

5. *Duci factum oporteat.*] Interpone pronomen *id* poſt *factum*, ex libro Bembino & Victoriano.

8. *Qui lenoni eripuit*] Omnes fere l. s. & Donatus *eripit:* quod & verſum iuvat, & convenire alioqui magis videtur loquenti de argumento fabulae, uti praeſenti quam praeterito. ut in prologo Eunuchi, *In ea eſt parasitus Colax.*

17. *Quod illi maledictum vehemens exiſtimant*] Poſt *vehemens*, interpone verbum *eſſe*, ex o. l. s.

ACT. I. SCENA I.

4. *Aut ubi ſi ceſſes,*] Omnes antiqui libri, *aut ibi.* ita & Donatus, qui in hunc locum haec dicit: *Aut ibi, uſpiam: ſignificat enim ſcilicet uſpiam in loco, & ad locum.*

8. *Aut te amari,*] Liber Bembinus, Baſilicanus, & Donatus: *aut te te amari*, ut & verſus expoſcit. Victorianus habet, *aut de te amari.*

8. *Aut animo obſequi*] Iidem libri vetuſti: *atque animo obſequi.* Donatus, *aut.*

9. *Tibi bene eſſe,*] Antiqui libri omnes habent, *& ubi.* Sicut & infra, *& quibus nunc ſollicitor rebus:* ſed hic &, tranſit in ſcanſione in praecedentem verſum.

12. *Aut perfregerit*] Omnes fere antiqui libri, *praefregerit.*

15. *Atqui ex me hic non natus eſt.*] In libro Bembino & aliis antiquis pro, *Atqui*, eſt, *atque*, particula inceptiva. quod vero ſequitur in o. l. s. ita collocatum eſt, *hic natus non eſt.*

35. *Venit ſaepe ad me clamitans,*] Et Donatus & liber Bembinus & Baſilicanus, & Victorianus, & multi alii, ita collocant, *Venit ad me.*

37. *Sumptus ſuggeris?*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, item Donatus: *ſumptum ſuggeris?*

39. *Nimium ipse durus est praeter aequumque & bonum.*] Bembinus liber commodius versui collocat, *est durus.*

43. *Mea est sic ratio.*] o. l. s. & Donatus, *Mea sic est ratio.*

48. *Studet par referre,*] Vel ex *studet* t, elidetur: quod est insolens, vel ex *par*, r.

46. *Rursum ad ingenium*] Antiqui libri, praeter Basilicanum, & omnes fere alii, & Donatus, *rursus.* Immo Bembinus prius habebat *rursum:* ut & habet Basilicanus.

ACT. I. SCENA II.

1. *Hem, opportune.*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, & Basilicanus, *ehem:* quod magis convenit actibus repentinis, ut est subitus eius, quem quis quaerit, aspectus.

2. *Rogitas me?*] Liber Bembinus & Victorianus, & multi alii, *rogas me?*

3. *Quid is fecit?*] Dictionem, *is*, delemus ex auctoritate libri Bembini & Basilicani: quae nec alioqui necessaria videtur: de Aeschino enim sermo est, & de eo utique intelligitur.

4. *Neque metuit quemquam:*] Omnes fere l. s. *nec.*

10. *Multavit*] Omnes antiqui libri, *mulcavit.*

24. *Non sivit egestas*] Liber Bembinus, *non siit.*

30. *Alieniori aetate*] Libri antiqui & Donatus, *alieniore.*

31. *Pro Iuppiter, tu homo adiges me ad insaniam*] Liber Vaticanus, Basilicanus, & Donatus, *rediges.* idem Donatus in sequenti scaena super eis verbis, *qui insanire incipiunt ex iniuria*, citans hunc locum, legit *redigis*, quod lectionem Bembini, Victoriani & Decurtati ex parte confirmat, in quibus *adigis* legitur: quod probamus.

45. *Pater esse disce ab aliis qui vere sciunt.*] *Ab aliis* Donatus citat: nos tamen malumus *ab illis*, ut & in antiquis libris est, & multis aliis.

52. *Ah Micio.*] Liber Bembinus, *a*, sine aspiratione habet: Victorianus & Basilicanus *aha*; Decurtatus & aliquis liber Donati *ha.* supra etiam per exclamationem dixit, *ah, si pergis.*

53. *Quid istuc? tibi si istuc placet,*] Liber Bembinus & Victorianus, *Quid istic?* & Donatus quoque, si bene consideretur, ita legit: exponens enim haec duo verba sic dicit, *Quid istuc? deest loquor, aut resisto.* haec ille. Certum est autem non dici, resisto istuc, sed istic. quae vero sequuntur verba, ita in omnibus libris scriptis collocata sunt, *si tibi istuc placet.* versus autem stat, elisо, ex *quid*, d, & ex *tibi istuc*, s.

65. *Tamen vix humane patitur.*] Ex *tamen* n, eliditur ut stet versus: alii modico negotio se explicuerunt, legendo *vix tamen:* quam nos collocationem non admittimus, quia in nullo eam libro scripto invenimus.

ACT. II. SCENA I.

Ne cui forte, putanti Demeam in superiore scaena Micioni narrasse ea, quae inducuntur hic fieri, ordo rerum praeposterus esse videatur, animadverti debet, bis Aeschinum cum lenone esse rixatum: prius quidem, cum ex domo lenonis fidicinam abduxit, cuius rei sparso statim per urbem rumore, ad Demeamque delato, mox ad id Micioni nuntiandum, Demeam cucurrisse. Interim Aeschinum fidicinam deducentem insequente eum lenone, domum suam, id est Micionis, pervenisse. quo cum introducere eam vellet, tum lenone id prohibente, secundam rixam extitisse. Haec ita esse clarissime ostenditur, cum de priore quidem rixa dictum sit, *Fores effregit:* nimirum lenonis: & *abduxit mulierem, quam amabat.* in posteriore autem, servo quidem dicatur, *Abi praestrenue, ac fores aperi*: fores scilicet aedium Micionis patris Aeschini: ipsi vero fidicinae, *i intro nunc iam.*

1. *Obsecro populares*] Tres primi versus huius scaenae, item sextus, octavus, & undecimus sunt trochaici tetrametri acatalectici: reliquorum versuum, qui sunt in principio huius scaenae, quartus iambicus dimeter est: quintus, qui videtur iambicus tetrameter acatalecticus, si tamen in eo in *sceleſtus* paenultimam corripias, abiecto s, erit simul cum septimo, nono, decimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimo, quintodecimo, & sextodecimo, trochaicus catalecticus. item tertiusdecimus, abiecto s, ex *fores:* factaque synaloepha. reliqui versus, partim trochaici catalectici sunt, partim octonarii iambici.

15. SA. *hem, sic volo.* AE. *cave nunc.*] Ex auctoritate libri Bembini personae his verbis ascriptae deleantur: sunt enim omnia verba Aeschini.

16. *Quoquam dimoveas tuos:*] Liber Bembinus & alii antiqui, *demoveas.*

17. *Ne mora sit, si innuerim*] *Innuero* est in omnibus recentibus: nos tamen lectionem antiquam

antiquam ſequemur: ita eſt octonarius iambicus, ut praecedens, & duo ſequentes.

27. *Iam intro arripiere*;] Liber Bembinus & Decurtatus, *abripiere*.

29. *Aequam eſſe omnibus*?] o. l. s. *eſſe aequam*.

31. *Egon debacchatus ſum in te, an tu in me*?] Variant hic libri ſcripti: nos antiquiſſimos ſequemur, in quibus omnibus ita eſt: *Egon debacchatus ſum autem, an tu in me*? cum enim non dixerit Aeſchinus lenonem in ſe debacchatum, ſed tantummodo debacchatum, leno quoque id ſimpliciter negat, ſubdens eum potius in ſe debacchatum. ſane prima huius verſus ſyllaba pertinet ad praecedentem.

31. *Omitte iſta*.] o. l. s. & Donatus, *mitte iſta*.

32. *Quod ad te attinet*?] Liber Bembinus, Baſilicanus, Victorianus, & multo maxima pars aliorum, his praeponit pronomen *id*. & ſtat verſus abiiciendo d, ex *quod*.

33. *Cupio, modo aequi aliquid*.] Et Bembinus & Victorianus, & omnes fere alii l. s. *cupio: aequi modo aliquid*.

36. *Nam hercle etiam id reſtat*.] Liber Bembinus, *hoc reſtat*

38. *Argenti tantum tibi dabitur*.] Idem liber & Baſilicanus, & Victorianus & multi alii non habent dictionem *tibi*, ut & exigit verſus, qui eſt octonarius, attributa tamen prima eius ſyllaba verſui praecedenti.

40. *Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu*.] Donatus & o. l. s. *nam ego liberali illam a. c. m*.

48. *Age iam cupio; ſi modo argentum reddat. ſed ego hoc hariolor*.] Ex *ſed* d, eliſo, & τὸ *hoc* correpto, dactylus erit in ſexta ſede trochaici.

54. *Fruſtra egomet mecum has rationes deputo*.] Duo antiquiſſimi libri Bembinus & Victorianus, *puto:* & ſic quoque ſtat verſus: immo etiam numeroſior eſt.

ACT. II. SCENA II.

1. *Tace: egomet*] Verſus hic trochaicus tetrameter acatalecticus.

4. *Quam quae hodie inter nos fuit*.] In libro Bembino & Victor. eſt *quam haec hodie:* ut & verſus expoſcit.

6. *Quid agerem*?] Duo antiqui libri, inter quos eſt Bembinus, *quid facerem*? utroque modo proceleuſmaticus eſt in tertia ſede octonarii iambici.

8. SA. *Hui*. SY. *metuiſti ſi nunc*] Haec omnia in iiſdem libris & Baſilicano, Syro aſcribuntur.

20. *Illuc vide*.] o. l. s. *illud vide*.

23. *Niſi eo ad mercatum veniam*,] Donatus & o. l. s. *venio*.

24. *Nunc ſi hoc omittam, actum agam*.] Liber Bembinus & Victorianus & Donatus, *omitto*.

27. *Quam aut hinc nunc manere*] Idem liber & aliquot alii, *quam aut nunc manere*. alii & Donatus, *quam aut hic manere*. his duobus modis ſtat verſus, aliter impeditus.

28. *Quod ad te rediturum putes*?] Multi antiqui libri, inter quos Bembinus, item Donatus, his anteponunt dictionem *id*.

42. *Scio non te uſum*] Liber Bembinus ita collocat: *ſcio te non uſum*. ita & omnes alii, niſi quod poſt *uſum*, addunt verbum *eſſe*. quod ſtare non poteſt: Baſilicanus, *ſcio te non eſſe uſum*.

ACT. II. SCENA III.

2. *Si quem aequom'ſt benefacere, is facit*.] Donatus & liber Bembinus, Victorianus, & Decurtatus: *Si quem aequom'ſt facere, is benefacit*. reliqui omnes libri geminant lectionem *bene:* quod ſtare non poteſt.

6 *Fratrem homini neminem eſſe*] Lego, ut in libro Bembino & aliquibus aliis, *homini nemini*. ita etiam videtur legiſſe Donatus, licet aliter habeant eius libri. nam cum comparative legat, dicens ſubaudiendum eſſe, quam mihi, procul dubio debet eſſe cui comparetur, id eſt *homini nemini*.

9. *Qui omnia ſibi poſt putarit eſſe prae meo commodo*.] Donatus pro *qui*, legit *quin:* dicens admirative pronuntiandum. & ita habet liber Vaticanus, ita & in Bembino emendatum eſt. itaque etiam exigit verſus, qui eſt octonarius iambicus: ſed ſi legas *quin putarit*, non convenit, ſed *putavit*. quod & ipſum in aliquot libris ſcriptis inveni. eſt autem plenum *quine*, ut *Quemne ipſa reliqui*. deinde abiecto e, remanet *quin*.

11. *Sed quiſnam foris crepuit*?] Idem liber, item Donatus, non habent dictionem *ſed*; & pro *quiſnam*, *quidnam* legunt, ut & liber Victorianus. *fores* vero, pro *foris* tantum Donatus, & idem liber Victorianus, ac Decurtatus, & Baſilicanus; exponemus autem *quidnam fores crepuit*, qua de cauſa ſonuit ianua.

11. SY. *mane, ipse exit foras.*] o. l. s. & Donatus geminat dictionem *mane*; quare totum versum ita legerim: *Nihil pote supra. quidnam fores crepuit? mane mane, ipse exit foras.* ut in quarta sede sit proceleusmaticus, elisо ex *fores*, s.

ACT. II. SCENA IV.

1. *Men quaerit?*] Melius liber Bembinus, *me quaerit*. nec interrogative pronuntiandum est: non enim quicquam dubitat, audito sacrilegi nomine, quin ipse quaeratur.

2. *Te ipsam quaerito.*] Omnes fere l. s. *quaero.* utroque modo stat versus.

3. *Tristitiam tuam.*] Liber Bembinus, *tristitiem.*

4. *Ego illam hercle vero omitto,*] Hic & sequens versus, in libro Bembino, & multis aliis, ita ordinati sunt in octonarios iambicos:

Ego illam hercle vero omitto, qui quidem te
habeam fratrem, o mi Aeschine,
O mi germane, ah vereor coram in os te
laudare amplius.

Sed in priore versu ex *quidem* m, elidetur; quamvis sequente consonante. *habeam* vero, in duas syllabas contrahetur.

6. *Quam quod habeam gratum*] Liber Bembinus *quo*, ut & exigit versus. *quo* autem pro *quod*, expone.

7. *Sed hoc mihi dolet,*] Donatus, & liber Bembinus, non habent dictionem *sed:* quod & venustius est & versui congruentius.

11. *Paene ex patria.*] Liber Bembinus, *paene e patria.*

19. *Tunc perpetuo perierim.*] Omnes fere l. s. *Tum.*

20. *Bono animo esto.*] Liber Bembinus & Basilicanus *bono animo es.* ita optime versus procedit.

ACT. III. SCENA I.

1. *Quid nunc fiet?* CA. *quid fiet rogas?*] Liber Bembinus, Victorianus, & Decurtatus, *quid fiat?* sane in omnibus libris hic versus terminatur in *rogas*, est autem trochaicus catalecticus, cum sequentes sint octonarii iambici.

ACT. III. SCENA II.

6. *Hocine saeculum?*] Liber Bembinus, Victorianus, & Basilicanus, *saeclum.* utroque modo stat trochaicus.

14. *Ut iram hanc*] Lege ex libro Bembino, & aliis fere omnibus, *ut ego iram hanc.*

18. *Sublimem medium arriperem, capite primum in terram statuerem;*] Alia collocatio mihi magis probata est in libro Bembino:

Sublimem medium primum arriperem, & capite in t. s.

26. *Animum recipe.*] Placet mihi lectio libri Bembini, *animam recipe:* hoc enim & Terentii sensui, & iis quae Donatus de anhelitu dicit, magis quadrat.

27. *Eloquere obsecro quid sit.*] Multi l. s. inter quos Bembinus, post *eloquere*, addunt *ergo*; quod vero sequitur, etiam praeter eos libros & Basilicanum, Donatus habet hoc modo, *obsecro te quid sit*; quae mihi plenior videtur oratio: versui certe optime consulit.

28. SO. *Quid ergo is?*] o. l. s. *quid is ergo?* & eo amplius liber Bembinus & alii antiqui, *ab nostra.*

31. *Satin hoc certe?*] Donatus legit, *sciſne hoc certo?* libri antiqui, inter quos Bembinus, *satine hoc certum'st:* quod vero sequitur, solus Bembinus ita habet: GE. *certum.* quam responsionem interrogatio, quae per *certum est*, facta, videtur exigere.

32. *Nostrum Aeschinum?*] *Nostrumne Aeschinum?* habent aliqui libri etiam antiqui, inter quos Bembinus: qua lectione optime stat trochaicus.

33. *In quo nostrae spes, omnesque opes sitae*] o. l. s. ita collocant, *spes opesque omnes sitae.*

36. *Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, patrem*
Ita obsecraturum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere.] Liber Bembinus & Vaticanus pro *patrem*, habent *patris.* ut sit ordo, in gremio sui patris. in Basilicano, & plerisque aliis legitur *patres*; quod & hanc lectionem ex parte confirmat. Quod vero sequitur, ita Bembinus habet: *hanc si uxorem ducere*; ut coniicere detur *si*, pro *sibi*, sicut *mi* pro *mihi*, antiquos scripsisse. nec sane aliter stat versus, nisi aut ita scribas, aut certe in scansione eam dictionem in unam syllabam contrahas: quae deinde per synaloepham elidatur.

37. *Porro consule.*] Donatus & omnes, quotquot sunt l. s. praeter Vaticanum, *porro prospice.*

38. CAN. *au au, mi homo,*] Liber Bembinus & Victorianus & Donatus, semel tantum *au*, habent.

39. *An hoc proferendum tibi usquam esse videtur?*] o. l. s. *tibi videtur esse usquam*, praeter Bembinum, in quo legitur *usquam esse.*

Ceterum

Ceterum prima huius verſus ſyllaba in praecedentem verſum reiicitur. verſus vero ſtat abiector, ex *videtur*, item m, ex *quidem*: quamvis conſonans conſequatur.

41. *Nunc ſi hoc palam proferemus,*] Lectio libri Bembini, in quo eſt *proferimus*, verſum hunc ſuſtentat.

44. *Quapropter quoquo pacto celato eſt opus.*] Liber Bembinus, & omnes fere alii, *tacito'ſt opus*. & ita verſus ſtat: aliter non.

45. GE. *quid agis?*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, *quid ages?* ut & exigit ratio, cum ſequatur reſponſum Soſtratae in futuro, *proferam*.

46. *Pejore res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt.*] Ex libro Bembino pro *poteſt*, lego *potis eſt*; aliter nullo modo poteſt procedere hic verſus, neque ut iambicus, neque ut trochaicus.

52. *Quid iſtuc?*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, & Victorianus, *quid iſtic?* ita & Donatus; nam quamvis in eo mendoſe legatur, *quid iſtuc?* tamen in expoſitione aſſerit hoc ita dici, quaſi diceretur, quid hic reſiſtam? ſane ita ordinantur verſus in libro Bembino & aliquibus aliis, ut ponatur ante haec verba dictio *experiar*, & ſit hic integer verſus,

Experiar. GE. *quid iſtic? accedo ut melius dicas.* SO. *tu quantum potes,*

Eſt autem octonarius iambicus, ut ceteri, reiecta prima ſyllaba in praecedentem verſum.

53. *Abi atque Hegioni, cognato huius, rem omnem enarrato ordine.*] Aliqui l. s. inter quos Bembinus, ita habent, *rem enarrato omnem ordine*. in *Hegioni* autem duae mediae vocales in unam coeunt, & pro *huius*, Bembinus habet, *eius*.

ACT. III. SCENA III.

2. *Una affuiſſe.*] Liber Bembinus, *fuiſſe*.

4. *Ad nequitiam adducere.*] Idem liber, *ad nequitiem*, quod magis ſapit antiquitatem.

10. *Non oſtendam me id velle.*] o. l. s. *id me velle*.

ACT. III. SCEN. IV.

5. *Mihi qui dediſſem conſilium,*] Eſt in aliquibus libris, & inter eos Bembino & Baſilicano, *qui id dediſſem*.

15. *Sinito ludere pauliſper, ubi ego venero, exoſſabitur.*] In Bembino pro *pauliſper* eſt *tantiſper*: quamvis deinde mutatum in *pauliſper*. ſed retinendo antiquam lectionem, *tantiſper* abſolute ponitur: idemque eſt quod, interea. ſane in eodem libro pro *venero*, eſt *rediero*: quod & ipſum placet.

26. SY. *Eſt iam intus.*] Super his verbis Donatus haec dicit: *Eſt iam intus, ut ellum confidens, catus*. ex iis Donati verbis adducor ut credam, atque adeo pro certo teneam, legendum eſſe, *ellam intus*. aliter quae ex Andria huc citat, non quadrant.

27. DE. *haecine fieri flagitia.*] Liber Bembinus non habet dictionem *flagitia*, ſine qua procedit ſenarius ſine detrimento ſenſus.

32. *Ille futilis, ſomnium. ſineres vero illum tuum*] *τὸ futilis* non habet, nec Donatus, nec liber Bembinus, aut Vaticanus: quae dictio & valde impedit ſenarium, qui ea deleta ſuſtentatur, corripiendo priorem in *ille*: addendoque dictionem *tu*, poſt *illum*, ex libro Vaticano & Baſilicano, quam recentiores habent poſt *vero*: Bembinus vero nuſquam.

33. *An non ſex totis menſibus*] o. l. s. *aut non*.

34. *Quam ille quicquam coeperit?*] In aliquibus libris Terentii, & Donati ſcriptum eſt, *coeperet*: & ita in hunc modum Priſcianus citat.

39. *Satis ſcis ibi eum eſſe?*] Dictio *eum*, in nullo eſt l. s. quam & alioqui verſus reſpuit, nec ſermo deſiderat: utique enim intelligitur *eum*.

39. *Qui egomet produxi.*] Hic variant libri. alii *qui*; ut Bembinus & Baſilicanus: alii, *quin*: alii, *quem*; ut Victorianus & Decurtatus ac Donatus: quos ſequimur.

52. *Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas omnium*] Liber Bembinus habet, *in vitas*.

66. *Et moneo quid facto uſus ſiet.*] Liber Bembinus *uſus ſit*. ita pulchre ſtat ſenarius, eliſo ex *uſus*, poſteriore s.

70. *Tu rus hinc abis?* DE. *recte.*] O. fere l. s. inter quos Bembinus & Victorianus, *hinc ibis*, ut & exigit verſus. ſolus vero Bembinus pro *recte*, habet *recta*; quod maxime placet: ut ſit ſenſus, recta eo rus.

71. *Nemo obtemperat.*] *Obtemperet* eſt in aliquot libris etiam antiquis, & in iis, Bembino.

75. *Sed quis illic eſt quem procul video?*] Aptior verſui collocatio eſt, quae eſt in libro Bembino, & Donato, *Quem video procul*. in eo vero, quod mox ſequitur, *eſt ne hic Hegio*, particulam *hic*, non habent nec Donatus, nec liber Bembinus, nec multi alii.

76. *Tribulis noſter?*] Hic verſus & ſequens, in libro Bembino, Victoriano, & aliis omnibus,

bus, ita ordinati ſunt, *Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercleſt. vah.*

77. *Homo amicus nobis iam inde a puero. Di boni,*] Horum poſterior verſus optime procedit: prior haeret. & neceſſe eſt, aut eum facere trimetrum iambicum ſcazontem, aut legere, *hercule.* dictionem vero *vah*, ſequenti verſui applicare.

ACT. III. SCENA V.

8. *Ni facient*] o. l. s. & Donatus, *niſi facient.* & eſt in prima ſede proceleuſmaticus.

15. HE. *te quaerebam ipſum.*] Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, *oh, te quaerebam ipſum.*

18. *Functus eſt officium*] Antiqui libri ita collocant, *functus officium eſt.*

22. *An quicquam eſt etiam amplius?*] Liber Bembinus, *an quid eſt e. a.*

30. *Ille bonus vir, nobis pſaltriam, ſi dis placet,*] Vel *pſaltriam* ſpondeus eſt per ſynizeſin duarum extremarum vocalium: vel, quod magis placet, *ille bonus*, proceleuſmaticus eſt, eliſo uno l, ex *ille*, & s, ex *bonus*.

31. *Illam deſerat.*] Liber Bembinus, & aliqui libri Donati, *deſerit.* quod forte melius eſt, contra o. l. s.

35. *Praeterea, ut captus eſt ſervulorum, non malus,*] Dictioni *ſervulorum* verſus repugnat: ſervorum admittit: ut in libro Bembino eſt, itemque Donato, hos Afranii verſus citante: *Is, ut ſervorum captus eſt, facillime domo atque noſtra familia provenditur.*

38. *Coram ipſo cedo.*] Liber Bembinus & Vaticanus: *coram ipſum, cedo:* id eſt, exhibe eum in conſpectum noſtrum.

44. *Quod vos ius cogit,*] Antiqui libri pro *ius, vis* habent, ſed Bembinus, etiam aſcriptam in margine interpretationem, *Vis*, neceſſitas legum. quanvis autem in libris Donati haec dictio ita ſcripta ſit, ut & pro *vis*, & pro *ius*, legi poſſit: ſi tamen interpretationis eius verba conſiderentur, apparet eum *vis* legiſſe; dicit enim, *vis*, legum intelligitur; ubi ſi ius legiſſet, ſupervacue expoſuiſſet *ius*, legum.

47. *Hanc defendam,*] o. l. s. & Donatus, *defendam hanc.* ut & ratio verſus expoſcit.

48. *Una a pueris parvoli*] Liber Bembinus, *parvolis.* alios quoque libros vidi, in quibus prius ita erat, ſed deinde ex ea voce s, abraſum fuit.

49. *Sumus educati.*] Vix ſtare hic verſus poteſt, niſi legas, *educti.* quod tamen in nullo l. s. eſt.

54. *Conſilium, id exequar.*] Omnes libri antiqui, & plerique alii ex recentibus, *id ſequar.* ſane in Bembino totus hic verſus deerat, ſed qui eum in margine aſcripſit, ſcripſit *exequar.*

55. *Tecum animo cogites,*] Lectio libri Bembini, Victoriani, Baſilicani, *cum animo cogites*, ſanat hunc verſum.

56. *Quam eſtis maximi*] Victorianus, & omnes fere l. s. *quam eſtis maxime*, ut conſequentia ſermonis videtur exigere: ſequitur enim *tam maxume.*

62. *Non me indicente haec fient.*] *Fient* Bembinus liber, ſed alii omnes *fiunt.* & ut videtur, etiam Donatus, qui aſſerit hoc Demeam dicere, quia dixerat, *ipſe ſentiet poſterius.* quod non quadraret, ſi nunc de futuro loqueretur: ſenſus enim eſt, haec fiunt me non tacente, ſed potius reprehendente: poteſt tamen ſuſtentari *fient*, ut ſit, haec tacente me, non admittentur, quin ea reprehendam & obiurgem. quod tamen durum eſt, cum haec praeterita iam ſint, nec tractum praeſentis temporis habeant. hic gloſſema aſcriptum eſt in margine libri Bembini; *Indicente*) *tacente: nove, immo potius* κατ' ἀρχαϊσμὸν: *nam nuſquam legimus, niſi in hoc loco: indicentem enim dixit, non dicentem.*

63. *Utinam hoc ſit modo defunctum.*] Duo antiqui libri Bembinus & Victorianus, *utinam hic*, habent. ita *defunctum* impersonale erit: ut ſit ſenſus: utinam ſit defunctum hic, id eſt, in hoc negotio: ne Aeſchinus peiora committat.

ACT. III. SCENA VI.

5. *Sin aliter de hac re eſt eius ſententia,*] Scandendus hic verſus eſt contractione *eius* in unam ſyllabam: aut ea dictio delenda, quae nec in libro Bembino eſt.

ACT. IV. SCENA I.

1. *Ain' patrem hinc abiiſſe rus?* SY. *iamdudum.* CT. *dic ſodes.* SY. *apud villam eſt.*] Verſus hic eſt trochaicus tetrameter acatalecticus.

2. *Nunc eum maxume operis aliquid facere credo.*] Legendum *nunc cum maxume*, ut in libro Bembino & Vaticano eſt. verſus autem eſt trochaicus catalecticus. Donatus, in hac parte corruptus, nec *eum*, nec *cum*, ſed *autem* habet.

7. *Et illud rus*] Hunc verſum & ſequentem ita ordinatos habet liber Bembinus, *Et*

illud rus nulla alia cauſa tam male odi, niſi quia prope'ſt. Quod ſi abeſſet longius. Prior verſus iambicus eſt octonarius, qui multis quidem rationibus ſuſtentari poteſt; ſed haec mihi ſimpliciſſima videtur, ut ex *tam* m, elidatur, quamvis ſequente conſonante. poſterior vero iambicus dimeter, non facta ſynaloepha in *ſi abeſſet*; vel facta, trochaicus dimeter catalecticus.

9. *Quam huc reverti poſſet iterum.*] Finis eſt verſus trochaici tetrametri acatalectici. puto tamen eum corruptum, & pro *poſſet* legendum eſſe *poſſiet*. dictionem vero *iterum*, delendam, eo magis quod in libro Bembino non omnino legitur, *poſſet iterum*, ſed *poſſe iterum*. in quodam vero alio libro, *poſſet iter*. quod non ita multum diſtat a *poſſiet*. ita verſus eſſet octonarius iambicus, ut ceteri. quod ſi etiam ſenſum ſpectes, ſi Demea, qui ſemel tantum rure venerat, nunc rediſſet, non reverſus iterum, ſed tantummodo reverſus eſſet.

11. *Rogabit ubi fuerim.*] Liber Bembinus, *rogitabit*. quod inſtantius eſt.

12. *Nihil ne in mente eſt?*] Ita aliqui libri, ſed plerique, inter quos Bembinus, *nihilne in mentem eſt*. ego ex infra ſcriptis verbis Donati coniicio legendum ſine verbo, *eſt: nihilne in mentem?* ut ſubaudiatur *venit:* dicit enim ſuper eo verſu: *Hiſce opera ut data ſit.) A ſuperiore ſubauditur, veniat in mentem:* haec Donatus. Non poſſet autem ſubaudiri, veniat, niſi ſupra eſſet, aut in voce, aut in ſenſu. Sane hic locus ſimilis eſt ei, qui in Heautontimorumeno eſt, *ego dicam, quod mihi in mentem.*

18. *Cum feruit maxime, tam placidum quam ovem reddo.*] Priſcianus ita citat, *Cum maxime feruit tam placidum quaſi ovem reddo.* eſt autem antiqua locutio, poſt *tam*, inferre, *quaſi.*

ACT. IV. SCENA II.

4. CT. *Syre.* SY. *quid ais?*] Bembinus liber, & omnes fere alii, *quid eſt?*

21. *Rus hinc modo*] Haec verba praecedenti verſui attribuimus, qui eſt trochaicus catalecticus, ut & hic ipſe, qui ſupereſt demptis his verbis, ſi tamen *aiebas* in duas ſyllabas contrahatur; aliter eſſet octonarius iambicus.

29. *Idem ſenſit quod ego,*] Liber Bembinus, *idem quod ego ſenſit:* poſtea deleto s, medio, remanſit *ſentit*. quod perſpicue melius eſt. eadem collocatio eſt in Vaticano Baſilicano, & in aliquibus aliis libris, & apud Donatum: licet verbum non habeat, ut poſſit ſciri, utrum legerit *ſenſit*, an *ſentit.*

30. *Ubi illum quaeram cogito.*] In Bembino eſt *inveniam.*

31. *Scio ubi ſit.*] In fine huius verſus aſcribe dictionem *ita*, quae eſt prima ſubſequentis. ſic hi duo verſus erunt trochaici catalectici, ut ceteri. ita quoque ordinantur in Bembino & aliquot aliis libris.

36. *Clivos deorſum vorſum eſt. hac te praecipitato: poſtea*] Liber Bembinus, *hac praecipitato* abſolute habet, ut Virgilius: *nox humida coelo Praecipitat.* ita quoque videtur legere Donatus, ita dicens, *Praecipitato) cito deſcende.* qua lectione admiſſa, licet verſus ſic quoque ſuſtentari poſſit, tamen ut melius habeat, quia in aliquibus libris pro *vorſum* eſt *verſus*, legerim *vorſus.*

38. *Ubi etiam caprificus magna eſt, noſtin?*] Deleta ex auctoritate libri Bembini dictione *noſtin*, verſus remanet trochaicus catalecticus, ut ceteri.

45. *Eſt piſtrilla & ex advorſum eſt fabrica.*] Nullus l. s. habet verbum *eſt*, ſecundo loco.

46. *Iligneis pedibus,*] Liber Bembinus, *Ilignis.* Virgilius: *Currentem ilignis potare canalibus undam.*

47. *Ubi poteris vos.* D. *ſane bene.*] Idem liber haec omnia Demeae attribuit: in cuius perſona optime quadrant. ut erat & in Victoriano, & ita collocat Bembinus, cum Baſilicano, *bene ſane*, quod & venuſtius eſt.

ACT. IV. SCENA III.

3. *Niſi me*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, & Vaticanus, *niſi ſi me.* ita verſus, aliter claudicans, ſuſtentatur.

5. *Qui ita putant, ſibi fieri iniuriam, ultro ſi quam fecere ipſi expoſtulant,*
Et ultro accuſant.] Valde ſe torquet Donatus ſuper hoc loco, nec tamen explicat; nimirum & ipſe in mendoſum librum Terentii inciderat. legendum eſt ex libro Bembino, *expoſtules.* & ſenſus eſt, de facta ab eis tibi iniuria, etiam inſuper te accuſant.

10. *Si ita aequum cenſes, aut ſi ita opus eſt.*] Poſterius *ſi*, non eſt in libro Bembino.

16. *Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.*] Cum vidiſſem in libro Bembino pro *neglegi* ſcriptum eſſe in contextu, *claudier:* Donatumque affirmare, legi etiam,

& *claudere*, & *claudicare*, ſane hunc locum ſemper habui de mendo ſuſpectum: nam *negligi* quidem, quae recentior lectio eſt, negotio quo de agitur, non convenit; non enim dicit Hegio Micioni, i tu ad Soſtratam, & Aeſchinum illi purga, nuptiaſque confirma, ne ſe putet a te neglectam, ſi per alium hoc feceris: non inquam hoc dicit. nam *negligi* ſane, & admodum leve eſſet, & pauperibus ac miſeris, cuiuſmodi erat Soſtrata, uſitatiſſimum, quorum fortuna adeo palam cunctis neglectui eſt, ut negligi ſe, non credant, ſed pro certo ſciant, perſpicueque videant: ſed hoc ſignificare vult Hegio, ſi ego Soſtratam tuo nomine convenirem, ut Aeſchinum ei purgarem, & nuptias confirmarem, illa, quae non eam profecto fidem mihi tuo nomine nuntianti haberet, ac tibi ipſi, decipi ſe, ſibique verba dari arbitraretur. *omnes enim quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:* quam tu illi ſuſpicionem dempſeris, praeſens praeſentem alloquendo. haec contra recentiorem lectionem; vetuſtam vero, id eſt, *claudier*, quod eſt in libro Bembino, ad quod & Donatus alludit, omnes vident ad ſenſum poetae non quadrare. quare in eam coniecturam venimus, ut pro *claudier*, unius tantum litterae, id eſt d, detractione, & unius item litterae tranſpoſitione, ut pro *cla*, *cal* ſcribatur, legendum arbitremur, *calvier*, qui eſt infinitivus modus verbi calvor, quod aliquando paſſivum invenitur apud auctores, & pro, decipi, accipitur, ita exponente Priſciano. aliquando deponens, & pro fruſtrari exponitur a Pompeio Feſto, item a Caio iureconſulto Cap. Si calvitur. De verborum ſignificatione. Exempla vero uſurpati huius vocabuli ab auctoribus, haec ex Feſto exſcripta, ſubieci, ex leg. XII. tabularum: *Si calvitur, pedem ve ſtruit, manum endoiacito.* Plautus: *Nam ubi domi ſola ſum ſopor manus calvitur.* Pacuvius in Medo: *Sentio pater te vocis calvi ſimilitudine. Sed quid conſpicio? num me lactans calvitur aetas? Sed memet calvor: vos iſtum iuſſi ocyus abſtrahite.* Lucilius Satyrarum libro XXVIII. *Si non it, capito inquit, eum: & ſi calvitur ergo Fur dominum.* Pacuvius in Duloreſte: *Me calvitur ſuſpicio, hoc eſt quod fore occulte Aiax praedixit.* Salluſtius hiſtoriarum libro tertio: *Contra ille calvi ratus.* Sane, quae ſupra adduximus verba ex XII. tabulis, ita intelligi debent; *ſi calvitur*, active accipiendum, id eſt, ſi fruſtratur, & ſubaudiendum putamus, debitor, vel quid tale; *pedem ve ſtruit*, id eſt fugit: ita enim exponitur a Ser. Sulpicio; *manum endoiacito*, pro manum iniicito: antiqui enim, teſte eodem Feſto, *endo* pro *in* ponebant; unde *endoitium* pro initium: *endoploro* pro imploro; *endo procinctu* pro in procinctu. eſt ergo ſenſus: ſi debitor fruſtratur, aut fugit, manum iniicito.

17. *Purgare ipſis coram.*] Idem liber, *ipſi coram.* ut ſit ordo, purgare ipſi, id eſt matri; coram, id eſt praeſentem praeſenti. coram enim ſine adiectione plerumque ponitur, ut, *Coram quem quaeritis adſum.* quod autem purgare ſe matri, nec ulli alii intelligendum ſit, ex iis, quae ſupra dixit, apparet:

Sed quaeſo ut una mecum ad matrem virginis eas Micio,
Atque iſtaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas mulieri.

ACT. IV. SCENA IV.

1. *Diſcrucior animi;*] Primi huius ſcaenae verſus ſane difficiles ſunt: tres tamen in principio ſitos, trochaicos catalecticos eſſe manifeſtum eſt. quorum primus dactylum habet in quinta ſede, correpta ultima ſyllaba adverbii *deimproviſo* tertius vero in ſexta ſede trochaeum, non facta ſynaloepha in *timore*. iambum vero in ſeptima, duabus ultimis ſyllabis dictionis *obſtipuit*, in unam contractis. quartus iambicus trimeter ſcazon. quintus iambicus dimeter hypercatalecticus. ſextus trochaicus tetrameter acatalecticus, habens in penultima ſede anapaeſtum, non faciendo colliſionem in, *neque ea.* ſeptimus cuius ſit generis, aliis iudicandum relinquo. octavus dimeter iambicus brachycatalecticus. Sed verius eſt hos omnes verſus, praeter duos primos, eſſe generis eius, quod confuſum vocavimus.

11. *Satis diu verba dediſti nobis. ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides.*] o. l. s. ita collocant, *dediſti verba.* omneſque poſt *tua*, habent dictionem *nos*, itemque Donatus. dictionem vero *nobis*, nec Donatus habet, nec liber Bembinus: & pro *ſatis adhuc*, uterque habet *ſat adhuc*, itaque verſus aliter impeditus, iambicus octonarius eſt, ut ceteri, duabus primis dictionibus, anapaeſtum in prima ſede facientibus, hoc modo: *Satis diu dediſti verba, ſat adhuc tua nos fruſtrata eſt fides.*

16. *Age mitto*] Liber Victorianus *amitto*. Bembinus *ac mitto*, ut & in Phormione: *Ac mitto imperium.*

21. *Nunc iam porro Aeſchine*] Donatus & aliqui libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, & Vaticanus particulam, *iam*, non habent. ſine qua ſtat trochaicus; aliter non.

24. *Ubi pultare haſce occipio fores.*] Sic & in Bembino: in aliis varie legitur; plerique enim ita habent, *occipio fores miſer.* aliqui, inter quos Victorianus, & Decurtatus, non habent vocem *fores:* itaque etiam Ubaldinus Bandinellus legebat. & ſane hic dictio *fores* ſuperfluit; utique enim ea vox ſubintelligitur ex proximo verſu. hoc & Ioannes Rivius annotavit.

ACT. IV. SCENA V.

1. *Ita ut dixi Soſtrata*] Videtur elidendum t, ex *ut*, quemadmodum infra primo verſu ſcaenae tertiae, actus quinti.

2. *Quomodo acta haec ſint,*] o. l. s. *ſunt.*

4. *Tacet. cur non ludo*] Et hic quoque ex *tacet*, videtur elidendum t, ultimum: ut ſit anapaeſtus in prima.

8. M. *Itan? nam mirabar.*] o. l. s. & Donatus, *ita.*

22. M. *Quid iſtas cenſes?*] Hic quoque Donatus, & liber Bembinus, & omnes recentes, *quid illas cenſes?*

28. *Quidni illam abducat?*] Omnes antiqui libri, & plerique ex recentibus, *quid illam ni abducat.*

32. *Qui cum illa conſuevit prius.*] Donatus, & liber Bembinus, *qui illa.* ceterum dictionem *prius*, non ponit Donatus: liber vero Bembinus, & plerique alii antiqui, loco eius, habent *prior*, ut & in Eunucho, *Quia laeſit prior.*

33. *An illam nunc miſere amet.*] o. fere l. s. & in iis Bembinus & Baſilicanus, *An illam miſere nunc amat:* ut & verſui convenit.

52. *Quam te ius non erat tangere.*] o. l. s. *fuerat.* ita ſtat trochaicus. praeterea liber Bembinus, ita collocat, *non ius fuerat.*

53. *Iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen.*] Verſus hic trimeter trochaicus eſt hypercatalecticus, cuiuſmodi nullum alium apud Terentium invenio. ego puto geminari debere dictionem, *magnum*, diſtinguendo utrobique hoc modo: *Iam id peccatum primum magnum: magnum, at humanum tamen.* Ita verſus eſt trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri: non tamen moveo vulgatam lectionem.

58. *Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatum, quod quidem in te fuit.*] Ex *illam* elidendum eſt alterum l, & ex *quod* d; ita *te, & illam*, & *quod quidem in*, erunt duo anapaeſti, & verſus procedet.

64. *Niſi quia tam miſere*] Et dictionem *niſi*, reſpuit verſus: nec eam habet Donatus, nec ullus antiquus liber.

66. *Quid iam ne uxorem*] Particula *ne*, nec a Donato ponitur, nec eſt in libro Bembino. utroque tamen modo ſtat verſus.

72. M. *Ego eo intro, ut quae opus ſunt parentur: tu fac ut dixi, ſi ſapis.*] Hic trochaicus una ſyllaba eſt longior, niſi ex *ut* t elidatur, ut & alibi.

78. *Ne mora meis nuptiis egomet ſiem.*] Liber Bembinus, *morae.* utroque modo ſtat verſus; ſed hoc rectius.

ACT. IV. SCENA VI.

4. *Neque fratrem homo*] Aliqui libri, in quibus eſt Bembinus, *nec fratrem homo.* Baſilicanus utrobique habet *nec: nec illic fabrica, nec fratrem.*

5. *Vidiſſe ſe aiebat*] Aut *ſe* delendum; & ſane librum vidimus, qui eam particulam non habebat: aut *aiebat* in duas ſyllabas contrahendum per ſynizeſin, ut ſaepe.

ACT. IV. SCENA VII.

6. DE. *Ah ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias agere.*

Hoc peccatum eſt in virginem civem. M. *ſcio*] *O ſtulte*, habet liber Bembinus: quod magis videtur corripientis eſſe. praeterea apud omnes l. s. haec verba hunc ordinem habent, *hoc peccatum in virginem eſt civem*, verſuſque ita in Bembino & aliis ordinati ſunt:

O ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias
Agere, hoc peccatum in virginem eſt civem.
M. *ſcio.*

8. *Eho, ſcis & patere?*] Ex libro Bembino corrige, *oho.*

Quid facias, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet,] Duo hic mutanda: nam & verbum *rogitas*, quod nec eſt in libro Bembino, & verſui repugnat, delendnm eſt. & haec verba hoc ordine ſunt ponenda: *ſi non ipſare*; idque ex o. l. s.

22. *Si illud quod eſt maxime opus,*] Ex iiſdem omnibus libris, & Donato, repone hunc

ordinem verborum, *ſi illud quod maxime opus eſt.*

26. *Si non pretio, at gratis.*] Particulam *at*, non ſane neceſſariam, non habet liber Bembinus. Ceterum nos pro *gratis*, ex ratione verſus, *gratiis* legendum eſſe contendimus.

29. *Meretrix & materfamilias erit una in domo?*] Sic quidem etiam ſtare poſſet hic verſus; ſed melius habet, ut in libro Bembino, detracta dictione *erit*. quod ne ſenſui quidem quicquam nocet: utique enim ſubauditur, vel *erit*, vel *erunt*.

30. *Sanum ne te credis eſſe?*] Delenda eſt particula *ne*, iuxta o. l. s. verſuſque rationem.

35. M. *Probe. & tu nobiſcum*] Liber Bembinus geminat dictionem *probe*, habens eam ſecundo loco ſub perſona Demeae. quam lectionem & Rivius ex ſuo libro annotavit. ita etiam verſus optime conſtat.

38. *In nati nuptiis.*] Liber Bembinus & plerique alii habent, *gnati in nuptiis.*

ACT. V. SCENA I.

5. *Exemplum diſciplinae.* SY. *ecce autem hic adeſt ſenex*

Noſter. quid fit? quid tu es triſtis? D. *ohe ſcelus.*] Et Bembinus, & omnes fere alii libri, ita ordinant, ut in *adeſt* finiant verſum, & ſequentem incipiant a *ſenex*. & pro *ohe ſcelus*, aliqui, *o ſcelus*, vel *oh* habent ut Bembinus. ita ergo legimus:

Exemplum diſciplinae. SY. *ecce autem hic adeſt*

Senex noſter, quid fit? quid tu es triſtis?

D. *oh ſcelus.*

Multis autem modis ſuſtentatur hic verſus.

7. SY. *Eho iam tu verba fundis hic ſapientia?*] Aliquot libri, *oh iam* habent; Bembinus *ohe iam*. quam lectionem recipimus, diſtinguendo poſt *iam*, quaſi dicere velit, *ohe iam* deſine: deinde per interrogationem reliqua ſubdendo.

9. *Exemplum omnibus Curarem ut eſſes.*] Liber Bembinus, *exempla*. funt autem *exempla*, exquiſita ſupplicia; hic tamen accipit Terentius *exempla*, pro eo exemplo, quod omnibus datur ex exquiſito ſupplicio alicuius facinoroſi.

ACT. V. SCENA II.

7. *An tibi mavis cerebrum diſpergi hic?* SY. *abiit.*] Multi l. s. poſt *tibi*, habent dictionem *iam*. Bembinus ita totum hunc verſum habet:

An tibi iam mavis cerebrum diſpergam hic?

SY. *abit.*

Sane *diſpergam* minacius mihi videtur, quam *diſpergi*; *abit* quam *abiit*, numeroſius.

ACT. V. SCENA III.

3. *Hei mihi quid faciam?*] Poſt haec verba addendum eſt, *quid agam?* ex libro Bembino, & aliquot aliis, ac Donato, verſuſque ratione.

5. *Id nunc clamat ſcilicet: paratae lites.*] In libro Bembino pro *ſcilicet*, *ilicet* legitur; itaque prius erat & in Victoriano, ſed deinde priore i, abraſo, remanſit *licet*. Sed *ilicet* videtur etiam legiſſe Donatus, qui in hunc locum ita ait, *ſcilicet paratae lites) videtur & ipſe pertimuiſſe dicendo ſcilicet, & paratae lites.* ex quibus coniicere licet, Donatum non *ſcilicet* legiſſe, quod nullam perturbationem metumve ſignificat, ſed *ilicet*, quod deſperantis adverbium eſt: ut in Eunucho: *Actum'ſt, ilicet periſti.* & apud Plautum in Ciſtellaria: *Ilicet, actum'ſt.*

10. *Dictum inter nos hoc fuit,*] Melior collocatio eſt in libro Bembino: *dictum hoc inter nos fuit.*

22. *Quaeſo facito haec tecum cogites.*] Plerique libri habent, *hoc tecum*; Bembinus, *Quaeſo hoc facito.*

23. *Tu illos duos olim pro re tollebas tua.*] Idem liber, pro *duos*, *duo*, habet: ut Virgilius,

Si duo praeterea tales Idea tuliſſet Terra viros. pro *tollebas*, *tollerabas*, per duo l. licet mendoſe. nam debet eſſe per ſimplex: *tolerabas* autem, id eſt, alebas, & ſuſtentabas. Caeſar libro tertio belli civilis, *Equos eorum tolerari, reliqua vero iumenta interiiſſe.* Idem, *ut foliis ex arboribus ſtrictis, & teneris arundinum radicibus contuſis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. tollebas* autem de adultis iam filiis non arbitror proprie dici: nec quid legerit hic Donatus, ſciri poteſt: quia tantummodo habet, *pro re tua.* eaque dumtaxat verba exponit.

31. *Id de lucro putato eſſe. omnia haec ſi voles*] Nos ex libro Bembino, verſuſque ratione ita legimus, *Id de lucro putato eſſe omne, haec ſi voles.*

39. *Non quod diſſimilis res ſit, ſed quod is qui facit.*] Idem liber pro *quod*, utrobique habet *quo*. liber vero Victorianus poſteriore tantum loco, *ſed quo is qui facit.*

40. *Quae*

40. *Quae ego esse in illis video, ut confidam fore ita, ut volumus.*] Donatus ita habet: *quae ego illis inesse:* at liber Bembinus, *quae ego inesse illis.* qua lectione admissa, est tribrachus in prima, non elidendo diphthongum in *quae.* omnes vero quotquot sunt libri, dictionem *ita*, posteriori versui adscriptam habent, cuius tamen prima syllaba in scansione ad praecedentem pertinet versum.

41. *Video eos sapere.*] Dictio *eos* non est in libro Bembino, nec sane versui, aut sensui necessaria est.

42. *Scire est liberum ingenium atque animum.*] Ego sic exposuerim, scire licet, eorum ingenium atque animum, liberalem esse & nobilem. Iuvenalis:

Tu tibi liber homo, & regis conviva videris.

55. *Immo de nocte censeo.*] Dictionem *immo*, delemus & ex ratione versus, & ex auctoritate libri Bembini.

58. *Illic alligaris filium.*] Ex iisdem & Donato, *illi* adverbialiter.

65. *Cogas ut cum illa una cubet.*] Huic versui laboranti, liber Bembinus & Basilicanus, & alii plerique antiqui, qui habent *cogam*, succurrunt. *cogam* autem exponendum, pro, cogerem, si ego essem tu.

66. *Fortunatus qui istoc animo sies.*] Lege, ut habet liber Bembinus, *isto*, & nullum scrupulum patietur hic versus. aut si *istoc* legis, constitue anapaestum in quarta, elisō s, ex *fortunatus*, & ex *istoc*.

68. *I ergo intro, & cui opus est rei, ei rei hilarem hunc sumamus diem.*] Hic octonarius unicus post tot senarios non placet mihi. in libro Vaticano, Basilicano, & Bembino, senarius est, ut ceteri, hoc modo:

I ergo intro, & cui rei est, ei rei hunc sumamus diem.

In hoc versu, *ei* monosyllabum est, & *rei* utrobique. eaque per synaloepham syllaba elidi-tur. absolute autem dictum est, *cui rei est*, & subintelligendum *dies*. ut sit cui res dies hic dicatus est, vel destinatus, vel aliquid tale.

ACT. V. SCENA IV.

4. *Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies.*] Bembinus liber, & Decurtatus ante *repudies*, habet adverbium, *ut*. in Victoriano quoque, instar eius dictionis abrasum est.

5. *Quod mihi nunc evenit.*] Contrahe *mihi* in unam syllabam, eamque post *nunc*, colloca ex libro Bembino & aliis antiquis. ita stabit trochaicus.

7. *Facilitate nihil homini esse melius.*] Nos ex o. l. s. ita collocamus, *nihil esse homini.*

14. *Porro autem, dum studeo*] Non facile stat hic versus, nisi licentiis sustentatus, quarum necessitatem evitabit qui pro *porro*, *heia* legerit, ut in libro Bembino & Victoriano est, ut sit vox seipsum vel hortantis ad enumeranda, quae restant; vel de uxore ducta reprehendentis: aut quod aetatem contriverit in quaerendo. est enim *heia* adverbium corripientis, teste Donato in commentariis in Hecyram, super eo loco, *Nunc video in illarum potestate esse te.* sane amat haec interiectio iungi cum adverbio, autem. Plautus in Amphitryone: *Heia autem inimicos?*

23. *Age, age, nunc experiamur contra haec quid ego possiem*] Posset hic versus utcumque sustentari, melius tamen habet in Bembino, *Age, age, nunc iam experiamur porro contra, & quid ego possiem.* ita trochaicus optime procedit, vel attribuendo primam eius syllabam praecedenti, vel ex *quid* d, elidendo.

24. *Quando eo provocat.*] Donatus, & liber Victorianus, ac Decurtatus, pro *eo*, habet *huc:* quam lectionem Rivius in multis Terentii libris asserit invenisse. Bembinus vero *hoc*, antiquorum more pro *huc*; quod & placet.

ACT. V. SCENA VI.

1. *Era, ego hinc ad hos provisam.*] Placet mihi lectio libri Bembini: *era, ego huc ad hos proviso.* Basilicanus *hunc.*

4. *Pretii esse te,*] Liber Bembinus *pretii te esse.*

5. *Nam is mihi est profecto.*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, verbum *est*, habent post *profecto.*

6. *Ita ut tibi sensi Geta.*] Ex libro Bembino lege, *uti.* & melius versus procedet.

ACT. V. SCENA VII.

1. *Occidunt me quidem*] In libro Bembino pro *quidem* est *equidem.* ita stat versus sine ulla licentia. si quis tamen retinere velit vulgatam lectionem, oporteret ex *quidem* m, elidere.

2. *Student facere, in apparando consumunt diem.*] Credo elidi n, ex *in*, ut secundus pes sit anapaestus.

6. *Verum hoc mihi mora est.*] Liber Victorianus *morae.* postea diphthongo superscriptum

ſcriptum eſt, a. contra in Bembino, cum prius eſſet *mora'ſt* ſuperadditum eſt e, ut ſit vel *mora eſt*, vel *moraeſt*, quod poſterius placet.

9. *Hymenaeum, turbam*] Donatus & liber Bembinus, *turbas*.

15. *Et ſumptum admittet.*] Idem liber, *ſumptum amittet*, deleta in eo coniunctione, &. quam & reſpuit verſus.

17. *Dinumeret Babylo ille viginti minas.*] Bembino libro hic finienti plura folia deficiunt, Donatus legit *Dinumeret illi Babylo:* quam lectionem aliqui etiam libri Terentii habent; quae & numero magis ſervit.

18. SY. *Quid ago?* DE. *dirue.*] Alii libri, *quid agam?* alii, *quid ago?* alii & ex his aliquot antiqui, *quid ego?* habent. quod poſtremum puto eſſe corruptum, a *quid ergo*; quod in libro vetuſto ſe legiſſe aſſerit Rivius.

ACT. V. SCENA VIII.

2. *Et in hac re & aliis omnibus*] Deme praepoſitionem *in*, ex fide omnium fere librorum.

4. *Primum huius uxoris eſt mater.* M. *eſt. quid poſtea?*] In reſponſione Micionis delemus verbum, *eſt.* quod in nullo legitur l. s. & verſus melius procedet. ſed & ſic quoque, aut *huius* monoſyllabum eſt, aut s eliſo, poſterior eius ſyllaba per ſynaloepham abiicitur.

8. *Parere iam diu per annos haec non poteſt.*] Aliam collocationem verſui congruentem habent o. l. s. & Donatus, *Parere iamdiu haec per annos non poteſt.*

12. *Hic faciet.*] Placet mihi, *faciat*, ut & Donatus legit, & omnes fere l. s. & Baſilicanus habent. item ex Donato lege, *aufer*, ſine pronomine te.

12. *Quid tu huic aſine auſcultas?*] Plerique libri poſt *quid tu* addunt adverbium *autem*. nos verſus hos, in o. l. confuſos, ita digerimus:

M. *Me ducere autem?* DE. *te* MI. *me?*
DE. *te inquam.* MI. *ineptis.* DE. *ſi tu ſis homo,*
Hic faciat. AE. *mi pater.* MI. *quid tu autem huic aſine auſcultas?* DE. *nihil agis.*
Fieri aliter non poteſt. MI. *deliras.* AE. *ſine te exorem, mi pater.*
MI. *Inſanis? aufer.* DE. *age, da veniam filio.* MI. *ſatin ſanus es?*
Ego novus maritus anno demum quinto & ſexageſimo.

Sunt hi octonarii iambici acatalectici, in quorum quarto ex *ſatin* eliditur n: in quinto ex *novus* s; ut primus pes ſit tribrachus, ſecundus anapaeſtus.

18. *Quaſi hoc non ſit maximum:*] o. fere l. s. *quaſi non hoc.* ita octonarius optime conſtat.

19. *Age da veniam.* AE. *ne gravere.* DE. *fac. promitte.* M. *non omittis?*] Verbum *age* delendum; nec enim in ullo l. s. eſt, & impedit verſum, qui ne ſic quidem mihi ſatisfacit: remanet enim iambicus tetrameter catalecticus, cum alii ſint acatalectici. cuiuſmodi erit & hic verſus, ſi pro *omittis*, legatur *omittitis*, ut in omnibus antiquis libris eſt, & nonnullis recentibus: ſed quia poteſt nonnullis videri contra hanc lectionem facere, quod in ſingulari ſequitur, *exorem*, cogitetur, ita in comoediis induci multos rogare, ut ad unum pertineat exorare: ut in Heautontim. pro Clitiphone rogans Menedemus ad Chremetem dicit, *Da veniam Chreme. ſine te exoret.* ita hic *non omittitis*, quia multi rogabant; *exorem* vero, quia hoc proprie ad Aeſchinum pertinebat.

20. AE. *non niſi exorem.*] Ex ratione verſus & o. l. s. adde pronomen *te*, poſt *niſi*.

21. *Atque alienum a vita mea videatur,*] Reponimus *videtur*, ex o. l. s.

26. *Agelli hic ſub urbe eſt paululum quod locitas foris.*] o. l. s. hunc ordinem verborum habent: *Agelli eſt hic ſub urbe paululum.* unus tantum habet *paulum*, ut ratio verſus expoſcit, licet & illo altero quoque modo utcunque verſus ſuſtentari poſſit. ſane pro *foris*, liber Vaticanus & Donatus habent *foras*.

27. *Si multum ſit, tamen*] In aliquot antiquis libris ita legitur, & *ſi multum eſt, tamen.* alicubi, *ſi multum ſit, tamen.* In aliis recentibus legitur, *ſi multum ſit, faciundum eſt*; quod ſtare non poteſt. Ceterum admiſſa lectione antiqua in hunc modum, *ſi multumſt, tamen:* verſus eſt tetrameter acatalecticus, ut ceteri.

31. *Effugere, dictum eſt vere.*] Huius & ſequentium verſuum ordinatio difficilis eſt: quae in hunc modum videtur poſſe fieri,

Effugere dictum eſt vere, & re ipſa fieri oportet.
MI. *Quid iſtic? dabitur quando quidem hic vult.* AE. *mi pater.*
DE. *Nunc tu mihi germanus es pariter corpore & animo.* MI. *gaudeo.*
DE. *Suo ſibi gladio hunc iugulo.*

Ut primi duo ſint trimetri iambici: prior quidem hypercatalecticus, poſterior acatalecticus,

ticus, tertius trochaicus tetrameter catalecticus: cuiuſmodi generis eſt & ſequens, conſtans ex duobus hemiſtichiis, uno in fine huius ſcaenae: altero in principio ſequentis. ſane in his verſibus haec mutavimus, quod pro *iſtuc* fecimus, *quid iſtic*? quod aegre conſentientis eſt, ut ſaepe alibi: & pro *quidem quando*, *quandoquidem*, ex libro Victoriano: & pro *hunc gladio iugulo*, collocavimus ex o. fere l. s. & Donato, *gladio hunc iugulo*.

ACT. V. SCENA IX.

2. *Frugi homo es, edepol hodie mea quidem ſententia*] O. fere l. s. & Donatus poſt verbum *es*, habent pronomen *ego*; Baſilicanus *ergo:* qua dictione, id eſt *ego*, adiecta, expeditior redditur verſus, qui eſt trochaicus, ut ceteri, qui ſequuntur.

7. *Res apparet, & quidem porro haec.*] Ita Baſilicanus, Vaticanus, Victorianus: ſed ſunt aliquot libri, qui non habent pronomen *haec:* quod & verſui incommodat, nec orationem adiuvat. verſus tamen ſic quoque ſuſtentari poteſt, elidendo ex *quidem* m, quamvis ſequente conſonante.

10. *In pſaltria iſta emunda*] Aliqui libri habent *iſtac*, ſed impedita eſt ratio verſus. aliqui, & hi ex antiquioribus, *hac*, quod magis placet.

17. D. *optumam quidem mulierem.* SY. *& quidem tuo nepoti, huius filio*] Pro *& quidem*, *equidem* in multis eſt l. s. ſed adhuc tamen aliquam difficultatem patietur hic verſus, niſi legeretur *optumam equidem*; quod non placet. ego lectionem vulgatam retineo, verſumque ſuſtento elidendo utrobique m, ex *quidem*, quamvis ſequente conſonante: dictionem vero *huius*, in unam ſyllabam contrahendo.

19. *Siquidem prima dedit,*] Nos *primam* reponimus ex aliquot l. s. quod convenientius videtur, ut referatur ad *mammam*.

21. *Di tibi Demea oro omnes*] Verbum *oro* delemus. quod nec in ullo l. s. eſt, nec a Donato ponitur, & verſum corrumpit.

26. *O mi pater feſtiviſſime.*] Laborat hic verſus, niſi legatur, *o pater mi*, ut in Victoriano, & Decurtato collocatur.

27. *Quod proluvium*] Liber Vaticanus, *quod prolubium*. & ita etiam legit Donatus, ſic dicens: *Proluvium quod Graeci προθυμίαν: id eſt promptus animus ad largiendum*. quae expoſitio Donati cum *prolubium* optime quadrat: cum *proluvium* minime.

37. *Et corrigere me, & obſecundare in loco.*] Sic quidem o. l. s. ſed Donatus legit *ſecundare*, quod tamen non placet.

IN HECYRAM.

PROLOG. I.

DUOS in hanc comoediam prologos fuiſſe conſcriptos, ex eo liquet, quod & in eius inſcriptione, quam conſtat eſſe antiquiſſimam, & apud Donatum legimus, eam ter actam, diſerteque adiectum, primo actam eſſe ſine prologo, ergo iterum & poſtremo cum prologo. Quare haec tota verſuum ſeries, quae in omnibus libris unus eſt prologus, dividi debet in duos: quorum alter eſt ſuperior pars horum verſuum uſque ad nonum; alter, inferior. quod ita eſſe haec argumenta convincunt. Primum enim in priori parte dicit actor, comoediam hanc, cum data eſt nova, non potuiſſe ſpectari, occupato populo ſtudio funambuli; in poſteriori vero parte conqueritur ſe ſe hanc bis antea agere aggreſſum, bis coactum fuiſſe deſiſtere, ſemel quidem cum primum eam agere coepit: ſpectaculo enim pugilum, & funambuli, actionem eius diſturbatam fuiſſe; iterum vero cum allato de gladiatoribus dandis rumore, tumultuatus eſt populus. Ita utrobique, id eſt in priori, & poſteriori parte, narratur impedimentum primae actioni huius comoediae, ex funambulo allatum. quod ſi in uno ſolo prologo fieret, vitio non careret. Praeterea Donatus, in primo verſu praefatus de arte & virtutibus prologi, ut ſemper in principiis ſolet, etiam de arte & virtutibus prologi praefatur in nono. Ex quo apparet duo illum principia, duos prologos habuiſſe diſtinctos. Cum haec ſcripſiſſemus, animadvertimus in libro Terentii Vaticano, diſtinctam eſſe hanc verſuum ſeriem in duos prologos, eo modo atque ordine, quo nos ſupra adnotaveramus, interpoſita inter utrumque hac dictione: *Prologus*. ſane liber Bembinus in hac parte deficit, uſque ad eum verſum, *In experiundo ut eſſem*. Poſtea quoque invenimus in libro Victoriano hanc duorum prologorum diſtinctionem maiuſculis litteris ita minio notatam, L. AMBIVIUS. PROLOGUS. diſtinctus eſt etiam in Baſilicano, in quo cum carmina Terentii ſcripta ſint in modum proſae orationis, octavus finit non expleto uſque ad marginem verſu. Nonus vero grandi littera, O, & extante

tante extra marginem, ut fit, in initiis, incipit. Eographius quoque duos prologos facit.

PROLOG. II

8. *Dubiam fortunam esse scenicam:*] Antiquissimi libri *scaenicam* per ae diphthongum habent: & infra, *scaenicos*. ita & apud Virgilium *scaenis decora alta futuris*, in antiquis libris scriptum est: ita & in vetustis marmoribus. eoque modo etiam scribendum asserit Varro libro De lingua latina: Item Priscianus. Nam quod ad testimonia antiquorum lapidum facit, cum alia etiam citare possem, libet hic ponere inscriptionem, quam mihi Petrus Victorius dedit, a se inventam Vulsiniis in hortulo quodam, notatamque diligenter: cum ipsi mirum videretur verbum, quod ducitur e Graeco sermone, a Latinis hominibus aliter atque ipsi faciant, scribi solitum: est enim Graecis σκλωνὴ & προσκήνιον: littera vero *n*, in e productum mutari solet:

L. COMINIUS L. F. AN. C. CANULEIUS L. F.
T. TULLIUS T. F. KANUS L. HIRRIUS L. F. LATINUS.
IIII. VIR. THEATRUM. ET PROSCAENIUM DE SUA.
PECUNIA FACIENDUM COERAVERUNT.

15. *Ab studio, atque ab labore, atque ab arte musica.*] Ultimum *ab*, versus ratio non admittit; quam particulam, etiam Donatum ibi non agnovisse, quisquis verba eius, quanvis aliqua ex parte corrupta, attentius consideraverit, iudicabit. quae nos, partim ex ipsius Donati libris scriptis, partim ex eius sensu emendata, ita legimus, *Ab studio, atque ab labore.) bene ostendit se populo profuisse, Caecilium poetam ad laborem revocando. Atque arte musica.) ab, tertio commode subaudiendum est, ut,*

Hic portus alii effodiunt: hic alta theatri
Fundamenta locant alii: immanesque columnas
Rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris.

qui versus Virgiliani idcirco ab Donato adducti sunt, ut ostenderet quod sicut in iis ter dici debebat, *hic alii*, & tamen non nisi bis dictum est, qui tertio loco commode subauditur, ita etiam fieri debet in hac particula *ab*, tertio loco subaudienda. Haec cum scripsissemus, postea nacti librum Victorianum, invenimus ita prorsus in eo scriptum fuisse, *atque arte musica*; sed deinde alia manu, alioque atramento interpositum fuisse, *ab*.

35. *Nunc turba nulla est.*] Liber Bembinus & Donatus, *non est*.

47. *Mea causa causam hanc accipite.*] Pronomen, *hanc*, nec habet liber Bembinus, & ratio versus omnino respuit. subaudiendum tamen aliquid erit, ut sit, causam eius, vel causam poetae.

ACT. I. SCENA I.

6. *Hem duxit.*] Donatus legit, *en duxit*, quemadmodum testatur Rivius etiam nonnullos Terentii libros habere. in libro Bembino corrupte scriptum erat, *ex duxit*. sed postea emendatum, ut & in Victoriano legitur, *em duxit*.

7. *Ne cuiusquam misereat,*] Ita legit Donatus, adnotans deesse, *te*; sed durum id mihi videtur, magisque probaverim lectionem libri Bembini, *ne cuiusquam misereas:* eo enim modo antiqui id verbum efferebant: Ennius; *Cogebant hostes, lacrumantes ut misererent*.

8. *Quenquem nacta sis.*] Legimus, *quemque*, ex libro Bembino, & aliquot aliis

11. *Quin ita paret se se*] Liber Bembinus unum tantum, *se*, habet. quo etiam modo stat versus, non faciendo synaloepham.

14. *Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est.*] o. l. s. & Donatus ita collocant, *tamen pol eandem iniuriumst esse omnibus*, versu & compositione meliore.

15 *Iniurium est autem ulcisci adversarios?*] Donatus & liber Bembinus, Basilicanus, aliique fere omnes, hunc ordinem horum verborum habent: *iniurium autem est*.

16. *Aut qua via captent te illi,*] o. l. s. & Donatus, *te captent illi*; soli Bembinus & Victorianus non habent *illi*. quod tamen subaudiendum est.

ACT. I. SCENA II.

9. *Dic mihi Philotis, ubi te oblectasti*] Ex *Philotis*, s, abiicitur, ut facta synaloepha, sit anapaestus in tertia.

16. *Huc redeundi & abeundi a milite.*] Nos coniunctionem &, demimus ex ratione versus, & fide libri Bembini & aliorum antiquorum.

19. *Nam illic haud licebat nisi praefinito loqui,*] Donatus dicit legi &, *illi*, pro *illic*. nec stat aliter versus.

22. *Sed*

22. *Sed quid negotii hoc*] o. l. s. & Donatus, *ſed quid hoc negotii eſt.* eliditur autem, d, in, *quid*, ut ſaepe.

24. *Fore ut hac ille viva*] Ex o. l. s. & Donato ita collocamus, *fore ut ille hac viva.*

31. *Ita me di bene ament*] τὸ *bene* non habet liber Bembinus, nec Donatus; ſed non ſtat verſus, niſi legas, *amabunt*, ex eodem Donato.

33. *Numquam dices tam commode*] Ex o. l. s. *numquam tam dices commode.*

36. *Quam ego quae percuncter ſcire.*] Liber Bembinus & Victorianus, *percunctor.*

37. *Et illud mihi maximum vitiumſt.*] Donatus, & liber Bembinus, & Baſilicanus, & aliqui alii, ita collocant, *vitiumſt maximum.*

43. *Se ſenem eſſe dicere; illum autem eſſe unicum.*] Ex libro Bembino, ita corrige hunc verſum; *Se ſe ſenem eſſe dicere; illum autem unicum.* Itaque in aliquibus libris comperiſſe ſe aſſerit Rivius.

45. *Ille primo ſe negare.*] Meliorem collocationem continet idem liber, *ille ſe primo negare.*

59. *At te dii deaeque perduint, cum iſtoc odio Laches.*] Ex Bembino, & nonnullis aliis libris, legimus, *iſto.* ſunt & aliqui, qui pro *perduint*, habent, *perdant.* ſane libri ſcripti Donati, aut verbum non habent, aut habent *perdant*; qua lectione verſus optime conſtat: aut *perduint* in ſpondeum contrahendum.

64. *Plus potus ſe illa*] Liber Bembinus geminat diſtinctionem, *ſe*, ut & verſus requirit.

70. *A ſe integra.*] Tres antiquiſſimi libri & Baſilicanus, *ab ſe integra.* & infra Victorianus, *ut accepi ab ſuis.*

78. *Incommodum eſſe mihi arbitror.*] Ex o. l. s. ita collocamus, *mihi eſſe arbitror*; & ſtat verſus, ſi *mihi* monoſyllabum ſit.

85. *Atqui ea res*] Multi libri, etiam ex antiquis, pro *atqui*, *atque*, & Baſilicanus.

93. *Partim victus huiuſce iniuriis*] Omnes fere l. s. & in iis antiquiſſimi, *huius*, quod in unam ſyllabam contrahendum eſt.

94. *Atque huic tranſtulit.*] Liber Bembinus, *huc*, perſpicue melius.

97. *Horum, ea ad hos redibat lege hereditas.*] *Horunce ad hos ea*, eſt in libro Bembino. ita verſus melius procedit. in libro Victoriano *horunc* etiam ſcriptum fuiſſe conicio. nam m, in litura eſt. quod vero ſequitur *redibat*, omnes antiqui libri, & quidam ex recentibus, itemque Donatus habent, *rediebat.*

99. *Reliquit cum matre hic uxorem.*] Ex iiſdem libris Bembino & Victoriano & ex Donato, lego, *relinquit.* ita & Robertus Stephanus impreſſit.

102. *Primum dies compluſculos.*] In libro Bembino, erat *primos dies compl.* poſtea s, deleto, remanſit *primo*, quod habuit & Victorianus.

109. *Simulat ſe a matre accerſi ad rem divinam: abiit.*] Idem liber pro, *a matre*, habet *ad matrem:* & pro *abiit*, *abit.* utrunque placet. ita habebat & Victorianus. poſtea emendatum fuit in lectionem vulgatam.

ACT. II. SCENA I.

1. *Quod hoc genus eſt, quae haec coniuratio*] o. l. s. & Donatus geminat verbum, *eſt*, *quae haec eſt coniuratio.* eſt autem extrema pars octonarii iambici, qui abiecto ex *quod*, d, bene procedit.

2. *Ut omnes mulieres eadem aeque ſtudeant.*] Concitatius eſt, quemadmodum legitur in libris Bembino & Victoriano, *utin omnes.*

5. *Viris eſſe advorſas*] In *viris*, s, abiicitur, ut ſtet verſus.

7. *Et ei ludo*] Liber Bembinus non habet coniunctionem, &.

9. *Non ita me di bene ament*] Non fere invenias librum, in quo ſit dictio *bene.* ſed nec Donatus eam habet: qua dempta oportebit ſuſtentare verſum, qui eſt ſenarius, vel applicando ei ultimam particulam verſus praecedentis, vel producendo poſteriorem ſyllabam in, *ita.*

11. *Poſtmodum reſciſſes.*] Idem liber, *poſt modo*, habet, ut & exigit verſus. in quo correpta extrema huius dictionis ſyllaba, ut apud Ovidium, *Poſt modo ſi perges:* eſt anapaeſtus in ſexta.

13. *Et familiam dedecoras,*] In libro Bembino eſt, *& familiam omnem dedecoras:* verſu etiam non repugnante.

17. *Tu inquam mulier.*] Verſum hunc ita invenias in pleriſque libris ſcriptis:

SO. *Ego ne?* LA. *tu inquam mulier, quae me omnino lapidem non hominem putas.*

Et ſtat optime hic octonarius, ſi primam eius ſyllabam praecedenti attribueris. ſane etiam Donatus legit, *non hominem putas.*

19. *Quo quiſque pacto hic vitam veſtrorum exigat.*] In libro Bembino eſt, *veſtrarum. nec.*

39. *Ut cum matre una plus esset?*] *Plus una.* ita collocatur in antiquis libris Bembino, & Basilicano, & Donato.

39. *Non signi sat est,*] Liber Bembinus & alii antiqui ita habent, *non signi hoc sat est.*

40. *Visentem te ad eam intromittere?*] Nos ex eodem libro ita legimus, *visentem ad eam te intro admittere.*

41. *Enim lassam oppido tum aiebant:*] Non male videtur addi posse verbum, *esse*, ut in libro Bembino est, *enim lassam oppido tum esse aiebant.* nec versus repugnat si *vi oppido* sit dactylus, ut *ilico.* sed utramvis lectionem sequare, prima huius versus syllaba ad praecedentem pertinet versum: sunt autem trochaici. sane & in aliis antiquis legitur, *enim lassam oppido aiebant tum esse.*

42. LA. *Tuos esse illi mores morbum*] Ex eodem libro interponimus pronomen *ego, tuos esse ego illi mores.* nec repugnat trochaicus, si *tuos* monosyllabum sit: *illi* vero priorem corripiat, uno l abiecto, ut saepe alibi.

ACT. II. SCENA II.

1. *Et si scio Philumena*] Ex o. l. s. & Donato addimus pronomen, *ego*, hoc modo, *& si scio ego Philumena.*

2. *Quae ego imperem facere:*] Iambicus est tetrameter catalecticus, qui bene procedet, & habebit iambum in quarta, si duos proceleusmaticos admiseris, unum in tertia sede, alterum in quinta.

4. *Ex hoc iam scibo quid fiet.*] Convenientior versui est lectio libri Bembini, quam & Donatus, ut varietatem lectionis, adducit, *hinc jam scibo*; propter versum tamen, qui est iambicus tetrameter catalecticus, ego legerim, *fit*, ubi est *fiet.*

5. *Phidippe & si ego meis omnibus scio me esse apprime obsequentem,*] Versui aptior collocatio est in omnibus fere l. s. & Donato, *& si ego meis me omnibus scio esse apprime obsequentem.*

6. *Sed non adeo ut facilitas mea illorum corrumpat animos.*] Ex libro Vaticano & Basilicano ac Donato, ita collocamus, *mea facilitas:* ex omnibus autem l. s. *corrumpat illorum animos.* versus est iambicus tetrameter catalecticus, in quo contracta dictione, *mea*, in unam syllabam, est iambus in quarta.

7. *Quod si tu idem faceres,*] Melior est ordo verborum in libro Bembino, *Quod tu si idem faceres.*

18. *Quam se ipsum magnificare.*] Ita & liber Bembinus, & fere omnes alii antiqui & recentes.

19. *Neque adeo me clam est,*] o. l. s. *clam me est.* quod vero sequitur *resciverit*, libri Bembinus & omnes alii antiqui, *scierit*, apposite ad rationem versus.

20. *Eo domum studeo huec prius quam ille huc redeat.*] In antiquissimis libris Bembino & Victoriano & Decurtato pro, *huc redeat*, legitur, *ut redeat.* & est ordo; eo studeo ut haec redeat domum prius quam ille.

30. *Nam est quod me ad forum transire iam oportet.* LA. *eo tecum una.*] Ex libro Bembino ita lego. *Nam est quod me transire ad forum iam oporteat.* LA. *eo tecum una.* ita etiam collocant alii omnes libri, & maxime antiqui, in quibus tamen scriptum est, *oportet.* versus est eiusdem cuius supra, generis, & ipse habens iambum in quarta. in quo tamen versu verbum, *eo*, in unam syllabam contrahendum est.

ACT. II. SCENA III.

1. *Edepol ne nos sumus mulieres inique aeque omnes invisae viris.*] *mulieres* delemus ex auctoritate libri Bembini. quam dictionem alioqui nec oratio exposcit: utique enim subintelligitur, nec ratio trochaici admittit.

3. *Nam ita di me ament,*] o. l. s. & Donatus, *nam ita me di ament.*

5. *Haut pol me quidem*] Ex *quidem*, m, elidendum, licet consonans consequatur. ut sit dactylus in quinta sede huius trochaici, cuius haec pars est.

7. *Nisi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domum.*] ex ratione versus, qui est trochaicus catalecticus, legendum *multimodis*; quam dictionem & in Andria reposuimus, ex libro Bembino, ubi in vulgata lectione pariter erat, *multis modis.*

ACT. III. SCENA I.

1. *Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini umquam oblata*
Quam mihi. heu me infelicem, hancine ego vitam parsi perdere?] Prioris versus verba alii libri scripti aliter collocant: sed nos antiquam lectionem, & Donatum sequemur, in quibus hoc tantum ab impressa lectione variatur, quod in iis est, *credo esse.* sane hic versus, contracto in unam syllabam pronomine, *ego*, ita ut, *nemini ego*, sit dactylus, est trochaicus tetrameter acatalecticus: posterior

vero

vero verſus, dictione *mihi*, monoſyllaba effecta, eademque per ſynaloephen eliſa, & ipſe trochaicus eſt, catalecticus tamen, ut ſequentes. quartus vero & ipſe trochaicus acatalecticus, coaleſcentibus in unam ſyllabam duabus extremis ſyllabis in voce *gentium*.

9. *Si non rediſſes, hae irae factae eſſent multo ampliores* :] Verſus eſt trochaicus tetrameter acatalecticus, ſi pro verbo *rediſſes*, in ſcanſione ſit *rediſſes*: & in, *hae irae* non fiat ſynaloepha.

15. *Cuivis facile ſcitu*,] Addo, *eſt*, ex libro Bembino, Vaticano & Baſilicano, quod & in Victoriano erat, ſed poſtea abraſum fuit.

17. *Vix me illinc abſtraxi*,] Hic verſus poteſt utcumque ſuſtentari, ut ſit trochaicus tetrameter hypercatalecticus. ſed huiuſmodi verſus inter iambicos non placet mihi. quare legerim, ut in libro Bembino, *vix me illi abſtraxi* ; ita erit octonarius iambicus, ut ceteri. *illi* autem, vel dativus erit, pro, ab illa, vel adverbium de loco, ſicut alibi, in loco.

19. *Tum matrem ex ea re, aut me uxorem*] Idem liber, itemque Victorianus haec verba ſic collocant, *tum matrem ex ea re me, aut uxorem*.

26. *Haud quidem hercle parum eſt, ſi vis vero*] Ex eiuſdem libri & aliquot aliorum auctoritate, itemque Donati, delemus verbum *eſt*. & pro *parum*, ſcribimus *parvom*, quod & alii libri habent, & idem Donatus: licet per duo, *u*, ſcriptum. ſane qui expoſitionem Donati ſuper hoc verbo *parvum*, conſideraverit, intelliget eum affirmative legere, non negative. ex quo coniecit Lolgius legendum, *at quidem hercle parvum*, ut ſubaudiendum ſit ex ſententia Donati, evenit: nam ſi negative legas, pugnabit cum conſequente ſententia, & cum eo quod infra dicit, *fortaſſe unum aliquod verbum*; quam & ego coniecturam probo, eo magis quod in meo quodam libro ſcriptum erat *aut*. ut facilis lapſus fuerit per adiectionem unius literæ ex *at* in *aut*. Huius autem verſus prima ſyllaba praecedenti attribuitur, ut verſus ſint octonarii iambici quadrati.

30. *Pro levibus noxis iras gerunt*?] *Noxiis* exigit ratio octonarii, & ita eſt in multis libris, & in iis Bembino, Victoriano, Baſilicano, & Donato.

32. *Itidem illae mulieres*] Niſi quis, *mulieres*, triſyllabum faciat, eliſo medio, e, verſus non conſtat. ſed iudicio meo delendum eſſet, *τὸ illae*, quod alioqui non modo non adiuvat ſenſum, ſed ei etiam incommodat.

35. *Age dum ad fores accede propius.* PAR. *hem, ſenſiſtine*?] Haec omnia aſcripta ſunt in libro Bembino Parmenonis perſonae : in eo tamen pro *accede*, legitur *accedo*, & pro *ſenſiſtine*, *ſenſiſtin*, quod poſterius in omnibus libris eſt. eſt autem *age dum*, vox ſe ipſum hortantis ad exequendum erile mandatum.

37. *Pro Iuppiter, clamorem audio.*] In libro Bembino & Victoriano eſt *audivi*: ut & exigit verſus.

39. *Quia perii.*] Aliqui libri inter quos Bembinus, non habent, *quia*, quod nec ſenſum iuvat, & impedit verſum, quem nos hoc modo ordinamus, ut ſit tetrameter iambicus acatalecticus.

Nullus ſum. PAR. *qui dum*? PAM. *perii.*
PAR. *quamobrem*? PAM. *neſcio quod magnum malum.*

43. *Nemone medicum adduxit* ?] Liber Bembinus, Baſilicanus, Vaticanus, & Victorianus, *nemon*.

44. *Quicquid eſt, certum ſciam.*] Libri Bembinus & Victorianus, *certo ſciam*.

46. *Nam ſi periculum ullum in te eſt*,] Ita aliqui libri habent : Bembinus vero, *ullum ineſt*, Vaticanus, Baſilicanus, & alii, ac Donatus, *ullum in te ineſt*, quam & veram lectionem arbitramur; & ex Vaticano, & Baſilicano, legimus *periclum*.

54. *Morbus qui auctus fiet.*] Ex ratione verſus legendum videtur, *fit* ; niſi quis velit, *fiet*, monoſyllabum facere, quod eſt durum, praeſertim in fine verſus.

55. *Era in crimen veniet. ego vero in magnum m.*] Arbitror ex priore *in*, n elidi, ut ſit in prima ſede anapaeſtus.

ACT. III. SCENA II.

1. *Neſcio quid iamdudum hic audio*] Ordo verborum alius eſt in o. l. s. & Donato, in hunc modum, *iamdudum audio hic*. quod & numeroſius eſt : facit enim iambum in quarta ſede verſus, qui eſt iambicus tetrameter catalecticus.

7. *Nec mittas quidem*] Non fere invenias librum ſcriptum, in quo pro *nec*, non ſit, *ne*.

10. *Tum autem filius introiit.*] Et hic quoque numeroſiorem lectionem habent o. l. s. & Donatus, *tum filius tuus i.*

11. *Dis habeo gratias.*] Verſus eſſe debet iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri.

quare ex o. fere l. s. ita legimus, *Dis gratiam habeo.*

13. *Huc nunc introire nolo.*] Hic quoque o. l. s. ita collocant, *nunc huc introire nolo.* ita *introire*, trisyllabum erit.

14. *Nam si remittent quippiam Philumenam dolores,*] Donatus legit *Philumenae:* dicens, *remittent, verbum activum, positum esse, quasi neutrum.* ita etiam legit Ruffinus in libro de metris comicis. itaque etiam scriptum videtur fuisse in libro Victoriano; sed deinde mutatum in lectionem vulgatam.

16. *Quae inter vos intervenit,*] Liber Bembinus, *intervenerit.* ita sine ulla licentia procedit versus. ita etiam prius videtur fuisse in Victoriano, cui nimis saepe scioli manus admoverunt.

18. *Gaudeo venisse salvum. salvane*] Bembinus liber *salvam.* at aliqui alii, & in iis Victorianus & Basilicanus, itemque Donatus, *salvan,* habent. ita versus est tetrameter iambicus acatalecticus, ut ceteri.

24. *Atque his onera adiuta.*] Liber Bembinus, & Donatus, *atque eis.*

25. *Domum qua redeant?*] Idem liber *veniant.* utrumque stare potest.

ACT. III. SCENA III.

7. *Postquam me aspexere ancillae advenisse, ilico omnes simul*] Aut ego fallor, aut ex, *omnes,* m, elisо, prioreque eius dictionis syllaba correpta, erit in sexta sede dactylus, & versus procedet, ut ceteri, qui sunt trochaici tetrametri catalectici.

11. *Una illarum forte interea propere praecurrit, nuntians*] Versum hunc in suum genus redigimus hoc modo: dictionem, *forte,* delemus ex auctoritate libri Bembini, & pro *praecurrit,* reponimus *praecucurrit,* ex Basilicano, & aliis multis l. s. ita procedit trochaicus.

13. *Postquam introii, extemplo eius morbum*] Ne hic quidem trochaicus stat, nisi ad lectionem librorum Bembini & Victoriani emendetur, *Postquam intro adveni, extemplo eius morbum.*

21. *Mecum a principio institit.*] Placet mihi ut sine τὸ *a,* legatur: *principio institit,* ut est in libro Bembino.

30. *Hanc gratiam te uti sibi des*] Idem liber & Donatus, non *uti,* sed *ut,* habent. nec stat aliter versus, cum *uti,* posteriorem producat. & dictio *ut,* etiam erat in Victoriano, sed deinde factum, *uti.*

31. *Ceterum de reducenda*] *Redducenda* per duo d, scribimus: nam iambum trochaicus non admittit. & infra, *nam de redducenda.*

33. *Concubuisse eam mensibus.*] Vocem, *eam,* ex libri Bembini auctoritate sustulimus; quae tamen subauditur ex praecedenti versu.

34. *Mensis iam hic agitur septimus:*] Ratio trochaici exigit hanc collocationem verborum quae est in omnibus fere l. s. *mensis agitur hic iam septimus.*

36. *Ut clam partus eveniat patrem:*] Liber Bembinus, Basilicanus, & multi alii, ac Donatus, *ut clam eveniat partus patrem.* utraque collocatione stat trochaicus.

44. *Nec faciam; & si me amor graviter consuetudoque eius tenet.*] Hunc versum ita habet liber Bembinus: *Nec faciam etsi amor consuetudoque eius graviter tenet.* Ego tamen, aliorum collocationem sequens, & Bembinum librum, in eo quod non habet vocem *me,* ita legerim:

Nec faciam, etsi amor graviter consuetudoque eius tenet.

45. *Quae posthac futura sit vita,*] Donatus & o. l. s. *futura est,* ut & trochaicus postulat.

48. *Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo.*] o. l. s. habent, *quem ego tum consilio:* quae vero sequuntur, ita & illi, & Donatus collocant, *nunc huic operam dabo;* sed hoc modo est iambicus octonarius, post tot trochaicos. quod quamvis non placet nobis, tamen consensum omnium librorum sequemur.

52. *Hic crebro exaudiat,*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, *audiat:* quo quidem modo procedit * trochaicus sine ulla licentia.

53. *Ne parturire eam intelligat.*] Nullus omnino liber scriptus habet, *eam,* quod nec necessarium est: commode enim ab versu superiore repetitur.

ACT. III. SCENA IV.

2. *Non hercle Parmeno verbis dici potest*] Numerosior versus est in o. l. s. *Non hercle verbis Parmeno. d. p.*

6. *Nam alias ut omittam miserias,*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, *ut mittam.*

16. *Ere, etiam tu nunc hic stas?* PAM. *& quidem te exspecto.* PAR. *quid est?*] Si quis conser-

* l. iambicus.

conſervare velit hanc lectionem, quae eſt eadem libri Bembini & multorum aliorum, neceſſe eſt, ut contracta per ſynizeſin voce *etiam* in duas ſyllabas, primus pes ſit anapaeſtus; pro *nunc* vero *num* legatur: ut ſit ordo *etiamnum*, & fieri poſſit eliſio, quod ſaepe apud Statium invenitur; ex *quidem* vero, *m*, abiiciatur, quanvis ſequente conſonante. ſi vero aliam collocationem verborum, quae eſt in aliquot antiquis admittas in hunc modum, *etiam nunc tu*, & pro *& quidem* legas *equidem*, ut aliqui recentiores libri & Donatus habent, planius verſus procedet.

19. *Una advectus eſt mecum,*] Repono *vectus*, ex libro Bembino; ſed ex ratione verſus, ex *vectus eſt*, *vectu'ſt*, faciendum.

24. *Non poſſe, ne me fruſtra illic exſpectet. vola.*] In libro Victoriano ſcriptum erat *ille*: ſed *illi*, exigit ſenſus, quod pro *illic* exponitur: pro *illic*, *illi* exigit verſus. aut ſi *illic* legetur, c, in ſcanſione, non pronuntiabitur.

27. *Cadaveroſa facies.*] Liber Bembinus, & Donatus legunt *facie*; & haec verba non Parmenoni, ſed Pamphilo attribuunt.

ACT. III. SCENA V.

1. *Dixtine duum dixiſſe illam, ſed exſpectare filium?*] o. l. s. & Donatus, *dixtin*, habent; & *illam dixiſſe*. ita verſus trochaicus eſt, ut qui ſequuntur.

10. *Haud multum haeredem adiuvant.*] Liber Bembinus & alii antiqui, *heredem iuvant.*

11. *Hanc laudem reliquit.*] Iidem libri, *relinquont.* ita & Donatus, licet per duo, u.

13. *Profuit.* L. *immo obfuit:*] In, *profuit*, poſtrema producitur, quod antiquiſſimi in dictionibus deſinentibus in t, ſaepe faciebant.

16. *Heri Philumenam*] Aut in, *heri*, poſterior ſyllaba corripienda, aut, *here*, legendum; quod tamen in nullo l. s. invenimus.

17. *Sed iam remittit eam.*] Trochaicum claudicantem corrigo, ordinando verba, ut in libro Bembino, & Victoriano, *Sed eam iam remittet.*

20. *Ego ſcio me caviſſe,*] Ita quidem liber Bembinus & Donatus: ſed venuſtius videtur, quod in aliis omnibus libris eſt, *ego me ſcio caviſſe.*

23. *Vere poſſim;*] Parvi quidem hoc refert, omnes tamen l. s. *poſſum*, habent.

26. *Neque culpa hoc eveniſſe diſſidium mea, id teſtor deos.*] Collocanda ſunt verba, ut in libro Bembino, Vaticano, Baſilicano, ac Victoriano & Donato: *Neque mea culpa hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor deos.*

27. *Sed quando ſeſe indignam deputat matri meae cui concedat,*] Addimus ex o. l. s. verbum, *eſſe*, hoc modo, *ſe ſe eſſe*, ut & poſtulat verſus. ſane in libro Bembino legitur, *quae concedat*; licet & in eo quoque libro prius eſſet, *cui*; ſed *quae*, etiam Ubaldino Bandinello placebat. nos tamen antiquam lectionem non mutamus.

30. *Segreganda aut mater eſt a me*] Ex libro Bembino & aliis antiquis & ratione verſus, haec verba ſic ordino, *mater a me eſt.*

32. *Pamphile, ad aures haud invito*] In o. l. s. & Donato, ita haec verba invenias collocata: *Pamphile, haud invito ad aures.*

48. *Ut filiam remitteres.*] Liber Bembinus, *filiam ut remitteres.*

55. *Decedet iam ira haec:*] Idem liber, & Donatus, *decedat.*

56. *Quia paululum vobis*] Aliqui libri, & in iis Vaticanus & Baſilicanus habent, *paulum:* quod verſui magis convenit.

59. *Ut alii, ſi huic non ſit, ſiet.*] Liber Bembinus, *ſi huic non eſt, ſiet.* quorum utrum melius ſit, ſtatuere neſcio; & tamen antiquiorem lectionem ſemper elegerim.

64. *Ad uxorem: cuius fiunt haec conſilio omnia.*] In o. l. s. & Donato, hic eſt ordo verborum, *cuius haec fiunt.* multis autem rationibus ſuſtentari poteſt verſus.

ACT. IV. SCENA I.

1. *Quid meo viro reſpondebo*] o. l. s. *quid viro meo.* eſt autem hic verſus trochaicus acatalecticus, eiuſdem generis eſt & ſecundus huius ſcaenae verſus, ſi tamen pro *audiſſe*, legas *audiviſſe*, ex libro Bembino ac Victoriano & Baſilicano ac Donato. item quartus, ſi pro *reſciverit*, *reſcierit* legas, ex iiſdem libris. Item octavus, cui tamen attribuimus haec verba, *atque eccam*, dempta ex praecedenti verſu: quam ordinationem verſuum habet liber Victorianus & Robertus Stephanus: in quo etiam verſu ex eodem Victoriano, & Bembino lego, *quid ais?* interrogat enim Phidippus Myrrhinam, quid nam ſit quod ipſa ſecum loquatur. item nonus, in quo ex libro Bembino lego, *vir ego tuus ſim?* item undecimus, item duodecimus, eliſo ex *taces*, s: item quartus decimus, & decimus ſeptimus: ubi tamen *adeon* legendum ex o. l. s. item decimus nonus, in quo ex omnibus fere libris ſcriptis, verſuſque ratione legendum, *advorſum.*

ſum. quintus dimeter trochaicus catalectticus. Hi vero, quos infra dicam, trochaici ſunt tetrametri catalectici, tertius, & ſextus, eliſo tamen, d, ex *ſed*, ut in prima ſede ſit trochaeus. Item ſeptimus, & decimus. item tertius decimus contracta dictione *niſi*, in unam ſyllabam. Item quintus decimus, deleta in hoc dictione, *hunc*, quae nec eſt in libro Bembino, neque ponitur a Donato, neque ſane multum ſenſui ſervit, & verſui incommodat. item ſextus decimus, * vigeſimus, vigeſimus ſecundus, cuius poſtrema verba in libro Bembino, & Victoriano hunc ordinem habent, numero dulciore, *poſſe filiam tuam te pati*. ubi *tuam* monoſyllabum eſt. item vigeſimus quartus, non facta eliſione in, *cum eo*. item vigeſimus quintus, in quo pro *malo*, lego *mavolo*, ex eiſdem duobus antiquiſſimis libris, verſuſque ratione. item vigeſimus ſextus, & vigeſimus ſeptimus. At qui ſequuntur quattuor verſus, ſunt octonarii iambici acatalectici : ſi tamen in vigeſimo octavo, poſt τὸ *quoque*, addas dictionem, *etiam*, quae eſt in omnibus libris. in vigeſimo vero nono ex tribus antiquiſſimis, pro *eandem*, legas, *eadem :* diſtinguendo poſt *oſtendiſti*, ut ſit ordo, nihil ceſſaviſti uſque adhuc eadem eſſe, ut olim te oſtendiſti : pro, quam olim te oſtendiſti.

34. *Tu ne proſpicere*] Nos ex l. s. verſuſque ratione, *tun proſpicere*.

43. *Roga, velit ne an non uxorem. ſi eſt ut dicat velle ſe,*] *Roga* poſteriorem corripiet. Martialis: *Incideris quotiens in baſia fellatoris, In ſolio puta te Flacce lavare caput*. praeterea liber Bembinus & Donatus hunc ordinem verborum habent, *roga velit ne uxorem an non* ? ſed ſic verſum ſuſtentabimus, non faciendo colliſionem vocalium in, *ſi eſt*.

44. *Recte conſului meae.*] Nos addimus pronomen *ego* ex libris Bembino, ac Victoriano, & Donato, *recte ego conſului meae*.

45. *Et tu ſenſiſti eſſe*] Legendum videtur, *ſenſti*, per ſyncopam; aut certe ita in ſcanſione pronuntiandum.

47. *Quamobrem incendor ira te eſſe auſam facere haec iniuſſu meo.*] Ea collocatione verborum, quam habet liber Victorianus, ſtat trochaicus. ut pronomen *te*, poſt τὸ *haec*, ponatur.

54. *Mutari poſſit, ſcio.*] o. l. s. & Donatus, *poſſit mutari*: quod numeroſius eſt.

58. *Neque detractum ei tum quicquam eſt, qui poſt poſſit noſcier qui fiet :*] Hic verſus nullo modo poteſt ſtare: quem nos ex libro Bembino, ita corrigimus; *Neque detractum ei eſt quicquam, qui poſſet poſt noſci qui fiet. ei* autem hic ſpondeus eſt, ut ſaepe apud Lucretium.

60. *Simul vereor Pamphilum,*] Arbitror ex *ſimul*, l, elidi, ut primus pes ſit proceleuſmaticus, ſecundus, ſpondeus.

ACT. IV. SCENA II.

1. *Non clam me eſt mi gnate*] Aliam collocationem verborum habet liber Bembinus, & aliquot alii, verſui aeque aptam, qui eſt octonarius iambicus quadratus ; *non clam me eſt gnate mi*.

3. *Quae opto mihi,*] *Quae exoptem* habet liber Bembinus, reliqui fere, *exopto*, quod & placet.

4. *Ut caperet odium illa mei.*] Hic eſt trochaeus in ſeptima ſede octonarii, quem pedem verſus iambicus non admittit. quare aut legendum eſt, ut habent o. l. s. recentiores, *ut caperet illa odium mei*, aut conſervata collocatione verborum impreſſa, quae eadem eſt in libro Bembino, & aliis antiquis, emendandum, licet reclamantibus omnibus libris, *illam* : ut ſit, *ut caperet odium illam mei* ; & ſit ordo, ut odium mei caperet illam : ſicut & ſupra dicitur : *Iampridem equidem audivi, cepiſſe odium tui Philumenam*. & in Eunucho ; *Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti ſi quando odium ceperat*. hoc & Ubaldino Bandinello placebat.

8. *Ut apud me praemium eſſe poſitum pietatis ſcias.*] Ex libro Victoriano lego, *pietati*.

15. *Mea pertinacia dicat eſſe factum,*] Ex libro Bembino & aliis antiquis ac Donato, verſuſque ratione, ita ordinamus haec verba, *eſſe dicat factum*.

17. *Nihil iam mihi iſtaec res voluptatis ferunt.*] Liber Bembinus *iſtae res* ; quanvis & *iſtaec*, genere feminino, nominativo plurali efferret antiquitas. Terentius in Eunucho, *Continuo haec adornant ut lavet*.

18. *Satias me iam tenet*] Delemus pronomen, *me*, ex auctoritate libri Bembini, & ratione verſus.

20. *Ne cui meae longinquitas aetatis obſtet.*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, & alii antiqui, habent, *mea*.

20. *Mortem ve exoptet meam.*] Nos *exſpectet*, legimus, ex Donato, & libro Bembino. ita etiam ſcriptum fuiſſe in Victoriano, conicere licet ex raſura, ubi repoſita eſt dictio *exoptet*.

* l. *vigeſ. primus, vigeſ. tertius.*

27. *Non*

27. *Non tute rem incommodam,*] Bembinus liber & aliqui alii, *non tute incommodam rem:* quae collocatio verſum, aliter laborantem, ſuſtentat. & paulo poſt in eodem Bembino pro *inducas*, *induces*. & legendum eſt cum affectu hortantis ad patientiam, ut & tangere videtur Donatus.

28. *Si cetera ſunt, ita ut tu vis,*] Pronomen *tu*, non eſt in libro Bembino: ac ne neceſſarium quidem eſt: collocationem vero verborum o. l. s. eo excepto, & cum iis Donatus, hanc habent, *ſi cetera ita ſunt.*

ACT. IV. SCENA III.

3. *Quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris.*] Hic verſus, ut trochaicus non poteſt ſtare, ut iambicus autem vix atque aegre, adeo impeditus eſt inverſione verborum: quae nos ex Donato, & libro Bembino ita collocamus: *Quod faciundum ſit poſt fortaſſe.* ita trochaicus erit, in quo tamen in, *idem hoc*, non fiet colliſio. Victorianus, & aliqui alii libri ita habent: *Quod faciundum ſit fortaſſe poſt idem hoc nunc ſi feceris.* alii, *Quod ſit faciundum fortaſſe*, & in his Baſilicanus.

5. *Quae ſimul tecum*] Inverſa verba ſic colloca ex libro Bembino, & aliis antiquis, & ratione trochaici, *quae tecum ſimul.*

7. *Quid vis Pamphile?*] Verſus eſt trochaicus tetrameter acatalecticus, ut & ſequens.

9. *Equidem cupio & vix contineo.*] Complures libri, & in iis antiquiſſimi, *contineor.*

11. *Credo ea gratia concordes magis, ſi non reducam fore.*] Quamlibet Donatus aliter legat, ex auctoritate libri Vaticani & Baſilicani, verſuſque ratione, delemus adverbium, *magis*; quod etiam in Victoriano reperimus expunctum. *reducam* vero per duo d, ſcribimus ex libro Bembino.

12. *Verum id tua refert nihil,*] τὸ *id*, non habent antiquiſſimi libri Bembinus, Vaticanus, Baſilicanus.

13. *Quando haec abierit.*] Liber Bembinus, *aberit*: quo quidem modo melius ſtat verſus.

14. *E medio aequum eſt excedere.*] Omnes antiqui libri, *aequum excedere eſt.*

14. *Iam nos fabulae*] Liber Bembinus, Baſilicanus ac Victorianus, & Donatus, *nos iam fabulae.*

16. *Sed video Phidippum per tempus egredi,*] Multi l. s. inter quos Bembinus & alii antiqui, ita collocant, *Phidippum egredi per tempus:* qui reſtitutus ordo verborum, iambum conſtituit in quarta huius verſus ſede, qui eſt iambicus tetrameter catalecticus.

ACT. IV. SCENA IV.

6. *Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc operiam?*] Complures libri ſcripti, inter quos antiquiſſimi, habent, *aperiam*: quemadmodum & Donatus legit, ita dicens, *Hoc modo oſtendit nec eſſe quod ſimulet, nec id quod verum eſt, dicendum ſibi eſſe.* ita etiam Robertus Stephanus impreſſit.

11. *Ea nos perturbat Laches.*] Liber Bembinus & Priſcianus, *Lache.* ſic & infra ex ratione verſus legendum eſſe contendimus: *Voſmet videte iam Luche & tu Pamphile.* licet in omnibus libris ſit *Laches.*

18. *Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia: Neque fuiſſe praegnantem*] Antiquiſſimi libri Bembinus & Vaticanus hanc vocem *praegnans* & *praegnantem* ſine n, littera, habent hoc modo, *praegnas*, *praegnatem*: itaque ſemper & in Pandectis Florentinis ſcripta invenitur haec dictio. Me vero non tantum uſus ſcribendi vetuſtiſſimus movet, quantum huius dictionis derivatio ab Donato tradita: is enim hunc locum exponens, ait, *Praegnans eſt ante gnatum vel ante genetricem; eſt enim prae ante:* ex quibus Donati verbis liquet hanc vocem non eſſe participium, quod neceſſario per n, efferendum eſſet, ſed nomen a prae & gnatus, vel a prae & genetrix; quae utraque vox nullam neceſſitatem infert nomini ab ſe deducto, aſſumendae litterae, n.

26. *Etſi iamdudum*] Aliqui libri ſcripti, & in iis vetuſtiſſimi, *etiam ſi dudum.*

27. *Nunc non eſt, cum eam jam conſequitur alienus puer.*] Adverbium, *iam*, nullus habet liber ſcriptus: nec Donatus; nec id admittit ratio verſus.

33. *Pater, ſi illa ex me*] Elegantior videtur collocatio, quae eſt in libro Bembino, *Pater, ſi ex me illa.*

35. *Quae celaſſe intelligo.*] Vaticanus liber: & unus tantum liber ſcriptus Donati, habet, *quae*; Bembinus, *quod*; omnes alii, & Donati, & Terentii libri, *quem*: quod forte procederet ſubintelligendo, partum: magis tamen placet, *quod.*

45. *Remiſſam opus ſit vobis an reductam domum:*] Liber Bembinus penultimam dictionem huius verſus habet per duo, d, ita etiam verſus ratione exigente: & praeterea hic

hic liber & Basilicanus, & duo alii antiquissimi, item alii multi eam ipsam dictionem, id est, *redductam*, item aliam praecedentem, id est *remissam*, per n, in fine habent. ita & Donatus, sic inquiens: *Remissa opus sit vobis) in veris codicibus sic est, remissam, reductam, ut sit remissane, reductane.* quae expositio Donati facit, ut pro *remissam, remissan; pro reductam, reductan*, ipsum ex veris codicibus citasse coniciam. Sed hoc modo dictio, *an*, & orationi supervacanea erit, & versui incommoda, quam nos ex auctoritate complurium librorum, in quibus aut expuncta est, aut non est omnino, delemus.

47. *Huic reddas suam scilicet,*] Omnes fere libri, inter quos vetustissimi, & Donatus, ita haec verba ordinant, *huic suum reddas s.*

49. *Quem ipsa neglexit, pater ego alam.*] Lectio libri Bembini, Vaticani, Basilicani, & aliquorum aliorum est, *quem ipse:* ut haec verba sint Pamphili secum, ne pater & socer intelligant, obmurmurantis, alium esse patrem nati pueri, non se. quod autem haec secum Pamphilus dicat, ostenditur ex Chremetis verbis, statim Pamphilum interrogantis quid dixerit. sane Donatus *quem ipsa*, magis probat, quod (cum reverentia eius dixerimus) non sat bona ratione facere videtur. cui enim Pamphilus se probaturum hoc putet, quod ideo alere filium nolit, quia eundem mater neglexerit? id ne sat causae cuiquam videri potest, ut filium suum abiiciat, quod sit a matre neglectus?

55. *Primum ubi hanc dixti causam,*] o. l. s. & Donatus, *hanc ubi dixti.*

58. *Ademptam quoque hanc*] o. l. s. *ademptam hanc quoque.*

59. *Puer quia clam te natus est,*] Liber Bembinus, *clam te est natus.*

71. *Cum fingis falsas causas*] Quattuor antiqui libri, *confingis.*

73. *Nam ei alia causa quae fuit,*] o. l. s. *nam ei causa alia quae fuit.*

80. *Tot nunc me rebus*] o. l. s. *tot me nunc rebus.*

82. *Nam puerum credo iniussu non tollent meo.*] In o. l. s. & Donato hic est ordo verborum, *iniussu credo*; pro *tollent* autem Donatus habet, *tollit*, corrupte ut opinor pro *tollet*, quod est in libro Bembino. quod ideo placet ut referatur ad Lachetem, cuius utpote avi, in tollendo puero, summa potestas erat.

87 *Non mirum fecit uxor mea, si hoc aegre tulit:*] Aliqui, ut versui consulerent, imprefferunt sine pronomine, *mea*; contra tamen omnium librorum fidem. nos ea dictione retenta, ita versum sustentamus, ut τὸ *mea*, in unam syllabam brevem contracto, itemque τὸ *hoc*, correpto, in quarta sede sit dactylus.

90. *Id ego praesente hoc, tibi nolebam dicere.*] o. l. s. *id ego hoc praesente:* Bembinus vero & Victorianus & aliqui alii, pro *nolebam, nolueram.*

91. *Nunc vero palam est.*] Potest haec lectio teneri, sed mihi ea, quae est in libro Bembino vehementer placet, *nunc verum palam est.* ut *verum* sit nomen, & sit sensus, iam veritas manifesta est.

92. *Abhorrere animum huic video a nuptiis.*] Praepositio, *a*, non est in libro Bembino, & in Victoriano quoque abrasa est.

99. *Et te oro porro*] Liber Bembinus, pro &, *at*, habet: nos tamen, &, malumus.

100. *Itidemque nunc dico Lache,*] Non displicet mihi haec lectio; omnes tamen l. s. quoscunque vidi, habent, *idemque.*

103. *Sed vis ne adesse?*] Liber Bembinus, & Donatus, *sed vin adesse?*

ACT. V. SCENA I.

1. *Nunc me conventam*] Liber Bembinus, Basilicanus, Vaticanus, *me nunc c.* meliore collocatione.

4. *Quod me post minus feciisse satius sit.*] Ex libro Bembino, ac Victoriano, & Donato hunc ordinem verborum repono, *quod post me*: eliditur autem, s, ex *satius*, ut sit iambus in ultima: est enim octonarius iambicus quadratus, sicut & tres primi huius scanae. sequentes vero ex eodem libro ita ordinamus:

5. *Adgredior. Bacchis salve.*

B. *Salve Laches.* LA. *credo edepol te nonnihil mirari Bacchis,*

Quid sit, quapropter te huc foras puerum evocare iussi. ut primus horum sit dimeter iambicus catalecticus, secundus, contracto *nihil*, in unam syllabam, item tertius sint iambici octonarii catalectici; qui vero sequuntur, ut in impressis ordinati sunt, ita eos conservamus.

8. *Ego pol quoque etiam timida sum, cum venit mihi in mentem, quae sim:*] *Venit*; quod praesentis temporis est, pyrrichius est, elisо t, aut certe τὸ *mihi* additicium est: utique enim *mihi* subintelligitur. ut in Eunucho, *Et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit.* Virg. *Nec venit in mentem, quorum consederis arvis.*

9. *Ne*

9. *Ne nomen mihi quaeſtus obſtet apud te : nam mores facile tutor.*] *Queſti* legitur in libro Bembino, antiqua declinatione. Ceterum nec in eo libro, nec in Vaticano, nec in Victoriano ſunt duae illae dictiones, *apud te*, quae multum incommodant verſui, & parum ſenſui proſunt. ſed ne ſic quidem verſus procedit, niſi ex magna licentia : deeſt enim una ſyllaba, quam nos unius tantum litterae mutatione ſupplemus, legendo pro *obſtet*, *obſiet*. ut ſit, *Ne nomen mihi quaeſti obſiet*. hoc modo, & verſus eſt iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri, & iambum habet in quarta, quod huic generi verſuum prope ſolemne eſt, & antiquiſſima lectio conſervatur. Si quis tamen malit *obſtet*, verſus ſuſtentatur diſſolutione diphthongi.

10. *Si vera dicis, nihil tibi pericli a me eſt, mulier.*] Aliam collocationem verborum, quae verſui convenientior eſt, habent o. l. s. *nihil tibi eſt a me pericli mulier.*

13. *Nam ſi id nunc facis, factura ve es*] τὸ *nunc*, non ponit Donatus, citans haec ſuper eo loco, *Fac eadem, ut ſis porro.* ne liber quidem Bembinus eam vocem habet: ac neque particulam, *id.*

14. *Inſcitum offerre iniuriam tibi me inmerenti iniquom eſt.*] Bembinus liber non habet dictionem *me* ; quam & Donatus, eam ſubaudiri volens, non eſſe in contextu oſtendit. alii libri eam varie collocatam habent; aliqui enim dictioni *tibi* praeponunt, aliqui poſtponunt: ut ſaepe evenit dictionibus ſubditiciis. ſane in aliquibus libris, inter quos eſt idem Bembinus & Victorianus, hi verſus ita ordinati ſunt :

Nam ſi facis, facturave es, bonas quod par eſt facere,
Inſcitum offerre iniuriam tibi: inmerenti iniquom eſt.

Diſtinguendum eſt autem poſt *tibi*, ut ſit ſenſus, offerre iniuriam tibi, quae vel mulier ſis, vel meretrix, eſt inſcitum: immerenti vero, etiam iniquum eſt.

16. *Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.*] Hic neceſſe eſt vel ex *parum*, m, elidere, quamvis ſequente conſonante, ut dactylus ſit in ſexta, vel *iniuriam* triſyllabum facere, coaleſcentibus in unum duabus extremis vocalibus. mihi tamen magis placeret, ſi deleto pronomine, *ſe*, quod ego arbitror ab interpretante ſuperſcriptum, deinde in contextum irrepſiſſe, abſolute legatur, *Nam qui poſt factam iniuriam expurget.* non tamen muto, neque detraho quicquam.

20. *Quaere alium tibi amicum firmiorem, dum tempus conſulendi eſt.*] Aliqui libri non habent dictionem *amicum*, & ex iis eſt Victorianus: in quo tamen poſtea ſuperſcripta eſt. Bembinus eam dictionem praepoſitam habet dictioni *firmiorem*; alii libri & Donatus poſtpoſitam, ut iam diximus evenire ſubditiciis dictionibus, ut nullam certam ſedem habeant. Ceterum quod ſequitur, idem liber Victorianus & Bembinus ita habent, *Dum tibi tempus conſulendi eſt.* ut exigit ratio verſus, qui eſt trochaicus tetrameter acatalecticus, ut ſequens.

23. *Qui natus eſt extinguere.*] Omnes fere libri ſcripti, inter quos Bembinus & Victorianus, ita collocant, ut & ratio trochaici expoſcit, *natus qui eſt.*

32. *Sed eſſe falſa fama nolo*] In Bembino deeſt τὸ *eſſe*, ſed perperam : ceterum hunc ordinem verborum habet, quem & Donatus ponit, addito tamen verbo *eſſe : ſed nolo falſa fama eſſe*; aliqui etiam libri ſic habent, *ſed nolo eſſe falſa fama.* utrumque melius quam quod in lectione vulgata eſt ; quod quidem ad verſum attinet.

36. *Ego quoque hoc etiam credidi.*] Ex auctoritate libri Bembini deleo dictionem *hoc*, ſine detrimento verſus & ſenſus.

39. *Sed reprimam*] τὸ *ſed*, delendum ex auctoritate libri Bembini ac Victoriani, & ratione trochaici.

40. *Potiuſquam inimicus, periculum facias.* B. *faciam ſedulo.*] Reſponſionem Bacchidis in hoc verſu, Bembinus liber non habet, quam & in pauciſſimis aliis invenias : & putamus non neceſſarium. ſupereſt ut verſui conſulatur, quod ſic facimus ; ex aliquibus libris ſcriptis, in quibus eſt Victorianus, legimus *periclum*, & quattuor primis ſequentis ſcaenae verbis hunc verſum ſupplemus: ea ſunt, *nihil apud me tibi.* ut *nihil*, in unam ſyllabam contracto, &, d, ex *apud* eliſo, ſit in ſexta ſede huius trochaici, dactylus.

ACT. V. SCENA II.

2. *Defieri patiar, quin quod opus ſit benigne praebeatur.*] Hunc verſum omnes fere l. s. ſimul ponunt, cum illis quattuor verbis, quibus ultimum verſum praecedentis ſcaenae ſupplevimus. ſed illis detractis remanet ille

quem adscripsimus, qui est trochaicus tetrameter, ut praecedentes: licet illi catalectici, hic acatalecticus.

4. *Puero nutricem adduxit.*] Placet mihi, *adducit*, quod in libro Bembino est, ut per praesens tempus omnia enuntientur, *venit, adducit*. ita conicere licet fuisse & in Victoriano, nam x, in litura est.

7. *Licet haec res hic agitur:*] *licet*, non est in libro Bembino nec Victoriano: nec ponitur a Donato, & a versu respuitur.

17. *Quod satis sit, faciet.* B. *faciam.*] In contextu libri Bembini non est responsum Bacchidis, sed loco eius pronomen, *ipsa*; ita & Donatus legit, ita & o. l. s. nisi quod in iis sequitur responsum Bacchidis, perperam id quidem: nam versus repugnat.

18. *Quid istaec mihi narras? an quia non tute ipse audisti dudum,*] Liber Bembinus, & omnes fere alii, ac Donatus; *quid mihi istaec*: Basilicanus *qrid mi istaec*. & infra iidem libri, *dudum audisti*. Donatus vero non, *tute ipse*, sed, *tu ipse*, habet. ita est iambus, vel pyrrichius in quarta.

19. *Illis modo exple animum.*] Liber Bembinus & Donatus, *explete*: est enim sermo non ad Lachetem solum, sed & ad Bacchidem. versus quoque hanc lectionem exigit.

21. *Vis ergo introeam?*] Liber Bembinus, *Vin ergo introeam?* Ita prius erat & in Victoriano.

24. *At hae amicae erunt,*] Liber Bembinus, *haec amicae*, ut & exigit versus.

25. *At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognoverint.*] Hunc totum versum idem liber non habet, & sane supervacaneus videtur, quamvis a Donato ponatur, prima pars eius: sane, si hunc versum retinemus, *cognorint* legendum ex ratione versus, contra omnium librorum fidem.

26. *Perii. pudet Philumenae: sequimini me intro huc ambae.*] Non temere est, quod nec liber Bembinus, nec Donatus habent dictionem, *huc*; aliique libri, qui eam habent, partim dictioni *intro*, praeponunt, partim postponunt, ex quo apparet ut subditiciam, certum eam locum non habere. pronomen vero, *me*, non post *sequimini*, sed ante, habet liber Bembinus: alii libri, & hi complures & ante, & post habent: quam & veram arbitror lectionem, detracto adverbio *huc*.

29. *Et mihi una prosit.*] Donatus, & liber Bembinus & Basilicanus, & Vaticanus & plerique alii non habent τὸ *una*. quod & respuit versus.

31. *Referetque gratiam ei.*] Ex auctoritate libri Bembini & Victoriani delemus coniunctionem, *que*, nec sermoni necessariam, & versui incommodam, qui est iambicus tetrameter catalecticus ut ceteri, habens dactylum in secunda.

ACT. V. SCENA III.

1. *Deputat parvi pretii,*] Idem liber, *preti*.

7. *Neque enim quemquam esse arbitror.*] o. l. s. *neque eum*. ita & Donatus, si bene consideretur.

14. *Quem ipsus mihi olim dederat.*] Ex o. l. s. & ratione versus, ita colloco, *olim mihi*.

15. *Haec ubi ex te audierit,*] o. l. s. *hoc ubi*, & in, *audierit*, * penultima producenda, aut *audiverit*, legendum.

38. *Postquam id video*] Pronomen *id*, in nullo est l. s. nisi in Victoriano, ubi & deletum est.

20. *Virginem nescio quam compressisse:*] Ex ratione versus, & ex fide libri Bembini, Vaticani, & Basilicani, & aliquot aliorum, ac Donato delemus τὸ *virginem*.

31. *Dicitque se illi*] *Se*, geminamus ex o. l. s.

34. *Philumenam esse compressam ab eo,*] Hic ordo verborum est in libro Bembino, *compressam esse*.

ACT. V. SCENA IV.

1. *Vide mi Parmeno*] Versus hi trochaici sunt tetrametri: sed hic & septimus, acatalectici. alii catalectici.

2. *Ne me in breve hoc conicias tempus,*] Ex aliquibus libris, inter quos est Victorianus, & ratione trochaici, deleo pronomen, *hoc*.

3. PAR. *Visum est.* PAM. *certone?* PAR. *certe.* PAM. *deus sum si hoc ita est.* PAR. *verum reperies.*] o. l. s. *certe ne*, habent, praeter Bembinum & Victorianum, *qui certen.* quo posteriore modo versus est trochaicus catalecticus, ut ceteri, correpto tamen τὸ *hoc*.

8. *Qui me est fortunatior.*] Hunc versum & tres sequentes, partim ex libro Bembino & Victoriano, partim ex aliis ita ordinamus:

PAM. *Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?*

Egon

* l. *antepenultima*.

Egon te pro hoc nuntio quid donem? quid? neſcio.

PAR. *At ego ſcio.* PAM. *quid?* PAR. *nihil enim.*

Nam neque in nuntio, neque in meipſo, tibi boni quid ſit, ſcio.

ut primus horum, eliſo ex *venuſtatis*, s, item ſecundus ſint trochaici tetrametri catalectici, item quartus, eliſo tamen n, ex dictione *in*, bis poſita.

19. *Ut voluptati obitus*] In *voluptati*, eliditur, p, ut verſus ſit octonarius iambicus, ut ſequentes.

21. *Ut unus hominum homo*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, *ut unus omnium homo*, quod & probo: pulchre enim opponuntur, *unus*, *omnium*.

22. *Tu ne mihi iſtuc?*] Ex eodem libro & Victoriano lege, *tun*, & verſus procedit, ſi *mihi*, monoſyllabum feceris.

27. *Omnia omnes ubi reſciſcunt: hic quos par fuerat reſciſcere;*] Hic verſus trochaicus eſt tetrameter hypercatalecticus; ſed tales non placent mihi. quomodo ergo poſſit eſſe catalecticus ex antiquis lectionibus eruendum. Bembinus ita habet, *hic quos fuerit par reſciſcere*. Donatus ſic, *hic quos par fuerit*. Vaticanus, Baſilicanus, & nonnulli alii pro *reſciſcere*, *ſciſcere*, habent. quod idem eſt, quod ſcire. Plautus in Amphitr. *Accedo ut ſciſcam quid velit*. ſed ne ſic quidem verſus procedit. ego conſiderata lectione libri Bembini & Donati, quae eſt *fuerit*, quod tamen cum de futuro ſit, & in praeſenti ſequatur *ſciunt*, non ſat bene cum eo cohaeret, pro *fuerit*, *fuit* legendum cenſuerim. ita & verſui & orationi optime conſulitur, & antiqua lectio partim conſervatur, partim minima immutatione emendatur; legemus ergo, *hic quos fuit par ſciſcere*.

28. *Sciunt: quos non autem ſcire aequum eſt,*] Bembinus liber hanc collocationem verborum habet: *quos non autem aequumſt ſcire*. ita procedit trochaicus, contracto, *ſciunt*, in unam ſyllabam.

28. *Neque reſciſcunt, neque ſcient.*] o. fere l. s. & in iis Bembinus, & Victorianus, & Baſilicanus: itemque Donatus, *reſciſcent*.

29. *Immo etiam hoc qui occultari poſſe*] In libro Bembino, non eſt τὸ *poſſe*, ſed & in Victoriano expunctum eſt. collocationem vero praecedentium verborum nullus liber ſcriptus eam, quae in impreſſis eſt, habet. Sed Bembinus quidem: *qui occultari hoc:* alii omnes, *qui hoc occultari*. quam & veram arbitror: ita enim optime procedit trochaicus, *Immo etiam qui hoc occultari facilius credas, dabo*.

30. *Iuriiurando meo*] Omnes fere l. s. etiam antiquiſſimi, *iureiurando* per e habent. quod ſi recipimus, erit caſus rectus, iureiurandum.

32. *Speroque hanc rem eventurum*] Idem liber & aliqui alii ita habent, *rem eſſe eventuram*. quod & ad rationem trochaici pertinet.

33. *Ere licet ne me ſcire*] Si pronomen *me*, deleveris, quod nec eſt in libro Bembino, nec in aliquibus libris Donati, nihil ſenſui deperibit, & verſui conſultum erit.

34. *Tamen ſuſpicor.*] In *tamen*, n, eliditur. ut & alibi, *Tamen vix humane patitur*.

35. *Ego ne hunc ab orco mortuum?*] Donatus & liber Bembinus, *ego hunc*.

36. *Et ex quanta aerumna me extraxeris.*] In antiquis libris Bembino, Vaticano, & Baſilicano, non eſt pronomen, *me*. & in Victoriano deletum eſt.

37. *An temere quicquam Parmenonem praetereat quod facto * opus ſit?*] In libro Bembino verſus hic perſonae Pamphili attribuitur; ubi etiam non *Parmenonem*, ſed *Parmeno* legitur. ita *Parmeno* erit nominativus. *praetereat* autem pro tranſeat, vel omittat, exponetur; ut ſit ſenſus, an quicquam Parmeno temere omittat, quod utile factu ſit. & verſus eſt octonarius iambicus ut ceteri. aliter impeditus eſt.

IN PHORMIONEM.

PROLOG.

2. *RAetrahere a ſtudio*;] Liber Victorianus *ab*, ut & infra

4. *Quas antea fecit fabulas*] o. l. s. & Donatus, *quas antehac*.

6. *Quia nuſquam ſcripſit inſanum aduleſcentulum*] Iidem haec verba ita collocant, *inſanum ſcripſit aduleſcentulum*.

9. *Cum ſtetit olim nova,*] *Stetit* poſteriorem hic producit, more antiquorum, apud quos finientia in, t, indifferentia erant.

12. *Et magis placerent quas feciſſet fabulas.*] Verſum hunc ut nec a Donato poſitum, nec in tribus antiquiſſimis libris Bembino, Vaticano, & Victoriano ſcriptum, nec bonae quicquam ſenſus afferentem, delevimus.

* l. *uſus*.

19. *Ab ſtudio ſtuduit reiicere:*] Iidem tres antiquiſſimi libri, & Baſilicanus habent *reicere* per unum i, ut exigit verſus.

22. *Quod ad ipſo adlatum ſt, ſibi eſſe id rellatum putet.*] o. fere l. s. & Donatus, *Quod ab illo.* ſequentium vero verborum ordinem hunc habent omnes fere libri, *ſibi eſſe id relatum.* Donatus *ſibi id eſſe.* quod & commodiſſimum eſt verſui. Liber Bembinus *id ſibi eſſe rellatum*: quod & ſequemur. ſuſtentatur contrahendo in ſcanſione, *ſibi*, in unam ſyllabam, vel eliſione, d, ex *id*, ut ſit dactylus in tertia, & quarta ſede.

28. *Quia primas partes*] Bembinus & Victorianus, *partis.*

29. *Per quam res agetur maxime.*] Libri omnes antiqui ac Donatus, *geretur.*

ACT. I. SCENA I.

8. *Addant ditioribus.*] o. l. s. & Donatus, *divitioribus.*

10. *Comparſit miſer,*] Liber Bembinus, *conperſit.*

14. *Porro alio autem ubi erit*] Aliquot libri, inter quos Bembinus, hanc collocationem habent, *porro autem alio*: ſed hoc modo oportet, *alio*, in duas ſyllabas contrahere: aut eſſe proceleuſmaticum in ſecunda.

ACT. I. SCENA II.

8. *Et quanto in periculo ſim.*] Liber Bembinus & Baſilicanus, *ſimus.* Victorianus & aliqui alii *ſumus.* reliqui *ſim*, & Donatus: nos tamen antiquam lectionem malumus, id eſt *ſimus*: id eſt, ego & erilis filius, legendo ex libro Baſilicano, & ratione verſus, *periclo.*

21. *Abeuntes ambo hinc tum ſenes*] Et *hinc*, & *hic*, legi teſtatur Donatus; in libro Bembino eſt, *hic.*

23. *Mihi uſu venit hoc, ſcio.*] Omnes antiqui libri habent *uſus venit*, ſolus Bembinus *uſus evenit.*

27. *Venere in mentem iſtaec mihi.*] o. l. s. & Donatus, *mihi iſtaec.* & ſtat verſus, ſi τὸ *mihi*, in unam ſyllabam contrahatur.

27. *Nam quae inſcitia eſt*] o. fere l. s. & in iis quattuor antiqui, item Donatus pro duabus primis dictionibus, unam partem orationis habent, *namque.* hoc & Ubaldino Bandinello placebat.

38. *Ex advorſum ei loco*] Liber Bembinus, & multi alii ac Donatus, *ex adverſo*; ſed Bembinus hoc amplius, quod pro, *ei loco*, *ilico* habuit: quod deinde mutatum eſt in lectionem vulgatam. & ſane Donatus etiam *ilico*, legi affirmat: eſſeque dictionem ex abundanti additam, ut multa apud veteres. nos hanc ipſam vocem obſervavimus in Adelphis, poſitam pro additamento loci, ita eam exponente Donato, *Otioſe nunc iam ilico hic conſiſte*: quam vim & hic habere arbitramur.

47. *Ea ſita erat ex advorſo:*] Hic liber Bembinus, & Victorianus habet, *ex advorſum.* Ita habebat & Vaticanus, ſed deinde, abraſis poſterioribus litteris, o, ſuppoſitum eſt.

63. *Ut ſibi eius faciat copiam. illa enim ſe negat:*] In dimetiendo hoc verſu commodum videtur, ut *ſibi* in unam ſyllabam contrahatur, & ex τὸ *illa*, unum l, elidatur, ut in prima & tertia ſede ſit ſpondeus, in ſecunda dactylus, in quarta tribrachus.

69. *Pater ei veniam daret?*] o. l. s. & Donatus, ita collocant, *ei pater*, quod & venuſtius eſt.

70. *Ille ne indotatam*] In libri Bembini contextu non eſt τὸ *ne*: qua particula dempta, melius verſus procederet; ſed ſic quoque ſuſtentari poteſt.

85. *Perſuaſit homini.*] Idem liber, *perſuaſum'ſt*, habet. ut & videtur legere Donatus: parvi tamen refert, utrum legas.

89. *In me omnis ſpes eſt mihi.*] Ex eodem libro ac Victoriano, & Baſilicano, & Donato, verſuſque ratione, ita collocamus, *ſpes mihi eſt.*

90. *Ad precatorem abeam,*] Ex libro Bembino legimus *adeam*, quod magis proprium videtur: nam adire, ſupplicis eſt.

93. *Non addat,*] Multi l. s. in quibus omnes antiquiſſimi, *non addit.*

94. *Quid ille paedagogus*] o. l. s. & Donatus, *quid paedagogus ille*, habent; numero & compoſitione meliore.

ACT. I. SCENA III.

1. *Adeon rem rediſſe,*] Primus hic verſus trochaicus eſt tetrameter acatalecticus, item quartus, in quo ex libro Bembino legendum, *mi conſcius ſcis.* item quintus; ſextus vero & ſeptimus eiuſdem generis, ſed catalectici. item octavus, in quo in ſecunda ſede eſt dactylus. ſecundus vero, ubi ex multis libris, etiam antiquiſſimis, & Donato legendum eſt, *patrem ut extimeſcam*, licet aliud, *ut*, praecedat: item tertius, nonus, & reliqui, octonarii iambici, praeter unum dimetrum iambicum.

18. *Ni*

18. *Ni unum hoc deſit,*] τὸ *hoc*, non eſt in libris Bembino, & Victoriano. ſed ſive cum eo, ſive ſine eo, legas, non magni refert.

25. *Sed quid hoc eſt? video ne ego Getam currentem advenire huc?*] o. l. s. *videon*, habent: &, *huc advenire?* quae collocatio verſui, alioqui non bene procedenti, conſulit, elidendo ex *quid* d ; vel corripiendo *hoc*. verſus autem eſt iambicus tetrameter catalecticus, ita & ſequens; ſi tamen eius primam ſyllabam praecedenti attribuas ; & ex o. fere l. s. haec verba ſic ordines, *quam hic nunc mihi nuntiet rem.*

ACT. I. SCENA IV.

1. *Nullus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere repereris.*] Omnes antiqui libri, & aliquot ex recentibus, ac Donatus hanc collocationem verborum habent, *niſi iam aliquod.* & pro *repereris*, antiqui omnes, *repperis.*

6. *Quidnam ille commotus*] Hos verſus ita ordinamus, partim ex ratione metrica, partim etiam adiuti ab libro Bembino:

A. *Quidnam ille commotus venit?*
G. *Tum temporis mihi punctum ad hanc rem eſt, herus adeſt.* A. *quid iſtuc mali eſt?*

Verſus iambici ſunt, prior dimeter, poſterior octonarius.

10. *Eheu me miſerum.*] Hic & ſequens verſus trochaici tetrametri acatalectici ſunt.

13. *Aliquid convaſaſſem,*] Hic & Donatus, & liber Bembinus, & Baſilicanus habent *convaſiſſem*, & ita emendatum eſt in Victoriano: quod ſi recipimus, deductum erit a convaſo convaſis tertiae declinationis.

15. *Aut qua quaerere inſiſtam via?*] Liber Bembinus, *viam*, & recte: dicimus enim inſiſtere viam.

18. *Hominem.* A. *ſta ilico.* G. *hem,*] Hic verſus videtur monometer trochaicus hypercatalecticus.

21. G. *Faciam.* A. *eloquere.* G. *modo apud portum.* A. *meum ne.* G. *intellexti.* A. *occidi.* G. *hem.*] Ex his verbis, quae in duos verſus in omnibus libris diſtincta ſunt, unum facimus trochaicum tetrametrum catalecticum, cuiuſmodi ſunt & ceteri.

28. *Nam ſi te ſenſerit*] o. l. s. & Donatus, *nam ſi ſenſerit te.* ut & exigit verſus.

30. *Quid faceres, ſi aliud quid gravius tibi nunc*] Ex *quid gravius*, τὸ *quid*, delemus ex auctoritate omnium fere librorum, & Donati. & ſtat verſus producendo poſteriorem in, *tibi.*

32. *Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam?*] Liber Bembinus & Victorianus, *quid hic conterimus operam fruſtra? quin abeo?* placet autem, *quin abeo.* pro, cur non abeo; ita enim *quin*, exponitur a Donato. ſane in Victoriano & Baſilicano *abeo*, in *abeam* mutatum eſt.

33. *Quid ſi adſimulabo,*] Trochaicus exigit, *adſimulo*; quod & in libro Bembino eſt.

34. *Satin ſic eſt?* G. *non.* A. *quid ſi ſic?* G. *propemodum.* A. *quid ſi ſic?* G. *ſat eſt.*] Ut trochaicus ſtare poſſit, legendum eſt ex libro Bembino, & Baſilicano, pro *ſatin, ſatine*: pro quo Victorianus habet, *ſatiſne*: & ubi poſteriore loco dicitur, *quid ſi ſic*, lege *quid ſic*, deleto *ſi* ex fide libri Bembini.

36. *Ne te iratus ſuis ſaevis dictis*] In omnibus antiquis libris, & aliquot recentibus, item apud Donatum legitur, *ſuis ſaevidicis dictis.* ut & ratio verſus expoſcit.

39. *Quo abis Antipho? mane.*] τὸ *mane*, in fine huius verſus delemus ex auctoritate libri Bembini & Vaticani: ipſumque verſum ſuſtentamus, ut in, *quo abis*, non fiat ſynaloepha.

46. *Quod faciam impera.*] *Quid faciam*, habet liber Bembinus & Victorianus.

47. *Uti fuerit veſtra oratio:*] o. l. s. & Donatus, *ut fuerit.*

50. *Nunc ipſa'ſt opus*] Poſt τὸ *opus*, liber Bembinus habet dictionem, *ea*, ut ſit, *ipſa ea.* ita etiam melius ſenarius procedit.

53. *Si quid deficies.*] Melius videtur, *deficias*, quod in eodem libro eſt.

ACT II. SCENA I.

2. *Age mitto imperium:*] *Ac mitto*, habet liber Bembinus & habuit Victorianus. ita etiam videtur legiſſe Cicero in Epiſtolis ad Atticum libro XII. Donatus hoc loco dicit, *legitur & ieci*: quod aliqui impreſſerunt, *legitur & taceo*: nos putamus legendum eſſe, *legitur &*, *ac.*

5. *An ne hoc dicent mihi?*] τὸ *ne*, non eſt in libro Bembino, quod nec orationi quicquam, nec verſui prodeſt. & pro, *dicent*, habet is liber, *dicet*: & ſubaudiendum, Antipho, a plurali ad ſingularem numerum ſermone tranſlato, ut & ſequentia oſtendunt, *invitus feci.* &, *verum ſcientem, tacitum.*

6. *Audio, & fateor.*] Idem liber, hoc aſyndeton habet, *audio, fateor.*

14. *Aut filii peccatum,*] In eodem libro, ita etiam verſus ratione exigente, qui eſt octonarius

narius iambicus, legitur *fili* per unam i, in fine.

15. *Communia esse haec.*] Hic versus ita a M. Tullio, libro tertio Tusculanarum quaestionum, citatur, ut quidem legitur in libris scriptis, *Communia esse haec; nequid horum unquam accidat animo novum.* quod quanvis nobis placeat, nos tamen lectionem vulgatam Terentii non mutamus: quia fieri potuit, ut & Cicero memoria laberetur, & in citando Terentio sensum eius reddiderit, melius etiam atque elegantius quam ipse Terentius.

17. *Quanto erum anteeo sapientia.*] o. l. s. praeter Vaticanum, & Basilicanum habent, *quantum.* ut sit, quantum anteeo. sane *anteeo* pro anteeam, Donatus exponit.

19. *Molendum usque in pistrino.*] Liber Bembinus, ac Victorianus & Donatus pro *usque*, habent *esse*. alii libri utramque dictionem continent, contra rationem versus.

25. *Salvum advenire.*] Liber Bembinus, *salvom venire.*

27. *Quid istuc?*] Adde verbum *est*, ex o. l. s. & Donato; & in dimetiendo versu, d, elide.

29. *Eho, an tu id suscenses*] Pronomen, *tu*, nec habet liber Bembinus, nec Donatus; nec exigit versus.

30. *Egone illi*] In eodem libro & Basilicano est, *egon*; quod parvi refert.

31. *Ipsum gestio dari*] Verbum *dari*, ex Bembino & aliquibus aliis libris, non huic versui, sed subsequenti applicamus: hoc modo, *Dari mihi in conspectum: nunc sua culpa ut sciat.* in cuius scansione, *mihi* & *sua*, in unam syllabam contrahuntur.

36. *Hic in noxia est, ille ad defendendam causam adest.*] o. fere l. s. praeter Bembinum, & Basilicanum, & Vaticanum, *noxa*, habent: quod & adiuvat versum, qui ita sustentandus est, ut ex *ille*, unum, l, ex *ad*, d, elidatur, ita ut *ille ad de-* sit anapaestus; aut forte melius ex *in*, n, elidetur, ita ut in prima sede sit is ipse pes.

37. *Cum ille est, hic praesto est.*] Nullum invenio librum qui ita habeat, praeter Vaticanum, Basilicanum, & Victorianum. alii, sed pauci admodum, post *ille*, nullum verbum habent. in ceteris omnibus, inter quos est & Bembinus, legitur *abest.* quod etiam verbum habent o. l. s. Donati, duntaxat tamen ubi verba Terentii recenset: nam in expositione apertissime legit, *cum ille est.* quod & ego melius existimo.

38. *Probe eorum facta,*] o. l. s. & Donatus *horum.*

Quin quod meritus est, ferat.] Bembinus, & omnes fere alii libri, ac Donatus, *meritus sit.*

42. *Ac vicit, nostra ne ea culpa est, an iudicum?*] Plerique l. s. inter quos Vaticanus, Victorianus, & Basilicanus ita habent, & numerosius iudicio meo *nostran culpa ea est.* Donatus, & liber Bembinus, in hac parte corrupti sunt.

54. *Ita eum tum timidum obstupefecit.*] Ex ratione versus legendum arbitror; ut in contextu est libri Bembini, *ibi stupefecit.* vel, *ibi obstupefecit*, ut in Victoriano: ita ut, *stupefecit* antepenultimam producat; ut apud Catullum: *Alta tepefaciet permixta flumina caede.* potest tamen & iuxta vulgatam lectionem sustentari versus, non faciendo elisionem in *timidum.*

60. *Immerito, & me omnium horum immeritissimo.*] In libro Bembino, ita haec collocantur: *& me horum omnium.* Donatus vero, a quo bis haec verba exponuntur, in secunda expositione, ita ea citat, *Horum commerito*, quod nos ita legimus, *Horunc. o immerit.* id est, *Horunc omnium immeritissimo:* ita optime stat versus. postea in libro Basilicano invenimus scriptum *horunc.*

64. *Adde istuc:*] Idem liber, *addo istuc.* quod magis consequens videtur aliis, quae in prima persona a Demiphone efferuntur, *mitto, sino.* hoc & Ubaldino Bandinello placebat.

70. *Nihil est dictu facilius.*] Quod hoc quod dixit Demipho, sit facillimum omnium ad dicendum, ex libro Bembino legimus, *dicto.* quod perspicue melius est. hoc enim dicere vult Geta, nihil facilius esse quam dicere.

71. *Postremo si nullo alio pacto, vel foenere.*] τὸ *vel*, & respuitur a versu, nec est in libro Bembino, ac ne in Victoriano quidem, nisi adiectum: nec a Prisciano ponitur, citante hunc locum libro XV. ut quidem in eius libris scriptis legitur.

77. *Nempe Phormionem.*] Apparet hic in, *Phormionem* primam corripi, quemadmodum & Apollodorum fecisse testatur Donatus. sed forte verius est in *nempe*, priorem corripi: ut saepe apud Plautum: forte elisione, m.

80. *Recta*

80. *Recta via equidem illuc.*] Hunc verſum laborantem ſanat lectio libri Bembini & Donati, in quibus pro, *equidem*, legitur *quidem*.

84. *Cum adveniat Phormio.*] Hic variant libri ſcripti, alii ut in impreſſis, habent: alii *cum adveniet*, quod non diſplicet nobis: alii, *cum advenerit*, quod ſtare non poteſt: Bembinus, *ſi adveniat*: quam poſtremam lectionem tanquam antiquiſſimam recipimus: forte enim dubitat, Phormionem non adventurum.

ACT. II. SCENA II.

5. *Obſecro te ſi rogitabit.*] Bembinus, & alii o. fere l. s. *rogabit*.

7. *Inſtructa ſunt mihi corde*] Iidem libri, *in corde*.

8. *Niſi ut maneat Phanium*:] Ex libro Bembino ſcribimus, *uti*; ita etiam verſus ratione ſuadente.

12. *Non ita eſt, factum'ſt periculum,*] *Periclum* exigit verſus, & ita eſt in libris Vaticano & Victoriano & Baſilicano. item infra legendum, *aliis aliunde eſt periclum*; ut & in Baſilicano.

16. *Neque miluio.*] In o. l. invenies ſcriptum *miluo*.

18. *In his opera luditur.*] In Bembino & Baſilicano legitur, *in illis*. ita & apud Donatum.

21. *Et ſapiunt mea quidem ſententia,*] Sublata dictione *quidem*, quae non eſt in libro Bembino, & contracta *mea*, in unam ſyllabam, verſus conſtat, qui eſt trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri.

23. *Non poteſt fatis pro merito ab illo*] Ex *fatis*, s, poſterius eliditur: ex *illo* unum, l, ut in ſecunda, & tertia ſede ſit dactylus, in quarta anapaeſtus.

24. *Immo enim nemo*] Vel ex *immo*, vel ex *enim*, elidetur, m: primo modo anapaeſtus in prima eſt, ſecundo dactylus.

25. *Dum tibi ſit quod placeat*:] Libri Bembinus & Victorianus *dum tibi ſit*; quod forte melius eſt.

28. *Prior bibas*;] *Prior*, monoſyllabum; vel, r, poſterius eliditur, ut primus pes ſit tribrachus.

30. *Haec cum ratione ineas.*] Libri Bembinus, & Vaticanus & Baſilicanus, *rationem ineas*. ita habuit & Victorianus: ut ex raſura notae litterae m, apparet.

ACT. II. SCENA III.

3. *Quin tu hoc age.*] Super his verbis, ita dicit Donatus,: *Annuit ut taceat, & ſignificat ſilentium.* ſed unde hoc Donato venit in mentem, quod per haec verba quis annuat alteri ut taceat? non quidem ex eorum ſignificatione: nullam enim talem vim habent, ſed nimirum aliquid eſſe debuit in huius poetae libris, quos habuit ipſe caſtigatiores, quod eum ad ita intelligendum hunc locum induxerit; ſane omnes antiqui libri pro *age*, habent *ages*: quod nobis viam aperuit ad hanc lectionem reſtituendam. nam littera s, ex *ages* detracta, ſeorſumque conſtituta, eique addito, t, fit nota ſilentii, *ſt*, ita erit, *quin tu hoc age ſt*: & clariſſime intelligetur, Phormionem Getae ſilentium indicere. ſupereſt ut verba Donati, quae & ipſa corrupta ſunt, emendemus. quis enim non videt quam otioſa ſit illa repetitio poſt, *annuit ut taceat*, quod per ſe ſenſui ſufficit, ſubdendo, *& ſignificat ſilentium*? quam vero abſurde dicitur, eum qui annuit alteri ut taceat, ſignificare ſilentium, cum ſignificandi facultas non perſonis, ſed vocabulis attributa ſit? quare pro, &, mutatione unius litterae, *ſt*, legendum arbitramur; ut ſit haec lectio Donati, *quin tu hoc age, ſt.) Annuit ut taceat, ſt, ſignificat ſilentium.* Cum haec ſcripſiſſemus, diligentius inſpicere voluimus antiquiſſimos Terentii libros, & in Victoriano invenimus poſt *ages*, raſuram unius litterae inſtar t: ut facile conici poſſit, ſcriptum prius fuiſſe *age ſt.* id vero omnem nobis dubitationem, ſi qua de hac noſtra emendatione reſtabat, exemit.

12. *Si horum inſimulabis avaritiae.*] o. l. s. quot quot vidi, & Donatus, *malitiae*.

21. *Abi in malam crucem.*] In libro Bembino legitur, *i in malam crucem.* Donatus dicit, dictum hoc adverbialiter; quod erit, ſi dempto verbo *i*, legas ut Donatus, *in malam crucem: in*, autem pro *ine*: ut ſaepe antea.

22. *Nam ni ita eum exiſtimaſſem,*] Liber Bembinus in contextu habet, *nam ni eum eſſe exiſtimaſſem*, exponemus autem *eum*, pro eiuſmodi, eaque dictio in unam ſyllabam contracta, in ſcanſione tota elidetur. ſane Donatus legit, *exiſtimarem*, quod magis videtur convenire cum, *caperem*.

22. *Nunquam tam gravis ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam.*] Aut ex *gravis*, elidendo s, *ob* quae prima huius verſus eſt ſyllaba, praecedenti verſui adiungitur: aut

ſcandat hunc verſum, qui melius ſciat: ego me neſcire confiteor.

23. *In noſtram familiam*] Aliqui libri ſunt, qui habent, *in veſtram*. ita & Bembinus, licet per o. quod vero ſequitur, *Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter*, τὸ *quam* ad puellam referri Donatus affirmat. erit ergo ordo, ob hanc quam is aſpernatur.

31. *Abs te hoc bona venia expeto*,] Liber Bembinus, & Victorianus, & multi alii, *peto*.

49. *Ego tum ſi adveniſſem*,] Idem liber, *cum adveniſſem*, ita & Donatus in expoſitione huius loci, quanvis recitando verba Terentii aliter dicat. ſane in Victoriano eſt *ſi*, ſed in litura, ut appareat aliud ibi prius fuiſſe.

50. *Itidem tu face: cedo*] Liber Bembinus, & aliquot alii, τὸ *cedo*, ſequenti verſui attribuunt: qua ratione uterque verſus ſanatur.

51. *Heus noſter, recte.*] Alii libri ſunt, qui *euge* habent, quod ſtare non poteſt: alii qui *heu*, ut Baſilicanus habebat, & Victorianus; Bembinus & Vaticanus *eu*; ſine aſpiratione: quod & tenendum eſt; ut & infra, *Eu Phormio*, ex Bembino & Victoriano.

53. *Tum ſi id falſum*] *Tum id ſi falſum*, ex eiſdem libris Bembino, Baſilicano, Victoriano.

66. *Ita ne tandem quaeſo; civem item ut meretricem ubi abuſus ſis*,] In antiquis libris non eſt τὸ *civem*; nec a Donato ponitur. qua dictione ſublata, adhuc tamen in dimetiendo ſenario remanet aliqua difficultas. exiſtimem ego, vel τὸ *ita*, hic monoſyllabum eſſe, vel ex *ut*, t, abiiciendum.

67. *Atque amittere? an*,] τὸ *an*, in o. l. s. principium eſt inſequentis verſus: quae tamen particula in ſcanſione ad hunc ipſum pertinet.

78. *Ipſum prohibeo domo*] Numeroſius eſt, quod in duobus antiquiſſimis libris & Baſilicano legitur, *prohibebo*. hoc & Ubaldino Bandinello placebat; ita emendatum eſt & in Victoriano.

84. *Quin quod eſt ferundum, feras: tuis factis dignum feceris.*] Liber Bembinus habet, *feres*: Ubaldinus Bandinellus, legebat *fer*; nos, *fers*. ut ſit, quin fers quod eſt ferundum? nam & Donatus, haec per praeſens tempus exponit, ſic dicens, *Cur non inquit accommodas neceſſitati voluntatem*. haec ille. Ita procedit verſus, aliter impeditus: quae vero ſequuntur, & ille ipſe antiquiſſimus liber, & Vaticanus, & Baſilicanus, & aliqui alii, ita collocant, *tuis dignum factis feceris*.

84. *Ego ne tuam expetam*] o. l. s. *egon*.

Senectutem oblectet;] In dimetiendo verſu, *ſenectutem*, triſyllabum eſt, eadem ratione qua, *ſenex*, monoſyllabum.

87. *Niſi tu properes*] Aliqui libri, & in iis Bembinus & Victorianus, *properas*.

92. *Dicam inpingam tibi grandem*] o. l. s. hunc ordinem verborum habent, *dicam tibi impingam*. puto autem, *tibi*, in unam ſyllabam contrahi, & per ſynaloephen elidi.

ACT. II. SCENA IV.

16. *Et turpe inceptu eſt.*] Liber Bembinus & Victorianus, *inceptum*.

21. *Quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar.*] Iuxta librum Bembinum dictionem, *is*, quae praecedentem verſum finit, huius principio attribuo, & pro *exequar*, lego *ſequar*.

23. *Ut quae acta hic ſunt, ſciat.*] Complures libri, in quibus antiquiſſimi quattuor, *ſint*.

ACT. III. SCENA I.

1. *Enimvero Antipho multis modis cum iſtoc animo es vituperandus*:] Iiſdem rationibus, quibus ſupra legendum arbitramur, *multimodis*. ita verſus erit trochaicus tetrameter * catalecticus, ut tres ſequentes; ſi tamen *enimve*, ſit anapaeſtus, ut ſaepe in hoc poeta, & apud Plautum.

2. *Ita ne hinc abiſſe*,] In libro Victoriano ſcriptum erat, *ita ne te hinc abiſſe*, quemadmodum & Ubaldinus Bandinellus legebat, quod & orationi & verſui commodiſſimum videtur.

3. *Magis quam te animadverſuros?*] Liber Bembinus, *quam te te*, appoſite ad rationem verſus.

4. *Nam ut ut erant alia, illi certe quae nunc domi tuae eſt conſuleres.*] Liber Bembinus, *quae nunc tibi domi'ſt*: quomodo & infra dicitur, *Cui quod amas domi'ſt*. item, *mihin domi'ſt*. ita verſus quoque expeditiſſimus eſt.

7. *Equidem ere nos iamdudum*] Aliqui libri, inter quos tres antiquiſſimi, & Baſilicanus, *& quidem*: quod inceptivum eſt, ut & in Hecyra, *& quidem te exſpecto*.

12. *Iti-*

* l. *acatalect.*

12. *Itidem in hac re, ut in aliis,*] Liber Bembinus ſecundo loco *in*, praepoſitionem non habet, quam & reſpuit verſus; tamen ſubaudienda eſt.

13. *Admodum iratum patrem.*] *Iratum ſenem*, habet liber Bembinus: quod conſuetudini ſermonis videtur accommodatius.

15. *Sic habent principia*] Hic & ſequens verſus trochaici ſunt tetrametri acatalectici.

17. *De eius conſilio velle ſe ſe facere.*] o. fere l. s. *ſeſe velle facere.*

18. *Quantus metus eſt mihi,*] Venuſtius videtur, *quantum metus*, quod eſt in libro Bembino.

19. *Nam per eius unam*;] Hic verſus eliſo, r, ex *per*, & *eius*, in unam ſyllabam contracto, ſuſtentari poteſt, ut ſit trochaicus tetrameter catalecticus, aliter eſſet hypercatalecticus.

20. *A ſua palaeſtra.*] Idem liber & Victorianus, *ab ſua.*

ACT. III. SCENA II.

1. *Quin omitte me.*] Videtur legendum, *mitte*, ex ratione verſus, ut ſit trochaicus tetrameter catalecticus, ut ſequentes; in quo ſit anapaeſtus in tertia. aliter eſſe poteſt eiuſdem generis hypercatalecticus: in quo ſit in ea ſede ſpondeus producendo penultimam in, *obſecro.*

6. A. *Ei metuo lenonem, nequid ſuo ſuat capiti.* G. *idem ego metuo.*] Magis variatur oratio, lectione libri Bembini: *idem ego vereor.* verſus utroque modo eſt trochaicus tetrameter acatalecticus.

8. *Tibi pulchre dices.*] o. l. s. *pulchre tibi dices.*

9. DO. *Somnium.*] Magis ex more ſermonis eſt, *ſomnia*; quod in libro Bembino eſt. praeſertim cum & alia in plurali praeceſſerint: *fabulae, logi.* idem & in Victoriano fuiſſe, conicio ex raſura poſtremae litterae huius dictionis.

11. *Garris modo.*] Quanto venuſtius, quod eſt in o. l. s. *garri modo.*

12. *Adeon ingenio te eſſe duro atque inexorabili,*] Hunc trochaicum claudicantem ſic corrigo, ex libris Bembino & Victoriano: *Adeon ingenio eſſe duro te a. i.*

15. *Et meam ductes gratis* ?] Liber Bembinus habet *gratiis*, ut ratio trochaici expoſcit.

21. *Mihi ne domi'ſt* ? *immo, quod aiunt,*] Legendum eſt ex o. fere l. s. *mihin domi'ſt* ? *immo id quod aiunt.* in dimetiendo autem verſu, *mihin*, monoſyllabum faciendum, ut ſit trochaicus; ut proxime praecedentes, & ſequentes.

22. *Nam neque quomodo amittam a me invenio, neque uti retineam, ſcio.*] Verſus hic eſt trochaicus hypercatalecticus, qui mihi non placet; in Bembino eſt catalecticus, ut ceteri, magis preſſa locutione, magiſque Terentiana: *Nam neque quo pacto a me amittam, neque uti retineam ſcio.* idem eſt in Victoriano, niſi quod pro *pacto*, habet *quomodo.*

27. *Nequeo exorare ut maneat.*] In eodem libro eſt, *ut me maneat.* ita etiam trochaico poſtulante. conicio & in Victoriano fuiſſe, *me*, ſed poſt *maneat*: tantum enim loci in raſura vacat.

30. DO. *Obtundis.* A. *haud longum'ſt id quod orat, Dorio: exoret ſine.*] Verſus hic octonarius iambicus, inter trochaicos, quod, ut ſaepe dixi, non placet mihi. ſunt aliqui libri, inter quos eſt Victorianus, & Baſilicanus, qui non *obtundis*, ſed *obtunde* habent, imperandi modo; ut ſupra, *garri modo.* ita procedit trochaicus, ſi ex *quod*, d, abiicias.

31. *Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris*] In eiſdem duobus libris non *hoc*, ſed *hic* legitur: quod placet. ut tamen ſit adverbium, id eſt, in hoc negotio.

33. *Tum praeterea horum amorem*] Convenientius verſui erit, ſi legas *horunc*: ut in libro Baſilicano.

34. DI *tibi omnes id quod eſt dignum duint.*] Magis figuratam lectionem continent omnes antiqui libri: *Di tibi omnes id quod es dignus duint.*

36. *Nunc contra omnia*] Liber Bembinus addit in fine, pronomen *haec*; aliqui alii quoque *id* habent, ſed alia collocatione verſui repugnante.

38. *Certe hercle ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies*] Aliqui libri poſt *certe*, habent pronomen *ego.* Bembinus & Baſilicanus, & Victorianus poſt *hercle*; quos & ſequimur. quae vero ſequuntur verba, omnes quotquot ſunt, & Donatus, ita ordinant, *tibi quidem eſt olim dies.* Haec laborantem trochaicum ſanant.

40. *Verum ei haec anteceſſit.*] o. l. s. *verum haec ei.*

45. *Is me fefellit.*] Bembinus liber, & multi alii, *iſte me fefellit.* ut & exigit verſus.

47. *Miles ſe dare dixit:*] o. l. s. *miles dare ſe dixit.*

ACT. III. SCENA III.

2. *Quod ſi hic potuiſſet nunc exorarier*] Aliqui libri, & in iis tres antiquiſſimi & Baſilicanus, ita haec verba ordinant, *quod hic ſi*; quod vero ſequitur, ita eſt in Bembino, *pote fuiſſet exorarier*; ita etiam fuiſſe in Victoriano apparet ex litura, raſuraque litterarum, in qua emendatum eſt, *potuiſſet*. Ceterum τὸ *nunc*, extra contextum additum eſt. ſane exponendum, *pote fuiſſet*, pro potuiſſet: ſicut & abſolute dixit in Andria: *Si tibi placere potis eſt*, pro poteſt. In ſcandendo autem verſu, ex *quod*, d, elidendum. *quod* vero non adverbium eſt, ſed pronomen. eſt autem hic ordo conſtructioque verborum; unde ego miſer cui minus nihilo eſt, nunc tam ſubito huic inveniam argentum, quod promiſſum fuerat, ſi hic pote fuiſſet exorarier triduum hoc.

4. *Adiuverit comiter?*] Nos *adiuerit* ſcribimus per ſubtractionem unius u, antepenultima huius verbi correpta; ita & exigente verſu, & legente Donato, qui ſuper hoc verbo ita dicit, *ſecundum u, pronuntiari debet.* ex iis Donati verbis liquet, ſecundum u, ſcriptum non fuiſſe, alioqui ſupervacuum fuiſſet de eius pronuntiatione praecipere.

5. *Quin cum opus eſt, beneficium rurſum ei experiamur reddere?*] Liber Bembinus, *experiemur*. nos *experimur* legendum eſſe conicimus.

10. *Ex tuis nuptiis*] o. l. s. *ex nuptiis tuis*, ut & exigit verſus: *tuis* autem monoſyllabum eſt; ſicut & *nihil*, quod ſequitur.

15. *In ignotum hinc abducet locum?*] τὸ *hinc*, non eſt in libro Bembino, nec Victoriano. qua dempta dictione, ſtat trochaicus, aliter impeditus.

16. *Dum igitur diem licet, dumque adſum,*] Hanc lectionem in nullo repperi libro ſcripto; omnes enim ita habent, *Dum igitur licet dumque adſum*, exceptis Bembino, Victoriano, qui ita, *Tum igitur dum licet*, quam nos lectionem, ut & antiquiſſimam, & verſui commodam, ita recipimus, ut tamen, *dumque adſum*, legamus ex Victoriano, & ceteris, praeter Bembinum, qui copulam non habet.

13. *Bona malaque tolerabimus.*] Coniunctione deleta ex auctoritate eiuſdem antiquiſſimi libri, hunc trochaicum ſuſtentamus, aliter laborantem.

24. *Quantum opus eſt tibi argenti.*] Ratio trochaici exigit, ut *tibi* monoſyllabum ſit.

26. G. *Age, age inventas reddam.* PH. *o lepidum caput.*] In libro Bembino non eſt ea dictio, *caput*, quam nos proinde delentes, ita verſum ordinamus, ut fit trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri, hoc modo:

G. *Age, age, inventas reddam.* PH. *o lepidum.* G. *auſer te hinc.* PH. *iam opus eſt.* G. *iam feres.*

31. *Numquid eſt, quod opera mea*] Ex *numquid*, & ex *quod*, d, eliditur: *mea* & *nihil*, monoſyllaba ſunt.

31. PH. *abi, dic praeſto ut ſit domi.*] Haec verba neque in libro Bembino ſunt, neque in contextu Victoriani: proinde ſubditicia ſuſpicamur.

ACT. IV. SCENA I.

6. *Ad me profectam eſſe aiebant.*] *Aiebant* diſſyllabum eſt, ut ſtet verſus. ſunt tamen complures libri, qui verſum hunc ea verborum collocatione habent, ut in dimetiendo nihil fit difficultatis, *Ad me eſſe profectam aiebant.* nos tamen vulgatam ſequimur, ut antiquiſſimam.

7. *Ubi id audiveras?*] Antiquiſſimi libri, & multi alii, *audieras*. ſed & hoc modo * penultima producenda.

12. *Quod quidem me factum*] Arbitror ex *quod*, d, elidi, ut brevi remanente ea ſyllaba, primus pes ſit anapaeſtus.

16. *Sciebam: ille ſi me alienus*] Ex libro Bembino lego, *ſcibam*: ita verſus ſine ulla difficultate procedit.

20. *Uti me excutiam*] o. l. s. *ut.*

23. *Neque defetiſcar uſque ego experirier,*] Maxima quidem pars librorum ita habet, ut in lectione vulgata: ſed Bembinus ita: *Neque adeo defitiſcar umquam experirier*, quod ſtare non poteſt, niſi τὸ *adeo*, penultima ſit dictio huius verſus: quemadmodum & in libro Terentii ſcripto inveni eam collocatam, & apud Priſcianum libro decimo hunc locum citantem. ita etiam Paulus Manutius impreſſit. nos tamen lectionem libri Bembini, ut antiquiſſimam malumus, ſuſtentantes verſum, vel eliſione r, ex *defetiſcar*, vel e, ex *experirier.*

ACT. IV. SCENA II.

3. *Argento opus eſſe,*] In Bembino legitur *argentum*:

* l. *antepen.*

argentum: quod non displicet: antiqui enim, *opus esse*, etiam cum accusativo iungebant.

11. *Pater venit.*] Ex *pater*, r, debet elidi.

15. *Si ab hoc nihil fiat,*] Liber Bembinus *si ab eo.* & praeterea, & hic liber, & omnes alii, *nihil fiet*, habent.

ACT. IV. SCENA III.

1. *Exspecto quam mox recipiat huc se se Geta.*] Tres antquissimi libri & Basilicanus non habent, τὸ *huc*, nec Donatus.

2. *Sed patruum cum patre video*] o. l. s. *Sed patruum video cum patre.* quae collocatio meliorem efficit numerum.

4. *Adibo hosce: o noster Chremes.* CH. *salve Geta.*] Liber Bembinus ita habet. *O salve noster Chreme.* quod si recipimus, oportebit primam huius versus syllabam praecedenti applicare. & vel ex *noster*, r, elidere, vel in *Chreme*, posteriorem corripere. ita etiam numerus erit melior. nam in vulgata lectione duo medii pedes singuli ex integris constant partibus orationis, quod in senariis, & heroicis versibus vitiosum esse, auctor est Gellius lib. XVIII. cap. ultimo.

9. *Cum hoc id agebam commodum.*] o. l. s. *id cum hoc a. c.*

10. *Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulo.*] Soli libri Vaticanus, & Victorianus, & Basilicanus ita habent; ut in lectione vulgata, at vero omnes alii, & in iis Bembinus, sine τὸ *quidem*, hoc modo, *Nam hercle ego quoque id agitans mecum sedulo*; qua lectione admissa, non fiet collisio in, *nam hercle.*

11. DE. *quid Geta?*] Haec verba Chremeti liber Bembinus ascribit, duo sequentia Demiphoni.

25. *Verum pone esse victum eum:*] Idem liber *pono*; quasi diceret, concedo.

26. *Non capitis eius res agitur, sed pecuniae.*] In scandendo versu, *eius* monosyllabum est; quae licentia vitaretur si legeretur, ut in contextu libri Victoriani: *Non capitis eius agitur, sed pecuniae.* aut ut in Bembino, *non capis.* quod forte procedit pro *capitis*, sicut antiqui, *lapis* dixerunt in genitivo.

28. *Soli sumus nunc inquam: eho dic quid velis dari*] In o. l. s. *nunc hic inquam* legitur; in aliquibus non est verbum, *dic*, inter quos est Bembinus, qui etiam pro *velis*, *vis* habet, ut versus exposcit: ita legendum. *Soli sumus nunc hic, inquam; eho, quid vis dari.*

33. *Ut ille est bonus vir,*] o. l. s. habent: *ut est ille:* in dimetiendo versu ex *est*, s, elidetur; ut in prima sede sit anapaestus.

58. DE. *hoi, hui.*] Liber Bembinus, *oi, ei:* quam lectionem sequimur.

60. *Tum autem plusscula supellectile opus est.*] τὸ *autem*, nullus habet liber scriptus, nec Priscianus hunc locum citans: sed nec versus admittit.

63. *Sexcentas proinde potius scribito iam mihi dicas:*] Nec in libro Bembino, nec in Vaticano, nec etiam in quibusdam libris scriptis Donati est, τὸ *potius*: quod & versui incommodum est. & praeterea in omnibus antiquissimis scriptum est *sescentas* per, s.

68. *Aequum est amittere.*] Ex o. l. s. & Donato ita colloca, *est aequum.*

69. *Quantum potes,*] Liber Bembinus, *potest*: quae duae sunt partes orationis, *pote*, & *est.* ut sit sensus, tam celeriter quantum pote est me certiorem fac.

70. *Hanc ut omittam:*] Bembinus, & aliqui alii libri, *mittam.*

72. *Jam accipiet:*] Omnes fere libri: *iam accipiat.* ita Bembinus, & Victorianus, & Basilicanus.

74. *Nunc argentum mecum attuli,*] Numero meliore collocantur haec verba in aliquot libris scriptis, & Donato: *nunc mecum argentum a.* at in Bembino, *argentum nunc mecum a.* licet deinde annotata sit inversio.

76. *Id sumam:*] Sic & Donatus, sed liber Bembinus, *inde sumam.* prima autem huius versus syllaba praecedentis fini applicabitur.

ACT. IV. SCENA IV.

8. *Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.*] Hic versus nec est in libro Bembino, nec in Victoriano, nec Basilicano, nec exponitur a Donato, nec sane multum momenti ad sensum affert. & praeterea inusitati, aut certe admodum rari generis est, quippe trochaicus dimeter hypercatalecticus: quibus omnibus adducti sumus, ut eum ex libro nostro deleremus: ut & Robertus Stephanus ante nos fecit. eum tamen versum omnes alii habent libri scripti, sed ita ut verba praecedentia, id est, *quod quidem recte curatum velis*, aut non habent, aut fere addita extra contextum habeant. in omnibus contextus hic fere sit: *Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo*

inferat. hoc item modo versus esset senarius, sed nos antiquissimam lectionem sequimur.

22. *Interea amici quod polliciti sunt argentum dabunt.*] Ex auctoritate libri Bembini, & Victoriani, versusque ratione delentes dictionem *argentum*, legimus, *quod polliciti sunt, dabunt*.

23. *Id istis reddet.*] Idem liber *inde iste*. Vaticanus, & Victorianus, & Basilicanus, *id ille istis*. nobis placet antiquior lectio.

28. *Aruspex vetuit ante brumam aliquid novi Negoti incipere.*] Antiquissimi libri non habent τὸ *aliquid*: sed loco eius, *autem*, quod si admiserimus, *incipere* nomen erit: ut, *Scire tuum*. quasi diceret, aruspex vetuit inceptionem novi negotii.

ACT. IV. SCENA V.

1. *Nequid verborum duint.*] Lego, *duit*: de solo enim Phormione est sermo, ut ex insequentibus patet. est haec lectio omnium antiquissimorum librorum.

4. *At matura.*] Omnes fere, & in iis antiqui libri, & *matura*.

7. *Transito ad uxorem*] Addo pronomen, *meam*, ex o. l. s. ita etiam octonarii exigente ratione. in fine vero huius versus lego, *abit*, ex eadem versus ratione, & tribus antiquissimis libris.

10. *Nos nostro officio nihil egressos*] Aliqui libri pro *egressos*, habent, *digressos*. & in iis est Victorianus & Bembinus, qui etiam pro *nihil*, vel *nil*, quod in aliquibus est, habet *non*. ita legimus, *Nos nostro officio non digressos*; utroque tamen modo stat versus.

11. *Quid tua malum id refert?*] Arbitror in dimetiendo hoc versu, qui est octonarius iambicus, ut ceteri, pronomen *tua*, posteriorem corripere, quod posse fieri Donatus videtur innuere, cum dicit, *Et quaere quomodo dicatur, quid mea? quid tua? an deest, ad, ut sit ad mea, aut ad tua*. ex quibus Donati verbis videre licet, existimare eum in accusativo casu efferri posse hanc dictionem. ita in quarta sede esset tribrachus.

12. *Non sat tuum officium feciſſe, si non id fama approbat*] In libro Bembino & Victoriano legitur hoc modo, *non satis est tuum officium feciſſe*. sed hoc modo versus impeditus esset: nisi forte elidas ex *feciſſe* unum s, aut collocationem hanc sequare, quae in aliquibus libris scriptis est: *id si non fama adprobat*.

13. *Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se eiectam praedicet.*] Ex *ipsius*, s, elidetur, ut in secunda sede sit dactylus vel tribrachus. nam utrumque potest esse. *eiectam* vero in duas syllabas contrahetur: ut sit in sexta spondeus.

14. *Mulier mulieri magis congruet.*] In libro Bembino est, *convenit*: in Basilicano, *congruet*: in ceteris omnibus, *congruit*.

15. *Ubi. nunc illas ergo*] In nullo libro scripto invenias hanc lectionem, sed fere in omnibus, *Ubi ego illas nunc*. in Bembino tantum, *Ubi illas nunc ego*. ut & versus exposcit.

ACT. V. SCENA I.

1. *Aut cui consilia*] In eodem libro, *aut quo consilia*. versus autem hos ita ordinamus, ut sint trochaici, primus quidem tetrameter acatalecticus, quemadmodum & tertius, & quartus huius scaenae: secundus vero demptis duabus dictionibus *nunc* & *mihi*, quae non sunt in libro Bembino, nec in multis aliis, dimeter catalecticus, hoc modo:

Quid agam? quem mihi amicum inveniam misera? aut quo consilia haec referam?
Aut unde auxilium petam?

Basilicanus & Victorianus, *aut unde mihi auxilium petam?*

3. *Indigne iniuria afficiatur.*] Idem liber Bembinus & aliqui alii, *indigna*, habent; ut ad iniuriam referatur.

5. *Nam quae haec est anus*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, & Basilicanus, item Donatus, *nam quae haec anus est?* hic autem & duo sequentes versus trochaici sunt tetrametri catalectici.

8. *Aut parum oculi prospiciunt,*] o. l. s. *aut parum prospiciunt oculi*. quae collocatio verborum versum efficit trochaicum acatalecticum, cuiusmodi sunt tres sequentes.

9. *Quid agam?*] Legimus ex libro Bembino, *quid ago?*

10. *Adeo ne, an maneo, dum ea quae loquitur*] Ex eodem libro, & ratione trochaici, *adeo, maneo, dum haec quae loquitur*. & est ordo, dum magis cognosco, quae haec loquitur.

14. *Paululum istorsum*] Plerique l. s. sed recentes habent, *paulum*, ut & exigit versus, qui est trochaicus catalecticus, ut duo praecedentes. Donatus videtur legisse, *paululum istoc*.

15. *Quid? non is obsecro es,*] τὸ *is*, aliquot libri non habent, inter quos Bembinus.

15. *Quem*

16. *Quem ſemper te eſſe dictitaſti?* CH. *ſt.*] Ex extrema ſyllaba dictionis *dictitaſti*, & particula, *ſt*, cui ſonum vocalis aſpiro, facio ſpondeum, ut octonarius conſtet.

18. *Verum iſtoc de nomine, Eho perperam olim dixi,*] Liber Bembinus primo habuit *iſtuc*, quod poſtea mutatum eſt in *iſtoc*, quemadmodum omnes alii libri habent: ſed lectio libri Victoriani mihi vehementiſſime placet, *verum iſtoc me nomine*, ut ſit ordo, verum dixi me iſtoc nomine.

20. S. *Hem iſtoc pol*] Auctoribus antiquiſſimis libris Bembino, & Vaticano, deleo particulam, *hem*.

21. CH. *Eho, dic mihi, quid tibi rei eſt*] Tres antiquiſſimi libri, & Baſilicanus ita collocant, *quid rei tibi eſt*. verſus eſt tetrameter iambicus catalecticus, ut ſequentes.

22. *Aut ubi illae ſunt?*] Ex ratione verſus, & fide omnium fere librorum, & in his Bembini, deleto, τὸ *aut*, & in dimetiendo verſu corripito priorem ſyllabam in *illae*.

23. *Matrem ipſam ex aegritudine, miſeram mors conſecuta eſt.*] o. fere l. s. & in iis Bembinus ita habent, *ex aegritudine hac*, quod exponemus, prae triſtitia, quod maritum ſuum invenire non poſſet. ſane Donatus exponit, *ex aegritudine*, infirmitate, ac morbo: quae expoſitio non quadrat ad hanc lectionem.

25. *Ut potui virginem nuptum*] Omnes fere libri, praeter Bembinum, *nuptum virginem*. ita eſt iambicus in quarta.

27. *Unam quidem ille*] o. l. s. hunc ordinem verborum habent, *unam ille quidem*.

28. *Quid illa altera quae dicitur cognata?* s. *haec eſt.*] Liber Bembinus, *quid illam alteram*. & ſubaudiendum eſt, nonne habet uxorem? vel aliquid tale.

32. *Quicum volebam atque ut volebam conlocatam filiam.*] Liber Bembinus, in hac parte mendoſus, habet, *conlocatam amari*: nos legendum putamus, *conlocatam gnatam*, ut verſus ſit iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri. non tamen mutamus. ceterum pro *qui cum*, idem liber, & Victorianus, & multi alii habent, *quocum*.

33. *Dabamus ut fieret operam,*] o. l. s. *dabamus operam ut fieret*.

35. *Nunc quid facto eſt opus, vide.*] Liber Bembinus & Victorianus, *nunc quid opus facto ſit vide*. appoſite ad rationem verſus.

38. S. *Nemo ex me ſcibit.* CH. *ſequere me. cetera intus audies.*] Ita Baſilicanus. verſus impeditus, & ut puto in omnibus libris mendoſus. liber Bembinus, & multi alii ita collocant, *intus cetera audies*. ita eſſet iambicus tetrameter brachycatalecticus, vel forte trochaicus, non faciendo ſynaloepham, in *nemo ex*. ſane liber Bembinus habet *nemo e me ſ.*

ACT. V. SCENA II.

4. *Etiam argentum eſt ultro obiectum ei,*] τὸ *ei*, nullus habet l. s. quod nec ſenſui, nec verſui neceſſarium eſt.

5. *Dum aliquid aliud*] Et Donatus, & libri Bembinus, & Victorianus, *dum aliud aliquid*.

8. *Modo ut hoc conſilio poſſit*] *Poſſiet* exigit verſus; & ita eſt in libro Bembino.

11. *Ut uxorem huc eius adducam,*] Recentiores fere libri non habent particulam, *ut*; qua dempta, itaque collocatis verbis, ut in Bembino, & nonnullis aliis, eſt, *uxorem eius huc adducam*; numeroſior verſus eſt, qui eſt iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri

12. *Geta abi:*] o. fere l. s. & in iis Bembinus, & Victorianus, *Tu Geta abi*.

15. *Vorſuram ſolves*] Aliqui maluerunt, *vorſura ſolvis*. quod neſcio qua ratione fecerint, cum o. l. s. & Donatus, habeant, *vorſuram ſolves*.

ACT. V. SCENA III.

1. *Fac ut illa placetur nobis.*] o. l. s. *fac illa ut p. n.* quod meliorem efficit numerum.

3. *Ac dudum re opitulata es.*] Libri Bembinus, & Victorianus, *ac re dudum*.

7. *Statim capiebat: hem, vir viro quid praeſtat?* DE. *bina quaeſo?*] τὸ *hem*, non habebat liber Bembinus, congruenter ad rationem verſus: poſtea ſuperadditum eſt. pro *bina* autem, habet *binan*.

8. *Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina.* D. *hui.*] Poteſt hic verſus ſuſtentari, ut ſit iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri, hoc modo; ut eliſo ex *vilioribus*, s, ex *tamen*, n, in quarta ſede ſit anapaeſtus, in quinta dactylus.

9. *Virum me natam vellem:*] Liber Bembinus *natum*, quod non diſplicet.

16. *Quid non poteſt?*] Liber Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus, *qui non poteſt? qui* autem pro, quomodo exponetur.

19. *Satin ſanus es?*] Idem liber, *ſatine:* ita octonarius impeditus procedit.

23. *Neque*

23. *Neque intelliges?* DE. *ſi tu nihil narres.* CH. *pergis.* N. *miror quid hoc ſiet.*] Pro *narres*, *narras*, eſt in o. fere l. s. & in iis Bembino. pro *pergis* vero, is tantum liber, & Victorianus habet, *perdis*. Sane in dimetiendo verſu, ſuſpicatus quandoque ſum, ex *intelliges*, s, eliſo, ultimaque ſyllaba brevi remanente, ut apud Ennium, *Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas.* item ex *quid*, d, *nihilque* in unam ſyllabam contracto, in prima ſede huius octonarii iambici eſſe iambum, in ſecunda dactylum, in quinque ſequentibus ſpondeum: ſed tamen non valde placet haec ſuſtentatio verſus.

25. *Quam ego ſum, ac tu, nemo eſt.*] Augere aſſeverationem videtur dictio, *homo*, quae in o. fere l. s. eſt, etiam antiquis, praeter Bembinum, hoc modo, *homo nemo eſt.*

27. *Vin me credere?*] Hic quoque omnes libri ſcripti praeter Bembinum, habent, *vin me hoc credere.* Baſilicanus, *vis.*

36. CH. *Heus, ne filii noſtri quidem hoc reſciſcant volo.*] Haec verba ita ordinata ſunt in libro Bembino, & Victoriano, *ne filii quidem hoc noſtri:* in omnibus aliis, *ne filii quidem noſtri hoc*, quam collocationem probo. & in dimetiendo verſu ex, *quidem*, m, elido, quanvis ſequente conſonante. immo magis placet Bembina, utcumque verſus procedat.

ACT. V. SCENA IV.

1. *Laetus ſum ut ut meae res ſeſe habent,*] Ex ratione verſus, & fide libri Bembini lego, *Laetus ſum ut meae*, detracto uno, *ut*. immo lectio vulgata magis placet.

5. *Me exſolvere ex his turbis,*] o. l. s. *me evolvere*; pro expedire, tracta metaphora a fili glomere.

6. *In probro ſiem.*] Ratio verſus exigit ut, *ſim*, legatur; reclamantibus omnibus libris.

7. *Ni mihi eſſet ſpes oſtenſa*] Complures libri, *oſtentata*. Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus *oſtenta* habent: ut in Eunucho, *An ego occaſionem mihi oſtentam.*

8. *Invenire poſſum,*] o. fere l. s. *poſſim.*

9. *Me capere iubeat.*] Ita & Baſilicanus: in aliis vero antiquiſſimis libris, item in multis aliis legitur, *me capere ſuadeat*: quod ſi recipimus, verſus erit iambicus tetrameter acatalectus, qui in ſequenti ſcaena; cum ii qui in hac ſunt catalectici ſint.

ACT. V. SCENA V.

2. *Propria ea Phaedria ut potiretur.*] Liber Bembinus *poteretur*; appoſite ad rationem verſus: ut & Catullus, *Liber ut innuptae poteretur flore novercae.*

2. *Curavi ea propria Phaedria ut potiretur.*] Aliqui libri, & in iis Victorianus, non habent, τὸ *ea*: Bembinus ita, *curavi propria ut Phaedria poteretur.*

3. *Nunc una res mihi etiam reſtat,*] Venuſtior videtur collocatio librorum Bembini, & Victoriani, *nunc una mihi res.*

6. *Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle ſumere?*] Antiquiſſimi libri, & multi alii ex recentibus, *abſumere habent.*

8. *Te ſuam rogavit rurſum ut ageres; cauſam ut pro ſe diceres.*] *Suam* quidem legit Donatus, ſubaudiens, partem; mihi tamen magis placet, *ſuas*, quod eſt in libro Bembino: & ſubaudio, *partes.*

12. *Vide quis egrediatur.*] Ex eodem libro legimus, *qui.* & ex ratione verſus.

ACT. V. SCENA VI.

2. *Quam ſubito ero meo Antiphoni*] In eodem libro eſt, *meo ero.* ita etiam exigente trochaico.

6. *Quid hic narret?*] Idem liber, *hic quid hic narret*: nos, *hic quid narret*, verſui congruenter.

9. *Pergit hercle: numquam tu tuo odio vinces me.*] Alii l. s. *pergin*, Bembinus, *pergis*, habet. lego autem, *pergis hercle*, coniuncte: ut & in Heautontim. *Quin mihi moleſtum eſt. Pergis hercle.* quae vero ſequuntur, omnes libri ita collocant, *nunquam tu odio tuo me vinces.*

10. GE. *Vapulabis.* AN. *id tibi quidem iam ſiet.*] In libris Bembino, & Vaticano, eſt *vapula*; nec aliter verſus poteſt ſtare. hoc autem, id eſt, *vapula*, verbum minantis eſt, non autem iam percutientis. & eſt hic locus tranſlatus ex Plauti Aſinaria: *Tun libero homini male ſervos loquere? Vapula. Id quidem tibi hercle fiet, Demenetum ſimul ac conſpexero.* quod vero ſequitur ita in omnibus libris ordinatur, *id quidem tibi.* verſus autem hoc modo ſuſtentabitur, ut vel eliſo, d, ex *id*, in ſecunda ſede ſit anapaeſtus; vel *fiet*, in unam ſyllabam contracto, ſit in quarta ſpondeus.

11. *Minitatur malum.*] Pronomen *qui*, non eſt in ullo ex antiquis libris: neque id verſus admittit.

13. *Qui vivant hominum homo honoratſſime:*]

me:] Liber Bembinus, *qui vivont homo hominum ornatiſſime*, ad rationem verſus accommodate.

18. *Tu quoque hic aderas Phormio?* PH. *aderam. ſed ceſſas?* G. *accipe, hem.*] Omnes fere libri, inter quos Bembinus, neque habent τὸ *hic*, & poſt *ſed*, habent pronomen *tu*. numero meliore trochaici.

29. *Euge Geta.*] Liber Bembinus, & Victorianus, *eu Geta.* Baſilicanus, *heu Geta.*

32. *Pater inventus eſt Phanio.*] Aliqui libri, in quibus Bembinus, ita habent, *eſt pater inventus.* ita & Donatus; quae collocatio verborum adiuvat verſum.

40. *Ait uterque tibi poteſtatem eius habendae ſe dare.*] In nullo omnino libro invenio pronomen, *ſe*; omnes vero habent, *dari*, pro *dare*. ſed verſus non conſtat, niſi legas pro *habendae*, *adhibendae*, quod in libro Bembino eſt. qua lectione admiſſa, licebit opinor exponere *adhibendae*, pro, habendae: ſicut dicimus adamare pro amare, adhaerere, pro haerere, & ſimilia. aut *adhibendae*, aſciſcendae, adiungendae in matrimonium. ad has non ſane vulgatas huius verbi expoſitiones, cogit me auctoritas tam vetuſti libri, cum verſus neceſſitate coniuncta.

41. *Denique ego ſum miſſus,*] Idem liber, *ego miſſus ſum.*

42. AN. *Hem quin ergo*] τὸ *hem*, is liber non habet, quod nec verſui, nec ſenſui eſt neceſſarium.

ACT. V. SCENA VII.

5. *Ita ut ingratis eſt datum*] o. l. s. *ita ut datum eſt ingratis*: ſolus Bembnus, *datum'ſt ingratiis*, ut poſtulat verſus.

6. *His datum erit.*] Quomodo *his*, cum de Phaedria ſolo ſit ſermo, cui adimenda erat cura argentaria? itaque vera lectio mihi videtur quam idem antiquiſſimus liber continet, *ei datum erit*. in Victoriano eſt τὸ *his*, ſed in litura: ut coniciam ibi quoque ſcriptum prius fuiſſe, *ei*.

ACT. V. SCENA VIII.

4. *Prius quam dilapidet*] Liber Bembinus *dilapidat.*

8. *An verebàmini*] τὸ *an*, non habet idem liber; arbitror autem in ſcanſione huius verſus primum, e, elidi, ſicut in *ſenex*. poſſet tamen elidi, u, ſicut in *invidia*.

10. *Heus heus, quanta haec mea paupertas eſt, tamen*] Huic verſui, una ſyllaba deficienti, ſuccurrit lectio ejuſdem libri, *heus quanta quanta haec.*

12. CH. *Eſtne ea ita ut dixi liberalis?* D. *oppido.*] Sine *ea*, & praeterea mutatis perſonis, hunc verſum continet idem liber in hunc modum. D. *Eſtne ita ut dixi liberalis?* CH. *oppido.* forte eſt ironia ſenum in Phormionem. cum pronomine vero *ea*, fateor me hunc locum non intelligere.

13. *Itaque ad vos venio nuntiatum Demipho,*] Multi libri ſcripti, & in his Victorianus, pro *itaque*, *idque* habent. Bembinus, *idque adeo.* quo etiam modo ſtaret verſus, attributa prima eius ſyllaba verſui praecedenti.

20. *Nunc viduam extrudi turpe eſt.*] Quomodo *viduam*, quae ſine viro remanſura non erat? an forte *vidnam* exponendum eſt, a priore viro ſeparatam? in eo libro antiquiſſimo ſine ea dictione *viduam*, in hunc modum legitur, *Eam nunc extrudi turpe'ſt*,

22. *Satin ſuperbe inluditis?*] Aliqui libri, & in iis Bembinus, affirmative habent, *ſatis.*

24. *Nam quo ore redibo*] o. fere l. s. *nam quo redibo ore.*

29. *Argentum iube rurſum*] o. l. s. *argentum rurſum inbe.*

30. *Quod ne ego perſcripſi.*] o. fere l. s. *deſcripſi*: Bembinus *diſcripſi*: & etiam ita videtur legiſſe Donatus: qui ſuper hoc loco ita dicit, *Multis per ſcripturam reddidi, multis dedi: ut apud Virgilium: Diditur hic ſubito Troiana per agmina murmur.* quod exemplum ex Virgilio ad *diſcripſi* optime facit; ad *perſcripſi* nullo modo.

35. *Repudium alteri.*] Multis in libris, & inter hos Bembino, & Victoriano ſcriptum eſt, *alterae*: ut & in Heautontim. *Id ipſa alterae dum narrat.*

36. *Quae tantundem dotis dabat.*] Meliore numero habent o. l. s. *quae dotis tantundem dabat.*

37. *I hinc in malam rem*] Meliorem compoſitionem continet liber Bembinus, hoc modo, *I in malam rem hinc*: & ſic quoque ſtat verſus.

40. *Tu ne hanc duceres, ſi tibi data eſſet?*] Liber Bembinus, *ſi tibi daretur*? quod magis convenit, & cum *duceres*, & cum eo quod ſequitur, *fac periculum.* ubi ex ratione verſus *periclum* legimus.

43. *Immo vero tu uxorem cedo.*] Idem liber numeroſiore ordine haec verba habet, *uxorem tu cedo.* ſane utroque modo huius verſus prima ſyllaba ad praecedentem pertinet verſum.

44. PH.

44. PH. *In ius? enimvero si porro esse odiosi pergitis,*] Hic versus septem pedum est: nec ex l. s. ullum remedium. Donatus dicit *enimvero* principium esse aliquid per iracundiam dicturi: sicut apud M. Tullium, *Enimvero hoc ferendum non est*. quod si hoc Terentianum principium tale sit, quale illud Tullianum, ubi nihil omnino praecedat, potest dici, ea duo verba, *in ius*, esse delenda. & absolute incipiendum, *Enimvero si porro*. nos tamen ea verba retinebimus: versum sustentantes applicando primam huius versus syllabam versui praecedenti: & ex *ius*, s, elidendo.

57. *Cedo, cape.*] o. fere l. & in iis Bembinus, *cape, cedo.*

60. *Nisi me dixisse nemini, id certo scio.*] Alii libri scripti habent, *id nemini*: solus Bembinus non habet, τὸ *id*, quod & placet, ut ex superioribus subaudiatur, *haec.*

65. *Vides tuum peccatum esse elatum foras?*] Omnes l. s. hoc ordine collocant, *peccatum tuum.* ita non oporteret ex, *tuum*, quicquam elidere. aliqui libri recentiores habent, *iam esse elatum*: Bembinus, *esse delatum.* quod ita recipiendum est, ut, d, sit medium duarum vocalium, ut in med erga.

67. *Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit Chreme*:] Liber Bembinus, *auditurast*; sed versus laborat, nisi vel duae primae dictiones facta dialysi in *quod*, constituant dactylum, vel eius dictionis postrema littera elisa, deinde vocali per synaloephen abiecta in prima sede sit spondeus; in secunda vero, non facta vicissim synaloepha in sequentium dictionum vocalium concursu, iambus.

77. *Ain tu? ubi peregre tibi quod lubitum fuerit feceris,*] In libro Bembino, ita legitur: *Ain tu? ubi quae libitum fuerit peregre feceris.* quod & numerosius, & sermoni cotidiano accommodatius est.

79. *Novo modo ei quin faceres contumelias,*] Liber Bembinus habet *contumeliam*: quod & usitatius est cum verbo *facere.* omnes vero quot quot sunt libri scripti verba sic ordinant, *quin novo modo ei.* qua lectione admissa, versum ita sustentamus: ut in *novo* subtracta littera, u, quemadmodum in *invidia*, duo, o, in unam syllabam coeant: *ei* vero sit spondeus, ut saepe apud antiquos poetas.

84. *Hominem quemquam esse audacia.*] o. l. s. sic verba ordinant, *quemquam esse hominem audacia?*

85. *Nonne hoc publicitus*] τὸ *ne*, non est in libro Bembino. ita restat nuda negatio, quae per interrogationem prolata, expressionem habet indignitatis, ut, *Non haec o Palla dederas promissa parenti.*

87. *Nesciam prorsus.*] Liber Bembinus, *prorsum*, appositе ad rationem versus.

89. *Adsequere ac retine dum ego hinc servos evoco.*] Liber Bembinus asyndeton profert: & pro *hinc*, & is liber, & Victorianus habet, *huc*: hoc modo: *Adsequere, retine dum ego huc servos evoco.*

90. *Etenim nequeo solus. adcurre huc.*] Bembinus liber, Basilicanus & Victorianus, & aliqui alii, ac Donatus pro *etenim*, *enim* habent. soli vero ii duo antiquissimi libri, id est Bembinus & Victorianus τὸ *huc* non habent: ita stat versus, transeunte tamen huius prima syllaba in ultimam praecedentis.

92. *Ita ne agitis?*] Idem liber, *sic agitis*, ut & versus exposcit.

96. *Vel oculum exculpe.*] Omnes l. s. praeter Bembinum, *exclude*, habent. quam & veram arbitror lectionem. est enim antiqua locutio, *excludere oculum.* Plautus in Pseudolo: *Excludito mihi hercle oculum, si dedero.*

96. *Est ubi vos ulciscar locus.*] In eodem libro legitur, *ulciscar probe.* non enim de loco, quem non erat mutaturus, est sermo; sed de facultate, quam habebat ulciscendi senes.

ACT. V. SCENA IX.

2. *Mi vir.* PH. *hem quid nunc obticuisti?*] Plures l. s. *obstupuisti* ita & Victorianus, & Bembinus, sed hic per, *i*, in secunda syllaba hoc modo, *obstipuisti.* sane hoc non admiratus es, exponemus, sed stupidus, & quasi saxeus effectus es prae timore. ceterum in versu dimetiendo, vel ex *vir*, r, elidendum, vel ex *hem*, m: quanvis consonans consequatur. vel legendum, ut in Victoriano, & Basilicano, *ehem.*

4. *Cave isti quicquam credas.*] Legendum *credas*, nisi quis iambicum trimetrum catalecticum facere velit: quod non placet: in, *isti*, autem, haud dubie s, elidendum.

6. N. *Quid ergo est?*] Liber Bembinus non habet τὸ *est*, quod nec necessarium videtur: a superiore enim repetitur.

12. PH. *Eho tu.*] Idem liber, *ohe tu.*

13. *Mi vir non mihi narras?*] Idem liber, *non mihi dices.*

19. *Pro di immortales facinus indignum & malum.*] o. l. s. praeter Victorianum, & Vati-

canum

canum, & Basilicanum, ita habent: *facinus miserandum & malum. miserandum* autem, quoad Nausistratam, in quam ex hoc miseria redundabat: *malum*, quoad Chremetem, qui id amiserat.

22. *Nam me cum hoc distaedet loqui.*] o. l. s. *nam me cum hoc ipso distaedet loqui.* hoc modo versus, qui ut senarius iambicus stare non potest, cuiusmodi sunt praecedentes, stat ut trochaicus tetrameter catalecticus, cuiusmodi sunt sequentes.

24. *Haecine erat, quae nostros fructus minuebat vilitas?*] Aliqui libri, inter quos Bembinus, Victorianus, & Basilicanus, post *erat*, habent pronomen, *ea*; ceterum Bembinus, & Victorianus pro, *minuebat*, quod respuit versus, habent, *minuit*. quod si recipimus, praeteriti temporis erit. sane in libro Bembino ita collocantur verba, *Ea quae nostros minuit fructus vilitas.*

25. *Culpam meritam non nego:*] *Meritum* habent aliqui libri, inter quos Bembinus; subaudiendum est, Chremetem culpam meritum. quo modo & supra dictum est, *arbitrabitur commeruisse culpam.* item Plauto in Captivis: *Neque te commeruisse culpam.*

26. *Sed eam quae sit ignoscenda.*] Bembinus liber, & omnes fere alii, *sed ea.* quod vero sequitur, Bembinus ita habet, *quin sit ignoscenda:* & subaudiendum est, negare non poteris: vel, nemo negaverit. atque hanc esse germanam Terentii lectionem, etiam Donatus ostendit, exponens eum locum, *Verba fiunt mortuo:* ubi dicit non esse passum parasitum, ut totam sententiam senex explicaret.

27. *Neque id odio fecit tuo.*] Idem liber Bembinus, & Victorianus, & Donatus, *neque odio id fecit tuo.* numero & compositione meliore.

30. *Qui fit in re hac scrupulus.*] o. l. s. *qui fuit*, & pronuntiative legendum, ut sit sensus, ea sublata est, cuius vita huic rei scrupulum afferret: iure enim posses viro irasci, a quo superducta tibi uxor adhuc viveret.

31. *Ut alia tua facta sunt,*] Liber Bembinus, Basilicanus, & Victorianus, *facta tua sunt.* quae collocatio etiam trochaicum sanat, aliter laborantem.

36. *Quid mihi nunc affers,*] Iidem duo antiquissimi libri Bembinus, & Victorianus, & Donatus, *quid mihi hic affers.* nec sane aliter stat versus; *mihi*, autem una syllaba est.

37. *Iam tempus est.*] Multi l. s. inter quos Bembinus & Basilicanus, pro *iam* habent, *hem.* ita etiam metrica ratione exigente. sed Bembinus sine aspiratione.

38. *Sic dabo: age nunc age.*] Multo plures libri scripti, & in iis Bembinus & Victorianus, item Donatus non habent posterius, *age*, quod & respuit versus, qui debet esse trochaicus, ut caeteri.

39. *Faxo tali eum mactatum atque hic est infortunio.*] In libro Bembino, ita sunt haec verba, *Faxo tali sit mactatus.* quae locutio ut usitatior est, Virg. *Haud sibi cum Danais rem faxo, & pube Pelasga, Esse putet*, ita rationi versus incommoda. nam nisi ex *mactatus*, s, elidatur, stare non potest. nos ergo vulgatam sequemur, ut Donatus.

42. *Quid ego nunc commemorem, Demipho*] Liber Bembinus & Basilicanus, *nunc ea.* ita emendatum est & in Victoriano.

43. *Singillatim qualis in hunc fuerim.*] *Singillatim* Basilicanus & Victorianus; at Bembinus, & aliqui alii, *singulatim:* omnes vero illi, *qualis ego in hunc fuerim.* & τὸ *singulatim*, quidem versus admittit, sicut & *singillatim*, pronomen vero *ego*, etiam exigit.

44. *Meriton hoc meo videtur factum?*] Ita Basilicanus & Victorianus. at aliqui libri, & in iis Bembinus, *merito hoc meo*, nec aliter stat versus: in quo etiam τὸ *meo* monosyllabum est.

54. *Immo ut iam scias meam sententiam,*] Alii aliter; sed Bembinus ita, *immo ut meam iam scias sententiam.*

56. *Priusquam gnatum video eius iudicio*] o. l. s. *videro:* in dimetiendo autem versu, *eius* monosyllabum est.

58. *Satis tibi est.*] Bembinus, & omnes l. s. *satin.* ego puto sic stare versum, ut elisso, n, ex *viden*, & in *tibi est*, non facta synaloepha, in prima sede sit tribrachus, in secunda iambus.

GABRIELIS FAERNI

Liber de VERSIBUS COMICIS, *imperfectus.*

COMICI poetae duobus maxime uſi ſunt verſuum generibus, iambico atque trochaico. Quae duo genera quia poſt heroicum verſum, quem & longum & hexametrum nominamus, maxime illuſtria ſunt, viſum eſt nobis de iis, non quatenus modo a comicis, ſed in univerſum, quatenus etiam ab lyricis & epigrammatariis & cultioris ſeculi tragicis poetis ſunt uſurpata, diſſerere. Atque eo magis, quia in his verſibus, ac maxime iambicis, multa nos obſervavimus in ratione numerorum, pedumque collocatione, quae ab noſtrae aetatis poetis vel ignorari vel negligi paſſim videmus: & de iis nobis alias diſſerendi nulla unquam forte dabitur occaſio. Ac primum de iambico tractabimus, quod & is verſus trochaico antiquior: & generibus ac legibus iambici cognitis, ea quoque, quae de trochaico dicemus, facilius intelligentur. Iambici ergo ſunt, qui proprium pedem iambum habent, quem & in omnibus locis admittunt, & in ultimo, ſeu vicem ultimi obtinente neceſſario exigunt: ultima tamen ſemper ſyllaba indifferente. Eorum alii dimetri, qui pedibus quattuor conſtant; alii trimetri, qui ſex; alii tetrametri, qui octo; ſunt & qui monometros pedum duorum faciant, item pentametros pedum decem, & hexametros duodecim. Sed nos genera uſitatiora perſequimur. Trium igitur ſuperiorum generum alii acatalectici, qui iuſtae menſurae ſunt. alii catalectici, una ſyllaba breviores. alii hypercatalectici, una ſyllaba longiores. Hi rurſus omnes aut puri ſunt, aut mixti. Puri ſunt qui vel toti ex iambis conſtant, vel certe iambum in paribus utique locis habent, in imparibus vero & ſpondeum recipiunt. alii quidem in omnibus locis: alii in aliquibus. In omnibus recipiunt omnes acatalectici, item dimetri hypercatalectici, & trimetri catalectici: in aliquibus vero dimetri catalectici, qui in prima: & tetrametri catalectici, qui & in hac & in quinta. de trimetris ac tetrametris hypercatalecticis nullam mentionem facimus, quia eos in uſu non invenimus. Sed ex acatalecticis unum verſuum genus exiſtit, quod tragicum ab tragoedia, in qua uſus eius eſt, poſſumus appellare; hoc a ceteris differens quod in dimetri tertia, tetrametri & hac & ſeptima ſede iambum non admittit. Ne trimetri quidem quinta, niſi ita demum, ſi verſus in dictionem, quae ſit poeon ſecundus, vel diiambus, cadat. quod tamen admodum raro contingit. Huius verſus, id eſt trimetri, duorum extremorum pedum ordine commutato, naſcitur ſcazon; iambum ſemper in quinta, ſpondeum ſemper in ultima habens.

Ex his omnibus verſuum generibus, alia quidem pedes omnes habere conſtantes ſectis diviſiſque inter ipſos dictionibus poſſunt: alia non poſſunt. prioris generis ſunt dimetri omnium generum, catalectici quidem, ut,

Quem nemo vidit unquam,

apud Prudentium: acatalectici: ut,

Lucana mutet paſcua.

hypercatalectici: ut,

Ornare pulvinar Deorum.

Item ex trimetris catalectici: ut,

Trahuntque ſiccas machinae carinas.

acatalectici quibus parem rationem obtinent trimetri quos tragicos appellavimus, & ſcazontes: ut,

Noviſque rebus infidelis Allobrox.

poſterioris autem generis ſunt tetrametri catalectici & acatalectici: nam utrique quartum pedem abruptum a quinto habere neceſſario debent; ita ut omnino quarto quoque pede dictio finiat. exemplum tetrametri catalectici ſubieci ex Catullo:

Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo.

acatalectici ex Seneca:

Fert

Fert leva ſemuſtas faces, ardentque pallentes genae.

Rurſum ex his omnibus, alii habere pedes omnes conſtantes ſingulis dictionibus poſſunt; alii non poſſunt. poſſunt dimetri acatalectici: ut,

Podex velut crudae bovis,

apud Horatium: &,

Phoebus iubet verum loqui,

apud Auſonium. non poſſunt ceteri omnes. Atque hi qui non poſſunt, in certis tamen ſedibus poſſunt; in certis nequaquam. in quibus poſſint perſpicuum erit, ſi in quibus non poſſint demonſtraverimus. non poſſunt dimetri hypercatalectici in ſecunda ſede; eum enim pedem habere debent, vel cum primo coniunctum: ut,

*Depone ſub * laura mea, nec*

vel cum tertio: ut,

Nomen beati qui Deorum.

vel duabus dictionibus monoſyllabis, aut monoſyllaborum vicem per eliſionem in ſcanſione obtinentibus conſtantem: ut,

Vates, neque in terris morabor.

Item non poſſunt ultimum pedem, omnes catalectici; eum enim vel eius poſteriorem ſyllabam cum catalexi in una dictione connexam habere debent. Atque eo amplius tetrametri quidem catalectici, ex primis quattuor pedibus ſaltem duos: acatalectici ex prioribus & poſterioribus quattuor, ſaltem binos: Trimetri vero catalectici tertium pedem: eum enim vel ex penthemimeri, vel ex monoſyllabo quae ſit loco penthemimeris, & ſequenti ſyllaba longa conſtantem habere. exemplum monoſyllabi (nam de penthemimeri clarius eſt quam ut exemplo egeat) eſt in hoc verſu:

Jam te premet nox fabulaeque inanes.

Ad eum modum quoad tertium duntaxat pedem, ſunt & trimetri acatalectici, ut apud Horatium:

Urget diem nox & dies noctem neque eſt.

Cui verſui ſi verbum ſubſtantivum in fine poſitum demas, remanent omnes pedes, tertio excepto, ſingulis dictionibus conſtantes: quod idcirco animadverti volumus, ut appareat vim harmoniae huius verſus in tertia ſede conſiſtere. Sed acatalecticus eo differt a catalectico, quod etiam ſine penthemimeri, vel eius loco, monoſyllaba dictione, bonum habere numerum poteſt; modo duo ſaltem medii pedes inter ſe connexi colligatique ſint, ſive in una dictione; ut apud Horatium,

Ut aſſidens implumibus pullis avis;

ſeu pluribus; ut apud Senecam,

Pietas vetat: nanque iſtud haud poſſum pati.

in quo verſu, vides duos primos pedes & duos ultimos ſingulis dictionibus conſtantes: duos vero medios partim diviſis, partim mixtis atque confuſis. Quod ſi quis tertium pedem poſuerit, vel unica dictione conſtantem, vel cum ea finientem, quae monoſyllabam excedat, verſum, meo quidem iudicio, omni numero carentem atque immodulatiſſimum effecerit. atque hoc non in trimetris modo iambicis acatalecticis locum habere obſervavimus, ſed & in heroicis, quos & longos & hexametros nominamus. Monemus autem lectorem, ut ſi quos forte verſus in impreſſis poetarum libris, huic regulae repugnantes deprehenderit, ſententiam ſuam tantiſper ſuſpendat, donec conſuluerit libros ſcriptos; quorum nos auctoritate nixi, haec aſſeveramus. nam in impreſſis & nos aliquot verſus invenimus, hanc regulam conturbantes; qui ut in antiquis exemplaribus leguntur, eam roborant atque confirmant. Atque adeo non gravabimur aliqua hic exempla ſubiicere corruptorum verſuum ac deinde emendatorum, non trimetrorum modo, ſed etiam heroicorum, quos quoad hanc regulam, eandem obtinere rationem ſupra diximus. In his ergo qui proxime ſequentur tribus verſibus, primo iambico Catulli, duobus aliis heroicis Horatii, videre eſt tertium pedem unica dictione conſtantem:

Quem Galliae timent, timent Britanniae.
Hunc hominem ſi velles tradere, diſpeream ni.
Praeter cetera Romae me ne poemata cenſes.

ſed verſum Catullianum ita habent libri ſcripti:

Quem Galliae timet, & Britanniae.

quem nos duarum tantum litterarum additione, ita emendamus:

Quem Galliae timetis & Britanniae.

Horatianos vero hoc modo legimus ex libris ſcriptis,

Hunc hominem velles ſi tradere, diſpeream ni.
Praeter cetera, me Romae ne poemata cenſes.

in ſequenti vero iambico trimetro Senecae videre licet tertium pedem cum dictione, quae maior eſt monoſyllaba, finientem:

Fatale ſaxeo pecus muro tegens.

qui tamen ex libris ſcriptis ita legendus eſt:

Fatale ſacro paſcuum muro tegens.

In his omnibus, prout in impreſſis leguntur, aures eruditae malum numerum, & abſur-

* l. *lauro.*

dum ſonum ſentire poſſunt, in reſtitutis vero harmoniam & gratiam; nimirum quia in tertio pede tota vis numeri horum verſuum eſt.

Rurſum iambicorum, ſpondeum recipientium, alii certis in locis pro iambo tribrachum: alii & hunc, & praeterea pro ſpondeo anapaeſtum, & dactylum: & eorum aliqui etiam proceleuſmaticum, vel aliquos eorum, qui omnes pedes in ſpondeum reſolvuntur, admittunt: alii non admittunt. Tribrachum admittunt trimetri catalectici, quod ſemel tantum, idque in ſecunda ſede apud Horatium animadvertimus in ode quae incipit:

Non ebur neque aureum,

in eo verſu:

Regumque pueris nec ſatelles orci.

Item admittunt & hunc pedem, id eſt tribrachum, & praeterea dactylum, & anapaeſtum, dimetri, quorum pedes vel omnes, vel certe aliqui, aut diviſis, aut mixtis confuſiſque inter ſe dictionibus conſtant, in iis ſedibus quas in ſubiectis exemplis videre licet. Tribrachum quidem in prima, ut apud Auſonium,

Celeripedis compendii.

in ſecunda, apud Horatium,

Videre properantes domum.

Dactylum in prima tantum, apud Horatium,

Canidia tractavit dapes.

Anapaeſtum in prima apud Auſonium,

Generiſque neutri filios.

& tertia apud eundem,

Lallique ſomniferos modos.

& apud Senecam,

Qui virus herculeum bibit.

Dactylum vero vel tribrachum in tertia in hoc genere verſus nuſquam invenimus.

Item admittunt ſupra dictos pedes trimetri acatalectici, in iis ſedibus, quas infra dicemus; tribrachum quidem in prima, apud Horatium ſemel tantum,

Sed alius ardor aut puellae candidae.

Apud Senecam vero ſaepe, nec praeterea apud quemquam alium. In ſecunda apud Horatium: ut,

Pecuſve Calabris ante ſydus fervidum.

In tertia & quarta apud eundem,

Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.

Ne in hoc quoque genere dactylum vel tribrachum in penultima ſede uſquam invenimus, niſi apud Seneçam, idque admodum raro, neque aliter quam ſi verſus in dictionem quae ſit proceleuſmaticus çadat, ut,

Virile robur nulla famae memoria.

Anapaeſtum in prima & quarta apud eundemmet, ut,

Pavidumq; leporem & advenam laqueo gruem.

In tertia apud Senecam tantum: neque id aliter, quam ſi poſt ſecundum pedem cum dictione finitum, ſequatur dictio, quae ſit poeon tertius, hoc modo:

Iuvat iuvat rapuiſſe fraternum caput.

Dactylum in prima apud Horatium exemplo quod ſupra poſui,

Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.

In tertia apud eundem:

Quid dixit aut quid tacuit? o rebus meis.

& hac ratione poteſt hic verſus tertium pedem finire cum dictione, quae ſit pyrrichius: ut,

Cur in theatrum Cato ſevere veniſti.

In quinta ſede tribrachum nunquam inveni, ne dactylum quidem, niſi verſus in dictionem, quae ſit proceleuſmaticus terminetur, ut apud Senecam, idque perraro:

Sed tu malorum machinatrix facinorum. &,

Virile robur, nullae famae memoria.

Proceleuſmaticum in prima, apud Senecam tantum: idque ſaepiuſcule, ut,

Pavet animus, artus horridus quaſſat tremor. &,

Vide ut animus ingens laetus audierit necem.

Haec tamen duo poſtrema, quae diximus de dactylo in penultima: item de proceleuſmatico, ſolis tragicis licere exiſtimamus. ſcazontes eoſdem, quos recti trimetri, pedes recipiunt, praeterquam proceleuſmaticum, item tribrachum in prima. Martialis tamen & ſolus & ſemel dixit:

Et anatis habeas uropygium ficcae.

in quo illud dubium eſt utrum tribrachum in prima poſuerit, an penultimam in *anatis* produxerit, quae alioqui brevis eſt, iuxta illud Ruffini,

Latipedemque anatem.

Tribrachum in quarta apud nullum alium poetam inveni, quam Martialem, quod tamen non placet mihi, ut:

Et multa flagrat tecta ſenibus autumnis.

Nec anapaeſtum in tertia apud ullum alium quam apud eundem: ut,

Fieri putet potuiſſe quis Maronille?

Item tetrametri acatalectici, quod genus verſus apud Senecam ſolum in Troade reperimus, dactylum in quinta recipiunt: ut,

Inſtant ſorores ſqualidae: ſanguinea iactant ubera.

Et

Et haec quidem verſuum genera alios pedes praeter ſpondeum & iambum admittunt. Non admittunt autem ex dimetris neque catalectici, neque illi duntaxat acatalectici quorum omnes pedes ſingulis dictionibus conſtant; neque hypercatalectici, neque tetrametri catalectici. Rurſum omnia iambici genera alios pedes admittere poſſunt ſingulis dictionibus conſtantes, alios non poſſunt: poſſunt iambum & ſpondeum omnia genera in omnibus ſedibus, praeterquam in iis in quibus ſupra diximus pedes ſingulis dictionibus conſtantes eſſe non poſſe: tribrachum vero & anapaeſtum dimetri, ſectis confuſiſve dictionibus vel ex toto vel ex parte conſtantes; & trimetri acatalectici in iis duntaxat ſedibus quarum exempla ſubiecimus. Tribrachum dimetri in prima apud Auſonium,

Veniat in aures ut meas.

Trimetri apud Senecam,

Petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas.

anapaeſtum in eadem ſede dimetri apud Auſonium,

Columen curulis Romulae.

Trimetri apud Senecam,

Stabiles futuros ſpondet aeternae domus.

item hunc pedem trimetri in penultima apud Horatium,

Pavidumque leporem & advenam laqueo gruem.

Dactylum trimetri in prima apud Senecam,

Invocat & Argos exul, atque urbes movet.

Hactenus de modulato iambicorum genere tractavimus, nunc de immodulatis diſſeremus. Immodulati ſunt, qui unico tantum iambo: eoque ſi ſint tetrametri catalectici, in quarta. * * * * * * * * * * * * * * * * * *

Cum veniſſent in manus FAERNI reliquiae quaedam veteris grammatici, quem ille non negligebat, eas quoque, cuicuimodi ipſae ſunt, excudi curavimus: de ipſo tamen nihil praeter nudum nomen inveſtigare potuimus: ſunt autem hae.

Fragmentum Commentarii Eographii in Prologum ANDRIAE *Terentii.*

* * * * * * * * * * *

QUAS faciet de integro comoedias.] hoc eſt de integro, cum unam Graecam in unam Latinam tranſtulerit: nunc enim tranſtulit quaſi duas: atque ex hoc videtur Terentius illud declaraſſe, quod fecerit, iure feciſſe, & per exempla feciſſe. verumtamen iam non eſſe facturum, ut de duabus comoediis unam comoediam faciat. *ſpectandae*, id eſt probandae. *an exigendae*, id eſt foras mittendae.

EXPLICIT PROLOGUS ANDRIAE.
INCIPIT PROLOGUS EUNUCHI.

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis,] Hic prologus habet controverſias duas, unam ex accuſatoris perſona: aliam * ex * defenſoris. nam & Terentius obicit crimen, & obiectum purgat. in eo quod obicit, talis eſt controverſia. comoedias dedit adverſarius, in his unam, qua priori loco cauſam dicit a quo petitur, non ille qui petit. hoc ita quod crimen ſtultitiae eſt, & imprudentiae. ita ſtatus eſt qualitas. alia controverſia eſt qua obicitur Terentio, quae talis eſt, Graecam comoediam in Latinam transferre liceat. Eunuchum Terentius dedit comoediam paraſiti & militis. quod Plautus in ſua comoedia habuerit, nunc Terentius in Eunucho poſuit. Reus eſt quod contra legem fecerit. hic ſtatus primo qualitas abſoluta ex iuris ratione, deinde qualitas venialis per ignorantiam. Nunc iam ſingulas utriuſque * explicemus.

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis.] Controverſiae principium ſemper eſt ad benevolentiam captandam auditorum, aut a noſtra perſona, aut ab auditorum, aut a iudicum, aut a rebus ipſis. hic nunc utrumque complectitur, & a noſtra perſona, & ab auditorum. a noſtra ſic, ſi eſt aliquis, *qui placere*

cere se studeat bonis, & minime multos laedere, in his poeta nomen profitetur suum. ab adversariorum, *tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimavit esse, sic existimet. Bonis quam plurimis.* quidam intelligunt quamplurimis bonis. nos intelligamus extrinsecus plurimos nihil aliud posuisse nisi malos: boni enim admodum pauci sunt, ita quod dixit in numero, plurimis, qualitatem potius declaravit. *Et minime multos laedere.* Duo praecepta posuit, placere bonis, nec multos laedere, haec & hic tenuit in causis iudiciisque publicis ita sit versatus, ut defenderit multos, laeserit neminem, *Inclementius*, id est iniustius, acerbius. *Responsum non dictum esse quia laesit prior.* Ne videatur Terentius improbam continuo maledici subisse personam, quod prior laederet, dixit, respondisse potius, non maledixisse: hoc enim est quod positum est, *non dictum.* dictum enim Cicero de Oratore maledictum ponit, *hoc est maledicere dicta dicere*, sequitur controversia, ipsa est criminatio a parte accusatoris, *Qui bene vertendo & eas describendo male.* Bene vertit de Graeco in Latinum: male scribit, male verba componit. *Idem Menandri fasma nunc nuper dedit.* aliter fana. nomen fabulae fana est. & bene addidit *nunc nuper*, ut crimen istud quod obicit, non longi temporis, sed ut recens memoria videatur peccati esse. *Scripsit causam dicere.* in comoedia sua hoc argumentum est: Quidam agrum vendit, illic habuit patrium monimentum, in quo thesauros emptor invenit. comperit *emptor. in iudicium venitur. utique ex ratione & ex consuetudine prior loqui debet ille qui petit. Petitor autem hic venditor est: ut secundo loco respondeat a quo petitur, hoc est emptor. At contra Luscius Lanuvinus fecit ut prior loqueretur unde petitur, quam ille qui petit. ergo propositio criminis collocata est: incipit enim eius causae quaestio, ac primo praescriptionis est status. potestque dicere Luscius Lanuvinus, reprehendi non possum: placuit in hac comoedia hanc praescriptionem solvi sic, *Ne frustretur ipse se, aut sic cogitet, Defunctus iam sum, nihil est quod dicat mihi.* sed hanc praescriptionem donat, & admonet ne peccet. quam rem subtili accusatione composuit: ex hoc enim plus accusatur. siquidem de praeteritis se donare promittit crimen; & monet quasi iterum peccaturum. simul & alia multa crimina se donare dicit. nunc nolle & nihilominus post-

venditor. Boeclerus.

ea nolle maledicere, si tum laedat inimicus, quibus rebus & personam suam commendat, & adversarium ad confirmandam impudentiam iniecit. *Ita uti facere instituit.* omni enim genere laborare debemus, ut adversarios aut in odium, aut in contemptionem, aut in invidiam ducamus. ita enim in odium adduxit, quod dixit *si perget laedere, ita ut facere instituit.* in contemptionem, quod dixit esse tali ingenio, ut ignoraverit qui prior loqui in actione deberet. subjungit deinde alteram controversiam: *Quam nunc acturi sumus Menandri Eunuchum postquam aediles emerunt.* hic a narratione incipit, quia supra exordium collocatum. Ergo haec tota narratio usque ad propositionem criminis & quaestionis, quae incipit ex hoc versu, *Exclamat furem non poetam, fabulam dedisse, & nihil dedisse verborum.* Pulchre primo generaliter proposuit illam ex adversarii persona: ita enim oportet, ut species sic subiciatur, quae qualitatis est, ut diximus supra de Latino in Latinum transferri non licere. Haec quaestio sic proponitur: *Colacem esse Naevi & Plauti veterem fabulam; parasiti personam inde ablatam & militis.* personam autem hic intelligo non nomina, quod postea declarabo. subiungit responsionem, primo quasi quodam statu finitivo. quae sic iungit: *Si id est peccatum, peccatum hoc est*; an hoc peccatum sit verum donat. hic ad qualitatem ipsam descendit venialem, quam sic proponit. *peccatum imprudentia est Poetae*: venia enim tribus modis fit, vi, casu, ignorantia. cum autem imprudentia vel una de tribus fuerit, coniectura erit, nec aliquid animus faciet. adiunxit ergo Terentius: *Non quod furtum facere studuerit.* haec tantum verba repromissionem argumentorum tenent, non veritatem. ergo adiungit: *Id ita vos esse iam iudicare poteritis.* Quoniam diximus illam legem, ex Graeco in Latinum transferre liceat. hoc namque dico, quod *Colax Menandri est.* in ea est fabula de parasito Colace & glorioso milite. parasitus autem Colax, id est adulator; hoc enim significat & miles glorioſus, apud Latinos, quod Colax apud Graecos. sicut igitur supra diximus inde est ablata persona parasiti & militis. Ergo hae personae in Menandri comoedia sunt. quod concludit. *Eas se personas non negat transtulisse in Eunuchum suam ex Graeca.* ergo iam non contra legem fecit, quod ex Graeca transtulit, quoniam & Latinae comoediae sunt. redit ad

 venia-

venialem ſtatum, ut neſciſſe ſe dicat, *Sed eas fabulas factas prius Latinas ſciſſe ſe vero id pernegat.* ſic iungitur qualitas abſoluta de iuris ratione, quod licitum eſt ex neceſſitate rerum, ut nota ſimilitudo perſonas ſingulas reſervet: hoc eſt enim quod dicit: *Quod ſi perſonis iiſdem aliis non licet uti*, haec enim ſemper neceſſitate naturali ſunt apta & inligata perſonis. Ita fit ut quicumque perſonam aliquam collocat, eius debeat mores exprimere, quam rem concludit: *Denique nullum dictum eſt quod non dictum ſit.* Sed hic res intelligamus non verba, haec quae dicunt Graeci πράγματα, naturaliter ſunt omnibus ſemper aequalia. Addic dum verba ſunt. ſed haec controverſia eſt. Sequitur iam ratio prologi, quam in Andriam praecepi, ut audientiam a populo petat. concludens ſimul cum veniali ſtatu prologum. *Quare aequum eſt vos cognoſcere atque ignoſcere*, ut hic eſt abſoluta qualitas per exempla cum tacita ſit. Deinde ſic audientia petitur: *Et cum ſilentio animadvertite, ut pernoſcatis quid ſibi velit.* hic iam comoediae ipſius res poteſtatemque noſcamus.

IN PROLOGUM HEAUTON-TIMORUMENU.

OMNES hae comoediae de Graeco tranſlatae ſunt, a Menandro quidem quatuor, duae ab Apollodoro. Heauton timorumenos Menandri eſt. cuius prologus partitionem tenet, in qua docet, quid in quaeſtionem ſit, id ipſum ne populus miraretur, diſſolvere. *Ne cui ſit veſtrum mirum cur partes ſeni Poeta dederit, quae ſunt aduleſcentium.* Duas partes proponit, unam quod contra conſuetudinem ſenex prologus proceſſit in publicum: ſolet enim iſtud officium aduleſcentibus dari. ergo quoniam contra conſuetudinem in prologum perſona proceſſit ſenex, idcirco hanc primam populo vult ſolvere quaeſtionem. *Deinde quod veni eloquar.* altera haec pars eſt. ſimile autem mihi videtur huic eſſe principium divinationis. namque & illic quod ſubito mutata voluntate ad accuſandum deſcenderat, mirum dixit videri, vel iudicibus, vel circunſtantibus; ac propterea ſe primum id velle diſſolvere, *Si quis veſtrum, iudices, aut eorum qui adſunt, forte miratur.* vides hic verbum noverit, ſemper apponi; ita enim & hic dixit *ne cui ſit veſtrum mirum*; hanc igitur partitionem ſolvit, uti dicat *cur partes ſeni poeta dederit, quae ſunt aduleſcentium.* quod primo propoſuerat, primo ſolvit. *Oratorem me eſſe voluit non prologum. Veſtrum iudicium fecit, me actorem dedit.* quod autem dixit, *quod veni eloquar*, illud eſt: *nam quod rumores diſtulerunt malivoli Multas contaminaſſe Graecas dum facit Paucas Latinas, id eſſe factum hic non negat.* ergo ut propoſitio collocata eſt, ita etiam ſolutionis eſt ordo ſervatus. ſed nunc ad interpretationem ſuperiorum revertamur. *Ex integra Graeca integram comoediam ſum hodie acturus.* Quoniam Andria ex duabus comoediis videtur eſſe confecta, quippe Ilio & Perinthia, haec Andria continentur, quod quidem criminis loco adverſarius dederat, ideo hic *ex integra* inquit *comoedia integram comoediam acturus ſum.* ne videatur ab altero tacta, aut ipſe alteram tetigiſſe, ſed unam comoediam & integram ad Latinum ſermonem interpretatione mutaſſe. Denique ideo adiecit: *Duplex, quae ex argumento facta eſt ſimplici:* ut ſimplex argumentum ſit, duplex comoedia: dum & Latina eadem & Graeca eſt. novam eſſe oſtendit propterea cum a Graeco tantum dicta eſt, & Latino non acta eſt. Nunc primum in ſcaenam procedit, idcirco dicitur nova, & *quae eſſet* ſupra dixit. *Heauton timorumenon, & cuia Graeca ſit ni partem maximam exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem*, duplex hic pronuntiatio eſt, *qui ſcripſerit, & cuia Graeca ſit, ni partem maximam exiſtimarem ſcire*, id ut poſt inferatur. *Nunc quamobrem has partes didicerim paucis dabo*, illud quod ſupra poſitum eſt, videtur adiectum. nunc redit ad partitionem ſupra collatam, cur partes aduleſcentium ſenex ſumpſerit. *Oratorem me eſſe voluit, non prologum.* Ut apud vos agerem cauſam potius, non officio fungerer prologorum. prologi enim, ſicuti iam dictum, aut argumentum narrant, aut poetae perſonam commendant, aut audientiam poſtulant; nunc autem ego apud vos acturus ſum cauſam, & defendam, ſi quod fuerit forte in Terentium ab adverſario, loco criminis, intentatum. ideo enim dixit, *voſtrum iudicium fecit*

cit me actorem dedit. ſed hic actor tantum poterit a facundia, quantum ille potuit cogitare commode, qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum, poeta inquit, me actorem eſſe voluit, qui tantum in facundia excellit, & praevalet ingenio quantum & ego qui eandem comoediam acturus ſum in agendo praevaleo, ita hic actor, hoc eſt, ego, tantum potero a facundia, hoc eſt, non degenerabo ab eo qui cogitavit, *Nam quod rumores malevoli diſtulerunt.* Hic iam incipit cauſam dicere cur venerit, ſicut ſupra diximus ut purget quaeſtiones ipſas & obiecta ab adverſariis ſolvat. Malivoli autem quod dixit vel numero plurali, ut malivoli rumores ipſi: vel ſingulari, ut ſit huius malivoli, hoc eſt Luſcii Lanuvini. *diſtulerunt* id eſt in diverſum diſſeminarunt. *Multas contaminaſſe Graecas dum facit paucas Latinas.* hoc eſt illud quod diximus quando hic praelocutus eſt, ut diceret, *ex integra Graeca integram comoediam ſum acturus hodie.* ita & hic, hoc ſibi crimen dicit obiectum, quod Terentius *multas Graecas contaminaverit comoedias, dum paucas Latinas facit.* hoc autem crimen Terentius non negat factum, ſed ſibi licere demonſtrat, & licere ſcilicet per aliorum exempla, quemadmodum Tullius dixit, *Adductus ſum iudices fide, miſericordia, multorum exemplo bonorum.* Et hic, habet bonorum exemplum. *Facturum autumat*, facturum dicit & profitetur. *Nam quod malivolus vetus dicit*, aliud crimen eſt, quod obiectum nunc proponit, quoniam Luſcius Lanuvinus dicit Terentium non peritum artis muſicae, ad comoedias ſcribendas acceſſiſſe praeſumente potius ingenio amicorum, non ſuo. *Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio valebit.* hoc locutionis genus ſatis mirum eſt, cum dicit, de hac re vos iudicare poteritis, an id quod obiicitur nobis, verum ſit, ut Terentius non natura ſua fretus, neque ingenio, ſed amicorum potius, ad ſcribendas comoedias acceſſit: eſt namque rumor quod Terentius cum Scipione Africano familiariſſimus fuit, ſemper iſtas comoedias cogitarit: hoc igitur prologus nititur ſolvere. & quoniam non eſt erubeſcendum, tali viro fuiſſe coniunctum, idcirco minus curat hoc crimen diſſolvere. dicit tantummodo, *veſtrum iudicium eſt*, & *veſtra exiſtimatio eſt. Quare vos omnes oratos volo.* hic iam ſequitur officium prologi, ut benivolentiam petat. quae benivolentia & in adverſarios odium concitat. quod adiecit:

Ne plus iniquum poſſit quam aequum oratio. Date creſcendi copiam novarum rerum qui ſpectandi faciunt copiam ſine vitiis. Quoniam petitio generaliter fuerat collata, uti nobis poetis faverent auditores, adiecit nobis ſed qui ſine vitiis comoedias profert, ſed cum vitio adiecit. *Ne ille pro ſe dictum exiſtimet.* & ne Luſcius Lanuvinus etiam pro ſe petitum arbitretur. *Qui nuper fecit ſervo currenti in via deceſſe populum.* Proponit vitium quod admiſerit poeta Luſcius Lanuvinus. quippe cum omnis comoedia, aut errorem teneat ex amatoribus, aut iniuriam meretricum, aut ſuppoſitionem filiorum, aut aliquid tale, quod ad moralitatem videtur eſſe coniunctum. Quod tale hic eſt, cum ſervus currit, cum populus decedit, quod domino inſano obediat ſervus. ne potius aliena a comoediis ſint. aperte ait ac breviter ea quae ſunt comoediarum explicemus. omnis comoedia aut amoris habet agnitionem, aut ſuppoſitionem amoris habet, ut ex Andria, quam quidem in agnitionem eſſe cognoſcimus. nam cognoſcitur Glycerium quia civis ſit. Suppoſitionem habet, ut apud Plautum qui eſt Truculentus; militi enim ſupponitur filius, ut exinde in meretricis affectum arctius & ſtrictius colligetur. ergo cum videamus haec eſſe neceſſaria in comoediis teneri, vehementer erravit Lanuvinus, qui extra haec comoediam inſtituit: & ſervum currere, populum per viam diſcedere, quod inſano ſerviat domino. Unde apertiſſimum vitium in comoedia reprehendit Terentius. *Statariam agere, ut liceat per ſilentium.* quidam ſtatariam genus eſſe putant comoediae. alii in quibus ſtantes; unde hanc ſtatariam nominant: mihi enim videtur *ſtatariam agere ut liceat per ſilentium*, ideo dixiſſe, ut perpetuo & ſtabiliter agatur haec comoedia, neque populi adverſis ſuffragiis foras pellatur. Ideo adiecit, *ut liceat per ſilentium*, & ſubiungit: *Ne ſemper ſervos currens, iratus ſenex*, & cetera, *aſſidue agendi ſint mihi Clamore ſummo cum labore maximo.* haec autem, quae nunc nominantur, propria videntur eſſe perſonarum. nam ſervi officium eſt currere, ſenis iraſci; paraſitus autem edax eſt, impudens ſycophanta, leno avarus eſt. ergo ſunt haec propria ſermonis, quae neceſſe habeo ex neceſſitate perſonarum complere. debetis mihi potius favere quam adverſo ſuffragio conatus facere.

Mea

Mea cauſa cauſam hanc iuſtam in animum inducite Ut aliqua pars laboris minuatur mihi. quantum ad eum qui comoediam ſcribit, pertinet: potuit enim ſecundum morem ingenio univerſa complere. ergo quia haec pronuntiaturus ſum, neceſſe habeo ſilentium. ideo, inquit, propter me hanc mihi operam exhibete, ut cum ſilentio attendatis. *In hac pura eſt oratio.* Quoniam ſicut dixerat laborioſas potius comoedias ad ſe deferri: lenes ad alium, ne praeiudicium huic comoediae feciſſe videretur, quod ipſe dicit illa aut exinde iam a ſuperiori populo iudicare poſſet, adjecit, *in hac pura eſt oratio*; *experimini in utramque partem ingenium quid poſſit meum.* non omnis aequalitas, modo utrumque poſſunt, & lenia perferre & gravia complere. Ita ait *in utramque partem*: quoniam ſemper in aſperioribus comprobaſtis, nunc quoque levioribus noſſe debetis. *Ut aduleſcentuli vobis placere ſtudeant potius quam ſibi*, ſi mihi nunc honorem per ſilentium dederitis, facile eos aduleſcentes compelletis, ut vobis placere potius velint quam ſibi: quoniam officium prologorum aduleſcentes ſumunt, multa in comoediis ipſi acturi ſunt, ita factum cum mihi ex hac actione eſſe cognoverint, facile ipſi laborem hunc capere poſſint, ut vobis placeant.

IN ADELPHORUM PROLOGUM.

POSTQUAM poeta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari. Eadem conſuetudo prologi ſemel ſignata apud Terentium perſeverat, uti magis maledicis adverſariis reſpondeat. Neque ſunt prologorum officia, quae compleat. *Poſtquam poeta ſenſit ab iniquis obſervari.* ab adverſariis, hoc eſt a Luſcio Lanuvino. *In peiorem partem quam acturi ſumus.* animadvertit, iniquos rapere aliter quod dictum eſt a Terentio, quam nos acturi ſumus. *Indicio de ſe ipſe erit.* Ipſe voluit de ſe indicium dare, uti vos iudices eſſe poſſitis, id quod facit an laudandum ſit an vituperandum. *In prima fabula*, id eſt in prima parte fabulae. ut Virg. *Vidimus obſcuris primam ſub vallibus urbem.* Dixi in aliis comoediis & magis in Andria, hanc fuiſſe conſuetudinem poetis Latinis, ut crimen non eſſet, aliquid de Graeco transferre in Latinum, verum illud eſſe criminis ſimulata contingere, vel ſi id diceret, quod iam a Latino fuiſſet expreſſum. ergo quod aduleſcens quidam meretricem eripit, de comoedia tractum videtur, quae iam cum Graeca fuiſſet, a Latino tranſlata eſt: ſed haec pars comoediae praetermiſſa eſt, ubi aduleſcens lenoni eripit meretricem; quod ſi ita eſt ut ille qui tranſtulerit aliam comoediam Graecam, hanc partem reliquerit, non videtur a Terentio ullum crimen admiſſum, ſi id tranſtulit, quod apud Graecos intactum manebat, ideo adiecit: *Eandem nos acturi ſumus novam*, ut non iam hoc ſit furtum, quia non a Latino dictum eſt: ſed potius reprehenſus hic locus eſt, qui eſt praetermiſſus. reprehenſus autem interdum ſignificat iterum prehenſus. Alia ſubinde proponitur quaeſtio, quod maledici homines frequentiſſime dicant Terentium adiuvari a nobilioribus: erat enim opinio quod a Laelio & Scipione & Servilio adiuvaretur, ſed hoc crimen ad gloriam revocat: & confitetur, laudabile ſatis eſſe viris talibus placere. *Quorum opera in bello.* hic Scipio Africanus eſt. *In otio*, Laelius ſapientiſſimus. *In negotio*, vel Philus vel Servilius. *Suo quiſque tempore.* quorum opera unuſquiſque uſus eſt in neceſſitatibus ſuis ſine aliqua eorum ſuperbia. Deinde ſubiungit cur officium ſuum non compleat, ut argumentum narret, quod ſenes, qui primi venient, argumenti continent expoſitionem, & breviter poſtulat audientiam. *Facite aequanimitas*, hoc eſt aequos animos ut habeatis.

IN PROLOGUM HECYRAE.

NON omnes comoediae Terentii a Menandro videntur eſſe tranſlatae: nam haec quae Hecyra eſt, alterum Graecum habet auctorem; quis ille ſit, habetur incertum.

Alii Apollodorum volunt. quid autem nunc ipſa contineat, explicabimus. cuius prologus inducitur duplex, propterea quia frequenter excluſa eſt, ut intelligitur. Videtur enim primam prologi partem antea dictam; poſteriorem nunc eſſe ſociatam. conſuetudinem quidem in omnibus diximus prologorum ſemper eſſe haec, poetam commendare, argumentum dicere, audientiam poſtulare. Verum cum cauſa exordii ſemper ita ſit, ut ſuſpicio vel crimen quod poſſit opinioni obeſſe in principio defendatur, eſt hic purgandum quod frequenter excluſa eſt: videtur enim quiddam eſſe praeiudicium quod haec comoedia placere non poſſit. defenditur autem cauſae derivatione, per coniecturalem ſtatum. Non enim ideo quia mala, eſt excluſa; ſed quia populus in funambulo animum occupaverit. & hoc addit, quod ſemel excluſa eſt, vel quod rumor eſſet, datum iri gladiatores. populus convolavit cum tumultu, defuruit loco: hoc enim ad id pertinet quod iterum videtur excluſa. ita in omnibus excluſionibus per cauſae mutationem defenſio comparata. nunc verba tractemus. Graecum nomen Hecyra Latine ſocrus dicitur. Appoſuit igitur ad faciendos dociles auditores, primum, nomen: deinde proponit quaeſtionem cum dicit: *Haec cum data eſt nova, novum intervenit vitium & calamitas, ut neque ſpectari neque cognoſci potuerit.* In quo defenſio eſt magna, cum nunc dicit ſpectatam & cognitam repudiate. Deinde concluſio eiuſdem cauſae: *Ita ſtudio populus ſtupidus in funambulo animum occuparat. nunc haec plane eſt pro nova.* ergo ſi antea nullum initium huius agendae fuit, tamquam redit. *& hic qui ſcripſit hanc ob eam rem noluit Iterum referre ut iterum poſſit vendere.* ne obiceretur cur non repetita actio eſt poſt funambulum, ſi propter funambulum videtur excluſa, adiecta cauſa eſt, quoniam Terentius referre eam noluit, ut poſſit eam vendere. *Alias cognoſtis eius, quaeſo hanc cognoſcite.* optime ammonuit ut de praeteritis poetam datum doceret, quo facilius poſſet ſcire populus, & hanc eius comoediam poſſe ſimiliter comparari. *Orator ad vos venio ornatu prologi. ſinite exorator ſim.* Alius eſt hic prologus ſuperior, qui fuit ſuperioris excluſionis. hic vero propter excluſionem tumultus convenientis populi propter ſpectandos gladiatores, *Sinite exorator ſiem* vel ſim. ſinite inquit quod oro impetrem. *Quo iure ſum uſus adoleſcentior*, hic prologus dicitur ab Ambivio Turpione. quia ſenex fuerat qui eſt in ea actor, petit ergo uti pari modo utatur ſenex benivolentia populi, qua & adoleſcens. *Novas qui exactas feci ut inveteraſcerent.* qui labore meo novas comoedias excluſas ad populi aures revocavi, & veteres confeci. *Quas primum Caecili didici novas.* comoediarum ſcriptor Caecilius fuit. ergo ad hunc laborem ſuum profert exemplum de altero auctore, qui populo placuerit. & oſtendit populi quodammodo rem, & ſcaenae dubiam fortunam eſſe: uti comoedia excludatur aliquotiens. *Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli.* hic ſe commendat, quo facilius impetret quod deſiderat. laborem certiſſimum ſuſtuli; at placendi ſpes eſt, & incerta. *Ubi ſunt cognitae, placitae ſunt.* vides a ſimili quemadmodum hic argumentum & coniecturam fecerit; ſi quidem illae Caecilii Comoediae, quae excluſae ſunt, quia ante non erant cognitae, poſteaquam meo labore cognitae ſunt, placere coeperunt. ergo & iſtae placebunt ſine dubio cum cognoſcentur. *Quam mihi per ſilentium nunquam agere licitum eſt.* hic iam, comparatione a ſimili ducta & terminata, ad primam quaeſtionem redit: docetque quod ſit frequenter excluſus non ſuo vitio, neque iudicio de comoedia: petit igitur audientiam ut populus praebeat: & ponit hic ipſam duplicem excluſionis cauſam; nam primam ſic colligit, *Cum primum eam agere coepi, pugilum gloria; Funambuli eodem acceſſit exſpectatio.* Deinde actionem alteram ſic memorat: *Vetere in nova coepi uti conſuetudine. in experiundo ut eſſem.* Hoc eſt ut iterum temptarem. *Refero denuo.* deinde adiecit quod utile fuerat ad comoediae iudicium. *Primo actu placeo.* ſupponit deinde cauſam cur excluſus eſt. *Cum interea rumor venit datum iri gladiatores. populus convolat. Tumultuantur, pugnant de loco.* declarata cauſa vel re, ad officium prologi redit, petens audientiam. *Nunc turba non eſt. otium & ſilentium eſt.* & iam ſublatae ſunt cauſae quibus ſum frequenter excluſus. ad audiendum operam date. *Nolite ſinere per vos artem muſicam recidere ad paucos.* Date potius operam ut faveatis comoedias ſcribentibus, ne ars muſica ad paucos revertatur: & ſi aliquid excludatur, comoediae aſcribant. *Facite ut veſtra auctoritas meae auctoritati adiutrix fautrixque ſit.* Vos comoedias cum libenter audire coeperitis, erit ſtudium ſcriptoribus

toribus maximum. unde mea ad [1] clangendum creſcet auctoritas. ſiquidem multi per me placebunt. & commendat ſe quod numquam pretium ſtatuit artis ſuae maximum, ut avarus videretur. & quod maxime ipſum quaeſtum putaverit, populo ſemper placere. *Qui in tutelam meam ſtudium ſuum, & ſe in veſtram commiſit fidem.* Poeta enim quodammodo auctore commendatus eſt. *Mea cauſa cauſam hanc accipite, ac date.* Scit ſe optimi meriti eſſe, & quam frequenter populo placuerit: & idcirco propter ſe dicit audientiam eſſe comoediae dandam.

[1] *agendum* Boecler.

IN PROLOGUM PHORMIONIS.

